GODOFREDI HERMANNI

OPUSCULA.

VOL. VIII.

Gottfried Hermann

GODOFREDI HERMANNI

OPUSCULA.

VOLUMEN OCTAVUM.

EDIDIT

THEODORUS FRITZSCHE.

LIPSIAE,

APUD ERNESTUM FLEISCHERUM.

1877.

PRAEFATIO.

Godofredi Hermanni opuscula ne Mauritio Hauptio mortuo, qui volumen eorum octavum edere constituerat, dispersa et incomposita iacerent oblivionique traderentur immeritae ab Ritschelio maxime et Ecksteinio cautio adhibita est. Quorum virorum monitu ego omnia collegi et opus ab ipso Hermanno inceptum magnoque virorum doctorum desiderio exspectatum ad finem perduxi. Continentur autem hoc volumine Hermanni opuscula ab anno MDCCCXXXIX usque ad viri singularis obitum conscripta. Quamquam ne haec quidem tota et integra edere licuit. Praeterquam enim quod ipsius Hermanni ea consuetudo, quam in prioribus septem voluminibus secutus est, suadebat ut nonnulla segregarentur, etiam bibliopola admonuit ne unius voluminis eiusque ab me nominatim edendi modus excederetur. Itaque diu mihi dubitanti, quid servandum esset, quid reiciendum, aptissimum visum est academica opuscula ad unum omnia retinere, omittere autem censuras annalibus Vindobonensibus Darmstadiensibus Jenensibus insertas, utpote et longitudine copiaque ab huius editionis consilio alienas et facile parabiles hominum doctorum usui et de reliquis pauca quaedam, quibus ne ipse quidem Hermannus multum tribuisse videretur vel quae aliis de causis minus hodie commendarentur. Ex-

clusi igitur eorum, quae intra annos MDCCCXXXIX—XLVIII ab Hermanno scripta sunt, haec:

Censuram editionis Aeschyli Choephororum BAMBERGERIANAE. [Annal. Vindob. vol. C (1842) p. 162 sq.]

censuram Delectus poet. Antholog. gr. ed. A. MEINEKE. [Ibid. vol. CIV (1843) p. 225 sq.]

censuram Adversariorum in Aeschyli Prometheum vinctum et Aristoph. Aves ed. FR. WIESELER. [Ibid. vol. CVI (1844) p. 123 sq.]

censuram libri BEERIANI Ueber die Zahl der Schauspieler bei Aristoph. [Ibid. vol. CX (1845) p. 51 sq.]

censuram libri SCHOEMANNIANI Des Aeschylus Eumeniden. [Ibid. vol. CXI (1845) p. 235 sq.]

censuras Aeschyli Oresteae ed. PALEY, Des Aeschylos Oresteia von JOHANNES FRANZ, Aeschyli Eumenidum rec. GUIL. LINWOOD. [Ibid. vol. CXV (1846) p. 155 sq.]

censuram Theocriti ed. CHRIST. WORDSWORTH. [Ibid. vol. CXXIV p. 206 sq.]

dissertationem inscr. Ueber Herrn WELCKERS neueste Ausfälle, [Diurn. antiq. Darmstad. 1839 p. 730 sq.]

censuras Ajacis Sophocleae ed. Jo. APITZIUS et Actorum Semin. philol. Heidelbergensis ed. KAYSER. [Ibid. 1839 p. 1094 sq.]

censuram lexici Graeci ed. VAL. CHR. FR. ROST, [Ibid. 1841 p. 538 sq.]

censuras Hecubae Euripideae ed. PFLUGK II. et Commentationum Sophoclearum p. II. scr. H. KUNHARDT. [Ibid. 1841 p. 884 sq.]

censuram MEINEKII Fragment. comic. Graec. vol. I—IV. [Annal. Jenens. 1842 p. 504 sq.]

libellum academicum inscr. Nobilissimae virginis *Joann. Eleon. Bosiae pars testamenti* quae ad academiam Lipsiensem spectat. Praefatus est G. H. (1841?) 6 p.

libellum inscr. *Evam ante Adamum creatam esse* sive de communi quodam apud Mosen et Hesiodum errore circa creationem generis humani. [Illgenii Annal. theolog. vol. X. 5. p. 61 sq.]

Quo in numero etsi pauca sunt, quibus quis facile carere posse sibi videatur, tamen perinvitus feci ut cum alia

tum censuram libri Beeriani ab hac editione removerem. Quo magis confirmandum est, non meo vitio commissum esse ut non omnia quae quidem huc pertinent Hermanni opuscula denuo ederentur. Adde quod fuerunt, qui non solum horum plenum numerum exprimendum, sed etiam praefationes quasdam atque adeo epistulas adiungendas esse censerent. Quorum quamquam laudabile studium est, equidem tamen, ne summa rei ad incertum revocaretur, iis finibus coactus sum opus circumscribere, quibus tum librarii rationibus tum literarum utilitati satis consuluisse viderer. Huc accedit quod quae nunc a multis efflagitantur — epistulas dico aliaque id genus — eius potius erit edere, qui Godofredi Hermanni vitam enarrare sibi proposuerit: cuius vitae ne idoneus scriptor diutius frustra desideretur etiam post Koechlyi operam valde optandum est.

Erat, cum singulis opusculis adicere vellem quibus virorum doctorum studiis vocibusque ea quae Hermanno placuerunt excepta essent. Hac tamen in re persequenda quo diutius operam collocabam, eo minus mihi poteram satisfacere. Tanta enim diversissimarum de uno loco sententiarum multitudo saepissime congesta erat, ut quid dignum esset commemoratione difficillime constitui posset. Itaque cum peritissimo cuique fontes non ignotos esse intellegerem unde notitiam literariam supplerent, paucissimis locis recentiorum editorum nomina uncis inclusa apposui et ne ea quidem, quae Hauptius in Aeschylo exscripsit, accuratius indicanda esse putavi. In indice tamen scriptorum numeri versuum ad recentiores editiones revocandi erant, in quibus Dindorfii poet. scen. ed. V. et Bergkii poet. lyr. ed. III. ubique secutus sum.

Restat ut iis viris gratias agam, quorum benevolentia mihi contigit ut disiecta huius voluminis membra uno corpore

comprehendere possem. Temporum enim iniquitas tulit, ut Hermanni opuscula inedita post mortem Hauptii, cuius curae mandata erant, non collecta invenirentur sed undecunque mihi essent conquirenda, de qua re in Indice Philol. vol. VII. p. 254 uberius exposui. Ibidem cum rogavissem, ut opusculorum edendorum numerum, quem apposueram, si quis unde augerem sciret, ne operae meae deesset, tot tamque iucundae ad me pervenerunt epistulae sive quae me fugerant explentium sive laudantium rem a me institutam consilioque et auctoritate adiuvantium, ut quantum Godofredi Hermanni memoria apud eos valeret, qui disciplinae viri immortalis sese dedissent, probe perspicerem. In quorum numero cum alii egregie de hoc libro meriti sunt, tum Ludovicus Krehlius, bibliothecae academicae Lipsiensi praefectus. Itaque postquam multorum auxilio sublevatus rem ut potui perfecisse videor, tantum tamen abest, ut nihil neglectum praetermissumve esse contendam, ut si quis imperitiae meae succurrere potuerit, eius me beneficio devinctum iri existimem. Illud modo deprecor, ne quis sanctissimum pietatis officium mea culpa criminetur laesum esse: quod cum ab omnibus philologis tum ab me uno ex Hermanni nepotibus summi viri memoriae debetur.

Scribebam Gustroviae
Idibus Decembr. a. MDCCCLXXVI.

INDEX OPUSCULORUM.

GODOFREDI HERMANNI

OPUSCULA.

GODOFREDUS HERMANNUS

OPUSCULORUM VOLUMINIBUS I—VII

IN MARGINE ADSCRIPSIT HAEC:

VOL. I.

Involucro inscr.: *Rec. von Bernhardy in d. Berl. Jahrb. 1828, Febr. N. 29—34. 2ter Artikel N. 47—52. Heidelb. Jahrb. 1827, 12. Dec. S. 1224 ff.*

p. 3 l. 4 post v. dissertatio addidit: *a. 1793.*

p. 61 l. 8 *παῖδας* vitium typoth. correxit: *παῖδα.*

— — *μάλη* - - - *μέλη.*

p. 67 l. 24 solutim - - - *tolutim.*

p. 70 l. 30 verbis *ὁπότε ἀναβαίνοι* adscripsit: scr. *ὁπότε ἐμβαίνοι τῷ δεξιῷ, quum insistit dextro pede anteriore.*

p. 295 l. 6 Eunuchum in marg. correxit *Adelphos.*

p. 296 l. 13 adscripsit: *Ritschl parerg. I. p. 304.*

p. 363 l. 14 teneret in marg. correxit *terreret.*

p. 364 l. 16 ad fidus - *ad fidos.*

VOL. II.

p. 23 l. 34 Od. ο 195 in marg. correxit Od. *υ 195.*

p. 57 l. 2 *v. τεμεῖ* adscripsit: *Videtur poeta dedisse μένει „exspectat eos terminus arvi." v. XVIII. 547.*

p. 71 l. 13 p. 470 in marg. correxit *p. 430.*

p. 71 l. 23 adscripsit: *Schneidewin Diana Phacelitis p. 12.*

p. 72 l. 9 adscripsit: *Revue de philologie etc. Paris 1845, vol. I. n. 1. p. 18 sq. Z. f. d. AW. 1845. II. p. 127 not. Mus. Rhen. 1845 I. p. 141.*

p. 73 l. 12 adscripsit: *Schneidewin Diana Phacelitis p. 13.*
p. 87 in inferiore marg. addidit: *Conferendus Jacobs vermischte Schrifften 5. Th. p. 543—603.*
p. 147 l. 26 adscripsit: *De his itineribus disputavit Th. Bergkius in Diurn. antiq. 1835. 10. p. 953 sq. v. Bode III. 1. p. 221 not. 3.*
p. 158 l. 34 *χρυσὸν λαμβάνειν* adscripsit: *Fritzsch. ad Ran. p. 55.*
p. 186 in superiore margine: *Ἥρη num proprie nubes et nebula?*
— l. 4 verbo Empedocles adscr.: *v. 56 v. Karsten p. 181. cl. terram: id. p. 520.*
— l. 19 adscr.: *Ποσειδῶν ἡ πόσις Athenagoras Leg. pro Christianis c. 18. p. 83. Müller Proleg. p. 289 s.*
p. 299 l. 22 adscr.: *v. Crameri Anecd. IV p. 424, 29.*
p. 304 l. 15 adscr.: *Passow ap. Well. ad Aesch. Pers. 850. Fortasse quod fontes quasi dempto operculo effunduntur. Contra ἄναυρος, quia non semper ναερός.*
p. 326 l. 7 adscr.: *Mire de his questus est expl. Pind. p. 257.*
p. 328 not. lin. 3 adscr.: *Fritzsch. ad Thesm. p. 279.*

VOL. III.

p. 17 l. 8 ad *τὸ σῶφρον* in marg. *γε σώφρων F. V. Fritzsche.*
p. 25 l. 19 colorem vitium typoth. corr. *calorem.*
p. 28 l. 24 Pausanias III. 11. 1. vit. typ. corr. *Pausanias III. 11. 6.*
ib. in inferiore marg. *Falsa refert Krausius in ant. agon. p. 490.*
p. 35 l. 21 adscr.: *Philipp. de pent. p. 50 s.*
p. 38 in superiore marg. *Sophoclis Nioben dithyrambum dramaticum vocat Ambroschius in diss. de Charonte p. 46.*
p. 50 l. 22 adscr.: *v. Schneidewin in Zimmerm. Diurn. 1834 n. 53. πρέπουσι μ. πᾶν ὀρεχθεῖται πέδον Ahrens Emend. Theocr. p. 28.*
p. 51 not. l. 4 adscr.: *Porsonus οὐ μὸς δὲ πότμος. v. Museum philolog. fasc. II. p. 216.*
p. 57 l. 8 adscr.: *Videtur usus esse Agatho Aristophanis Thesm. 110. v. Hesych. in κάγχαλος: unde suspiceris κάγχαλα dicta esse.*
p. 60 l. 20 adscr.: *Ztschr. f. Alterth. W. 1839 Mai n. 55.*

p. 116 l. 116 l. 6 adscr.: *Schöll, Beiträge zur Kenntniss der trag. Poes. I. p. 318 ff.*

p. 120 l. 4 verbo concepta adscr.: *Lobeck Aglaoph. p. 1248.*

p. 130 titulo De Aeschyli Heliadibus dissertatio adscr.: *Censuram scripsit Welckerus in diurnis scholasticis 1828. fasc. 3. n. 30. 31. nihil nisi quae de Ῥῖπαι μὲν δὴ πατρὸς dicta sunt, probans.*

p. 140 l. 18 adscr.: *v. ad Phryges.*

p. 154 not. l. extr. adscr.: *Adde Eurip. Androm. 727. seqq. et compara v. 733 seq.*

p. 155 l. 18 adscr.: *Andoc. De myst. §. 87. (Demosth. c. Aristocr. §. 87).*

— l. 31 adscr.: *Lycurg. §. 9.*

p. 156 in inferiore marg.: *Pseudodemosth. in epitaphio §. 8. p. 1391, 7 Reisk. ὥς οἱ πρὸ ἡμῶν οἰκοῦντες πρὸς ἑσπέραν πάντες οὐδ' ὑπέμειναν· οὔτ' ἠδυνήθησαν καταλῦσαι.*

p. 216 l. 11. v. 897 vit. typoth. corr.: *v. 807.*

p. 291 l. 28 adscr.: *adde ὅλως.*

p. 299 l. 4 adscr.: *Var. lectt. fr. Ambrosiani v. in Buttmanni ed. scholiorum in Odysseam p. 583.*

p. 300 l. 5 verbo οὐκέτι adscr.: *Non metuunt insidias hostium hi milites, sed ne exitium effugiant Graeci.*

ib. l. 26 versui μήποτ' ἐς ἐμέ τινα μέμψιν εἴπῃς adscr.: *Fr. Lindemannus in litteris ad me datis μήποτέ τιν' ἐς ἐμὲ μέμψιν εἴπῃς.*

ib. l. 28 inter 68 et 85 inseruit: *74 Lindemannus recte videtur praeferre λελειμμένοι.*

p. 302 l. 18. 19 deletis *v.* ἐν αἰχμᾷ scripsit *ἔνι δ' ἀκμὰ* et in margine addid: *unus versus e duobus anapaestis et sex iambis. [πόλις · ἔστι Φρυγῶν τις, ἔστιν ἄλκιμος · ἔνι δὲ θράσος, ἔνι δ' ἀκμὰ].*

p. 304 in fine l. 8 post Διόθεν εἶ addidit: *[μολών,]*

ib. l. 9 lacunam ante μόνον in marg. explevit: *[ὦ ξένε κόμπου].*

p. 306 l. 9 (560) adscr.: *Immo: ζ'. φοβερὸν κἀμοίγ'. ή . ἀλλ' ἢ κρυπτὸν διόλωλε τάχ' ἂν λόχον εἰσπαίσας.*

VOL. IV.

p. 215 in superiore marg.: *E. Miller, Eloge de la chevelure etc. Paris 1840 (Gött. Gel. Anz. 1844 März N. 49.*

ib. lin. 8 adscr.: *Cod. Paris. (Codd. Gr. Suppl. n. 388) praebet apud Millerum hunc post v. 67 Ἥρη δ' οὐ μεθέηκε, καὶ οὐχ ὑπόειξεν Ἀθήνη.*

p. 222 l. 27 adscr.: *Cod. Paris. Milleri: ἔνθα δὲ Καρνείοιο φίλον κτέρας Ἀπόλλωνος, οἶκον Ἀμυκλαίοιο παραγνάψας Ὑακίνθου. (habens καρηνοιο* (sic) *et οἰακύνθου ut Mutin.)*

p. 228 l. 21 verbo λογιστικὴ adscr.: *De logistica v. Proclum in 1. Elem. Euclid. p. 12.*

p. 239 titulo „Hermesianactis elegi" additum: *Herm. fragmenta notis & glossario et versionibus tum latinis tum etiam Anglicis instruxit Jac. Bailey. Archilochi et Pratinae fragmenta duo similiter instructa. acc. G. Burgesii epistola critica. Lond. 1839. Rec. v. Bergk in d. Berl. Jahrb. 1841. Sept. n. 47—49.*

p. 244 l. 1 adscr.: *εἶχε σὺν Ἐξαμύῃ Bergk c. Dindorfio in d. Zimmerm. 1839 p. 1132.*

p. 244 l. 2. 3 verbis ἤχθεε et τοιάδ' adscript: *εὖ δ' οἶσθ'* et *οἵ ἀνέ*[*πεμψεν*] *Bail.* —

p. 246 l. 7 v. δοῦριν adscr.: *οὔρει Schneidew. Probat Bergk. retractans dicta ad Anacr. p. 142. cf. Theogn. 1215.*

p. 247 l. 19 adscr.: *v. Suid. κολωνάων.*

p. 248 l. 2 verbo κἀκεῖνον adscr.: *καὶ κεῖνον Bergk.*

ib. l. 3 verbis πάντων et ἐκ συνοχῶν adscr.: *πάντως* et *ἐξ ὀνύχων Bergk.*

ib. l. 4 adscr.: *Plutarch. de lib. educ. p. 3. C.*

ib. l. 8 verbis εἰςόκε.. δαίμων adscr.: *τίς δαίμων Bergk.*

ib. l. 9 v. ἀνέγειρε adscr.: *ἐγέραιρε Bergk.*

p. 249 l. 2 v. ἀνετρέψαντο adscr.: *ὃν ἐθρέψαντο Meineke ad fr. com. T. III. p. 645.*

ib. l. 4 adscr.: *Cobet. orat. p. 47.*

p. 276 l. 20—24 adscr.: *Passt auf den Mont Dor in der Auvergne. Ausland 1846 n. 102 p. 406 f.*

p. 277 l. 12 [v. μὴ διὰ] adscr.: *Δείδια Näkius de Hekabe c. 7. & in progr. 1836. p. 6.*

p. 278 l. 14 adscr.: *Aliter Blomf. ad Aesch. Prom. 821.*

p. 280 l. 12 adscr.: *O. Müller Prolegom. 2. e. wissensch. Mythol. p. 200.*
ib. l. 17 adscr.: *Porsonus. v. Museum philol. II. p. 216.*
p. 281 l. 14 [τοῦτο] adscr.: ποῦ τὸ
 l. 25 v. ἑλόμενος adscr.: [ἑλόμεν]ον v. Welcker *Trilog. p. 47.*
p. 282 l. 2 adscr.: *Schneidewin Diana Phacelitis p. 24. not.*
p. 338 l. 33 adscr.: *Idem:* ἠλεμίστρια, θρηνήτρια.
p. 341 titulo Incredibilium liber primus subscripsit: *Censuram huius dissertationis, sive potius vituperationem, insertis calumniis Schaeferi ex eius epistolis, fecit M. H. E. Meierus in Diurn. litter. univers. 1831 n. 70.*
p. 370 l. 7 adscr.: οὔ κεν *Iliad. XIV. 91.* οὔ κ' *Xenophanes ap. Athen. X. 414 A. ex Dindorfii coni.*
ibid. ad l. 9 adscr.: *Epicharmi versus ap. Diog. Laert. III, 14 sic scribendi videntur:*

ὥσπερ γὰρ ἔντ' αὔλησιν αὐλητὰς μαθών,
ἢ ὄρχησιν ὀρχηστάς τις ἢ πλοκεὺς πλοκάν,
ἢ πᾶν γ' ὁμοίως τῶν τοιούτων ὅ τι τὺ λῇς,
οὐχ αὐτός ἐντι χἀ τέχνα, τεχνικός γα μάν.

p. 395 col. 2 l. 6 et 22 pro 368 bis correxit: *381.*
p. 397 col. 1 inter lin. 10 et 11 inseruit: *Epicharmus ap. Diog. L. p. 307.*

VOL. V.

p. 14 l. 33 adscr.: *Fritzsch. ad Thesm. 136 sq. 145.*
p. 19 in superiore marg. adscr.: Ὡς οἰνοπλῆγες καὶ μεθυστάδες γάμων *apud Hesych. in* μεθυστάδες *Aeschyli esse ex Danaidibus suspicabatur G. Bernhardy in epist. ad me data d. 23 Apr. 1835. Potius ex Lycurgia esse credam.*
p. 78 not. l. 2 adscr.: *Continuatio in iisdem 1840. Oct. p. 119.*
p. 90 l. 22 [ad Theocr. X. 35] adscr.: *Mehlhorn diss.* [Schematis ἀπὸ κοινοῦ ratio etc: Glogau] *1833.*
p. 112 l. 28 in margine sic interpunxit: τὼ χέρε τεινόμενος. περικλώμενος εὗρον ἀγῶνα.
p. 118. Titulo adscr.: *Obiecit quaedam David Schulzius in progr. de aliquot N. T. locorum lectione et interpretatione, Vratisl. a. 1833.*

p. 129 l. 12 adscr.: *Sic explicat etiam Victorinus philosophus in Ang. Mai scriptt. vett. nova collectione vol. III. p. 23. s.*
p. 136 l. ult. adscr.: *De hoc verbo v. Funkhaenel ad Demosth. Ol. III. 22.*
p. 140 l. 16 adscr.: *Fritzsch. ad Ran. p. 326.*
p. 141 l. 9 adscr.: *Schöll, Beiträge z. Kenntn. d. trag. Poes. 1. p. 347.*
p. 142 l. 8 adscr.: *Schöll 1. p. 351.*
p. 143 l. 34 adscr.: *Welcker, Allg. L. Z. 1836. n. 173. p. 149. s. in cens. Letronnii.*
p. 147 l. ult. adscr.: *Winkelmann.* (sic) *ad Plut. Amator. p. 114. Schöll p. 404.*
p. 148 l. ult. adscr.: *v. Schneidewin post Eustathii prooem. comm. Pind. p. 59. Walz rhet. Graeci II. p. 12.*
p. 152 l. 10 adscr.: *Od. XXII. 412.*
p. 153 l. 8 adscr.: *Schöll p. 367.*
p. 154 l. 21 adscr.: *Schöll 1. p. 349.*
p. 155 l. 8 adscr.: *Schöll, Beiträge zur Kenntniss der trag. Poes. 1. p. 329.*
p. 158 l. 4 adscr.: *Schöll p. 423 s.*
p. 166 l. 33 adscr.: *H. Sauppe epist. crit. p. 82 sq.*
p. 168 l. 7 adscr.: *Etiamque, qud usurpat Vitruvius, ut IV. 2. bis . V, 5, 8.*
p. 185 l. 11 adscr.: *ἄγαν οἶσιν Seidlerus.*
p. 193 l. 29 adscr.: *v. Schneidewin ad prooem. Eustath. p. 32 ss.*
p. 197 l. 17 verbo *tardatum* adscr.: *v. Procl. Chrestom. κβ.*
p. 216 l. 4 adscr.: *Welckerus in Diurn. litt. Hal. 1836 n. 181. p. 211 not. confusum hic dicit Praxitelem encaustam cum nobili statuario, quos recte distinguere Silligium p. 390.*
p. 219 l. 13 adscr.: *Potius in qua vivorum hominum magnitudine pictae essent imagines intelligendum esse apparet ex allatis a Rochetto in Picturis antiquis ined. p. 186. Aeliano V. H. IV. 3 et Polemone ap. Athen. XI. p. 484. C.*
ib. l. 26 adscr.: *Vituperavit haec Müllerus in diurn. litt. Gott. 1834. Aug. n. 140. p. 1393 s. ostenditque et auctore Leakio se ita censuisse, et rem confirmari a Semperio: Vorläufige Bemerkungen über bemalte Architektur und Plastik bei den Alten von G. Semper. Altona 1834.*

Contra Welckerus in censura Letronii Allgem. L. Z. 1836. n. 180. p. 203.

p. 222 lin. 11 adscr.: *In pictoris templi Ardeatis epigrammate et verae eius patriae et civitatis ab Ardeatibus acceptae mentio fieri debuit. Id sic scribendum:*

Digno dignu' loco picturis condecoravit
Reginae Junoni', Supremae coniugi', templum
Marcus Ludius Ardeatis, Ateste oriundus,
Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

Ardeatis nominativo casu dicebant, teste Prisciano. [cf. Hermannum Opuscc. VII. p. 403.]

p. 226 l. 26 adscr.: *Contra Welckerus in diurn. litt. Hal. 1836. n. 180. p. 205.*

p. 227 l. 17 verbo ἔτι adscr.: *inutile iudicat Welckerus in diurn. litt. Hal. 1836. n. 180. Oct. p. 203. ubi etiam alia p. seq.*

p. 260 l. 32 verbis *per pauciores* adscr.: *f. per auctiores.*

p. 291 l. 26 adscr.: *Bergk de com. rell. p. 347.*

p. 300 titulo adscr.: *Ritschl, Die Alexandrinischen Bibliotheken p. 64.*

p. 308 l. 21 adscr.: *De ῥαψῳδία cf. Plato Timaeo p. 21 B.*

p. 345 l. 15 pro *namque* correxit: *genti quoniam.*

ib. l. 20 pro *Tantum* correxit: *Quamvis.*

ib. l. 22. 23. 24 (v. 140—142) in marg. sic scripsit:

atque omni lactente ferarum
parva progenie gaudens
horum poscit signa profari

ib. l. 27. 28 verba *in portu* ex v. 146 inseruit versui 145 inter v. *classem* et *diva.*

ib. l. 31 (v. 149) deletis verbis *namque manet* margini adscr.: *nam restat.*

p. 346 l. 10 (v. 164) adscr.: *quippe nullus, noscitur.*

p. 347 l. 2 (v. 190) deleto v. *mora* adscr.: *remora;*

ib. l. 15 (v. 203) deleto v. *tingere* adscr.: *polluere.*

ib, l. 21 (v. 209) verbo *cupide* adscr.; *Danaos.*

p. 348 l. 6 (v. 229) adscr.: *Muta sed haec vi capistrum amovens.*

p. 354 l. 6 (v. 159) deleto v. *manum* adscr.: *caput.*

VOL. VI. P. I.

p. 99 l. 24 verbis: in dem neuesten Hefte des rheinischen Museums adscr.: *1829 III. 2.*

p. 152 l. 24 adscr.: *Εἴ γε γνήσιον τὸ προοίμιον τίθεμεν. Herodian in Walzii rhet. VIII. p. 586. gehört zu Ἔργ. 2.*

p. 161 l. 16 verba *Phys. IV. 1* uncis inclusit et post Metaph. I. 4 addidit: *de Xenophane c. 1. p. 975. a.*

p. 164 l. 24 adscr.: *Hesych. Apoll. Lex. Buttm. Lexil. I. p. 274. Lobeck ad Phryn. p. 728. Spitzner ad Il. IX. 146.*

p. 175 l. 19 verb. *Γαῖα* expunctum est.

p. 176 l. 25 adscr.: *Gerhard, auserlesene gr. Vasenbilder 2. Theil Tafel 86.*

p. 222 l. 13 V. 39 adscr.: *Alle MSS den Infinitiv. Doch wäre besser δίκασσαν. volentibus (nobis) iudicarunt.*

p. 227 l. 25 pro v. 280 correxit: *v. 270.*

p. 241 l. 33 post Odyss. XIX. 202 adscr.: *In den Versen des Apollonius Rhod. bey dessen Schol. 1. 515 ist demnach πνοιῇ πέλεν zu schreiben.*

p. 260 l. 3 post genannt waren . adscr.: *Im letzten Verse ist zu schreiben δῶρα φέρων, ἔλθῃ δὲ σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσι und vorher wohl ὅς κεν κεῖθι μολών.*

p. 267 l. 22 in fine adscr.: *Cramer Anecd. I. p. 428, 26.*

p. 272 in inferiore margine adscr.: CCIV. *Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν νίκησαι τρικάρηνον Sanchuniathon p. 6. Prior versus ap. Etym. M. p. 216, 37. v. Bernhardy ad Dionys. 912.*

CCV. Ἡσίοδος μὲν ἥμισυ τοῦ παντός φησιν εἶναι τὴν ἀρχήν, προτρέπων οἶμαι καὶ διὰ τούτου τῶν ἀρίστων ἐπιτηδευμάτων ἅπτεσθαι, ὡς τοῖς γε ἀρξαμένοις ἐξ ἡμισείας ἤδη προηνυσμένου τοῦ σπουδάσματος. οὐ πολλοῦ δὲ ὄντος τοῦ τῆς ἡμισείας μοίρας, πλείονος ὅμως δεῖ τοῦ λειπομένου πρὸς τὴν τοῦ παντὸς συμπλήρωσιν. Hierocles in Hippiatr. p. 172. Verba fuisse puto ἀρχὴ δ' ἥμισυ παντός.

p. 274 col. 1 inter lin. 13 et 14 insertum: *216, 37.*

ib. col. 2 inter lin. 13 et 14 insertum: *204.**

p. 276 col. 1 inter lin. 25 et 26 insertum: *Hierocles CCV.*
p. 277 col. 1 inter lin. 32 et 33 insertum: *Sanchuniathon p. 6.*
ib. col. 2 infra numerum 145 inferiori margini adscr.: *204.**

VOL. VI. P. II.

p. 48 l. 25 post *βὰς* inseruit *ὁ.*
ib. ib. pro *ἀτίτας* scripsit: *ἄτιτος.*
p. 83 l. 27 adscr.: *Auch Lobeck 2. Aiax. p. 383, aber ohne Beispiel.*
p. 128 in superiore marg. adscr.: *Aristot. Polit. III. 3. p. 62, 25 ed. min. Bekk. ὥσπερ γε καὶ χορὸν ὁτὲ μὲν κωμικόν, ὁτὲ δὲ τραγικὸν ἕτερον εἶναί φαμεν, τῶν αὐτῶν πολλάκις ἀνθρώπων ὄντων.*
p. 217 col. 2 in fine inter *χαρώνειοι κλ.* et *χρέος* inseruit: *χλοῦνις 41.*

VOL. VII.

p. 5 l. 17 adscr.: *zweiter Anhang S. 39.*
p. 134 l. 18 *ποικίλον* correxit in: *ποικίλων.*
p. 193 l. 23 verbo *Λάξῳ* adscr.: *λάξω cod.*
p. 291 l. 22 adscr.: *Meinek. Anal. Alex. p. 161.*
p. 320 in inferiore marg. adscr.: Opuscoli eruditi Latini ed Italiani del P. M. Giuseppe Allegranza. Craemona 1781. 4. In eo libro p. 203—211 est: delli Palici, di un' antica Palermo, e della patria di S. Agata in Sicilia. Ibi describitur copiose locus ille qualis tum erat et antrum Thaliae. Citatur Boccacius, qui in Genealogia deorum II. c. 10 auctore Theodontio de Palicis rettulit. Exstat liber in bibl. Gottingensi. (Theodontius iste Leontius est in Bodii mythographis.)
p. 324 in superiore marg. adscr.: *Es seien Stückgiesser, welche die Form, in der die Frau aus Erz gegossen worden, zertrümmern: damit zu vergleichen die Schaale bei Gerhard: Trinkschaalen des königl. Museums t. 12. 15, und Panofka: Bilder antiken Lebens t. 8 n. 5. A. Feuerbach im Kunstblatt 1845. n. 37.*

p. 328 ad l. 23 adscr.: *picturae in vasculis tab. 254. vgl. annali 1830*
u. élite des mon. céramogr. 1. pl. 35. A. Feuerbach (s. oben S. 324) ebendas.

p. 429 col. 2 l. ult. post πεπιθών 132 addidit: *παραχορήγημα 346. παρασκήνιον 346.*

DE ITERATIS APUD HOMERUM.*)

Non multum ad dirimendam litem, quae inter doctos de compositione carminum Homericorum est, conferre mihi videntur, qui scribendi artem, sine qua istiusmodi poemata condi potuisse negant, vel remotissimae antiquitati vindicare student. Nam ignotum illis poetis fuisse usum litterarum non modo silentium eorum de scriptura testatur, siquidem quae Proeti tristia signa in Iliade memorantur non dubium videtur quin aut non fuerint litterae, aut, si fuerunt, quae vis et ratio earum esset, latuerit poetam, verum etiam clamat tota antiquae poesis epicae natura indiciis apertissimis. Nam et conformatio coniunctioque sententiarum, et orationis ad numeros accommodatio, et vocabulorum ornantium adiectio, et praedicatorum rebus commemoratis additorum positura, evidentissime eo conspirant, ut non ad legendum, sed ad audiendum facta esse carmina illa appareat. Etenim quae solis auribus percepta delectare volumus, ea, quoniam vox, simulatque audita est, irrevocabilis abiit, ante omnia oportet plana et perspicua esse, ut sequi recitantem commode possint audientes, nec moretur eos aliquid, avertatque attentionem a proxime succedentibus: sic enim fatigaret magis auditio mentes quam afficeret voluptate. Hinc omnis oratio maxima simplicitate ex brevibus membris contexta est, quae neque inter se implicata sunt, nec longos verborum connexus efficiunt, sed alia aliis deinceps adiuncta singula per se constant, ita ut, si quando interpositis alienis suspensa

*) Edita est a. 1840.

maneat sententia, nunc ab novo initio quae reliqua erant adiiciantur, nunc ipsa vocis temperatione quae intermedia sunt distinguantur a ceteris: cuiusmodi exemplum est in Iliad. XIII. 674—680. Deinde quae narrantur ita solent describi, ut semper ex praegressis aliqua pars repetatur: quo fit ut et ea quae iam audita sunt facilius retineantur firmiusque imprimantur animis, et laxius atque remissius fluat oratio, quam si novis semper constipatis attentionem difficilem et molestam redderet. Ad eamdem consuetudinem pertinet quem grammatici vocant *τρόπος ἐτυμολογικός*, quum quod uno vocabulo dictum est pluribus explicatur, ut

κύνας κηρεσσιφορήτους,
οὓς Κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν·
δώδεκα δ' ἵππους,
πηγούς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Mirifice porro et recitanti poetae memoriam et audientibus facilitatem perceptionis adiuvat summa illa orationis cum numeris versuum conspiratio, cuius haec virtus est, ut, quum fere singulis versibus versuumque partibus singulae sententiae absolvantur, ipsi numeri terminos constituant, quos intra conclusae esse debeant sententiae. Itaque etiam qui loquentes introducuntur, integro versu et incipiunt verba facere et perorant: idque factum est eo quoque loco, quo solo ex obliqua oratione in rectam transitur, Iliad. IV. 303. Eodem referendae sunt alloquendi formulae integrum versum explentes, ut

Ἀτρείδη κύδιστε, ἄναξ ἀνδρῶν, Ἀγάμεμνον.

Omninoque plurimum conferunt ad hanc orationis cum numeris convenientiam vocabula ornatui destinata, quibus quum veluti vacua in sententiis spatia impleantur, non solum opportunitas praebetur membra orationis usque ad finem versus producendi, sed etiam, quod ita stabilia sunt ista vocabula, ut cognominum instar sint, ornant illa quidem orationem, sed, quoniam saepe nihil faciunt ad ea quae quoque loco narrantur, non exposcunt sibi diligentiam singularem audientium. Denique etiam quae sic in describendis ornandisque rebus adiiciuntur, ut adverti animum postulent, quum positu suo in initiis versuum separentur a praegressis, simul et dispescunt orationem in membra numeris accommodata, et faciunt ut omnia per partes descripta clarius patescant: ut,

κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμησιν ἔθηκε,
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας.

Qualia qui sic scripta dederunt, ut nullam in fine prioris versus interpunctionem ponerent, non perspectam habuerunt artem poesis epicae. Id quum sermonis ratio ostendat, quae, si non interpungeretur, praeposito adiectivo καλὰς κνημῖδας dici postularet, tum apertius alia exempla declarant, ut Iliad. XI. 3.

Ζεὺς δ' Ἔριδα προΐαλλε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
ἀργαλέην, πολέμοιο τέρας μετὰ χερσὶν ἔχουσαν.

Non posita enim interpunctione aliquam de pluribus gravem Eridem misisse videretur Iuppiter, qui dicendus erat hanc quae una est Eridem misisse, gravem illam, belli signum in manibus gestantem. Itaque etiam Iliad. XI. 489. distinguendum erat:

Αἴας δὲ Τρώεσσιν ἐπάλμενος εἷλε Δόρυκλον,
Πριαμίδην, νόθον υἱόν.

Et sic aliis non paucis in locis. Haec omnia ut soli auditioni factam esse illam poesin produnt, sic etiam ostendunt quam facile fuerit istiusmodi carmina ex tempore fundere: ex quo apparet ne opus quidem fuisse litteris, ut conderentur carmina, quae et memoria retineri facillime a poeta possent, et, si quid excidisset, paratam haberent ad supplendum materiam amplissimam. Id longe aliter se habet apud eos poetas, qui carmina sua scripto consignarunt, nisi si qui artem illam Homeri diligenter sunt imitati: id quod felicissime cessit Quinto Smyrnaeo. Verissime enim Caesar de B. G. VI. 14. ubi Druidum discipulos magnum numerum versuum ediscere iussos narrat, ut ne litteris confisi minus memoriae studerent, fere plerisque accidere dicit, ut praesidio litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant.

Consequens fuit illius quam exposui rationis, ut veteres illi poetae saepenumero in eadem re eadem verba eosdemque versus iterarent, quod vitatum est ab illis, qui scripto carmina sua expoliverunt. Sed iterationum in Homericis carminibus tanta et multitudo et varietas est, ut non de omnibus idem statuendum videatur. Nam quum et natura sua differant inter se nec caussas habeant easdem, aliae earum necessariae sunt, aliae supervacaneae; aliae certae, aliae incertae; aliae placent, aliae displicent; aliis nihil

offendimur, aliae ne ferendae quidem videntur. Quam iterationum dissimilitudinem qui consideret, facile credo talem esse reperiet, ut et ipsa aliquid conferat ad convellendam opinionem eorum, qui temere discerpi carmina Homeri queruntur. Volo huius rei rationem paucis adumbrare: non enim de exhaurienda cogitare poterit, nisi qui se speret omnem carminum illorum compositionem ita in suas partes resoluturum, ut quid cuique parti tribuendum sit satis probabiliter definiatur.

Ac primo quae per ipsum rerum narrandarum ordinem saepius redeunt, per se patet rectius iisdem quam aliis verbis dici. Molesta enim esset variatio, exilemque magis diligentiam poetae, quam occupatum gravioribus animum proderet. Itaque nemo non probabit, si talia iterantur, quale hoc est:

δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ.

Pertinent ad hoc genus etiam comparationes eiusmodi, quae quod cuivis facile in mentem veniant, propemodum pro usitatis formulis habentur, ut *ὥςτε νόημα* de celeritate dictum, vel de praecipitato *ἀρνευτῆρι ἐοικώς*.

Diversum ab his genus est, quo mandata iisdem verbis, quibus accepta sunt, perferuntur: quod ut antiquae simplicitatis est, ita eo quoque commendatur, quod alioqui parum fidus esse nuntius videretur. Simile est, quod Telemachus Od. II. 215 seqq. iisdem verbis quid facturus sit dicit, quibus I. 281 seqq. eum monuerat Minerva, quodque idem IV. 322. Menelaum iisdem verbis orat, quibus usus erat apud Nestorem III. 92 aut quum de Alcinoo lacrimare Ulixem vidente eadem verba usurpantur VIII. 93, 532 aut quum de coorta tempestate eadem dicit Ulixes XII. 403. XIV. 301. Nimium vero esse arbitror, quod quinque versus ter positi sunt Iliad. II. 11, 28, 65 quibus etsi non offensum video C. Lachmannum, cuius viri iudicio plurimum tribuo, tamen videor mihi in ea re duorum carminum vestigia deprehendere.

Similis aliarum iterationum ratio est. Nam quod multis in locis antiqui interpretes adnotarunt, versus aliquos ex aliis locis illatos esse, id etiam latius patet. Vix enim dubitari potest, quin quaedam horum exemplorum ab iis profecta sint, qui diversa carmina in unum coniungentes haec duo quae nunc habemus magna poemata condiderunt. Eo sat

certis indiciis refero, quae Iliad. XI. 658 seqq. XVI. 23 sqq. item quae XI. 794 seqq. XVI. 36 seqq. leguntur.

Quemadmodum, ut supra dictum est, in rebus vulgaribus, quarum saepius memorandarum usus venit, eadem verba usurpari consentaneum est, sic idem cadit etiam in ea, quae praecipuam quamdam gravitatem et singulare pondus habent. Sed id eiusmodi est, ut in epico carmine vix alibi locum inveniat, quam quum aliquid solito maius ac difficilius dicendum est: ut quum Homerus Il. II. 484, XI. 218, XIV. 508, XVI. 112 dixit:

ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσαι.

Alia, sed similis ratio est, si scriptor carminis didactici earum aliquam sententiarum repetit, quae praecipuum placitum admonitionemve non obliviscendam continent, ut apud Lucretium quater legimus: [I. 143 sq., II. 59 sq., III. 91 sq., VI. 39 sq]

hunc igitur terrorem animi tenebrasque necesse est
non radii solis neque lucida tela diei
discutiant, sed naturae species ratioque.

Id eum exemplo Empedoclis fecisse non dubium videtur.

Aliud genus est eorum, quae in carminibus Homericis imitando iterata inveniuntur: quae sunt eiusmodi, ut si non poetas diversos, certe carmina separatim facta testentur. Nihil enim impedit quin credamus aliquem poetam quos uno in carmine versus posuisset, iis usum esse etiam in alio. Huiusmodi sunt quae leguntur in Odyss. XI. 416 seqq. et XXIV. 87 seqq. de quo loco dixi in dissertatione de *ἂν* particula p. 39. Talia aliquoties in comparationibus inveniuntur, ut Iliad. XI. 414 et XII. 149, item XI. 554 et XVII. 657 quibus in locis pleraque iisdem verbis sunt exposita. Feramus fortasse, si quid huiusmodi paucis verbis continetur, ut illud de lacrimante Iliad. IX. 14. XVI. 3.

ὥςτε κρήνη μελάνυδρος
ἥτε κατ᾽ αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Quid vero de sex versibus dicamus, quibus Iliad. VI. 506, XV. 263, equus describitur, aut de illis quinque, quibus XIII. 389 et XVI. 482 vir cadens in proelio cum arbore comparatur? Magis etiam absonum est, quod quae Iliad. XIII. 23—35 de Neptuno dicta sunt, VIII. 41—50 mutatis quae necessário mutanda erant, ad Iovem translata videmus. Eadem perversitate in Odyssea V. 8. Minerva Mentoris verbis, quae sunt

in II. 230 utitur. Sic etiam praeclaros illos versus Iliad. XXII. 209.

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο,
τὴν μὲν Ἀχιλλῆος, τὴν δ' Ἕκτορος ἱπποδάμοιο·
ἕλκε δὲ μέσσα λαβών· ῥέπε δ' Ἕκτορος αἴσιμον ἦμαρ,

VIII. 69. Achivis aptavit, qui istam carminis partem ex Homericis versibus composuit. Quae qui accurate consideraverit, quid aliud quam ornamenta esse ex antiquiorum poetarum carminibus decerpta fateri cogetur?

Sed progrediendum est longius. Nam videntur etiam iterationes factae esse, quibus non eaedem sententiae eademque verba iterarentur, sed modus dumtaxat narrandi repeteretur, substitutis aliis pro iis quae omitterentur. Quum enim in comparationibus fere ab una re similitudo peteretur, nisi ubi duo similia coniunguntur, ut *κάπριος ἠὲ λέων*, vel *κλαγγὴ χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων*, quibusdam in locis alia aliam sequitur comparatio. Ac sane vel per se habent eiusmodi exempla quo suspecta reddantur. Nam quum illustrandi ornandique caussa adhibeantur comparationes, haut recte facere videtur poeta, qui coniunctis duabus imaginibus altera alteram debilitat, animosque audientium in diversa trahit, ut nesciant utri similius sit id quod comparando illustrabatur. Mirum profecto foret, si id latuisset illos poetas, apud quos nunc istiusmodi exempla inveniuntur. Quod si recordamur, id quod multis iisque minime ambiguis documentis constat, rhapsodos, qui veterum poetarum carmina recitabant, eas potissimum partes, quae ornatui factae erant, pro suo arbitrio tractasse, quaeque vel minus placerent, vel splendidius dici potuisse viderentur, cum aliis commutasse, non multum opinor dubitabimus quin distinguere diversorum poetarum versus debeamus. Insigne exemplum est Iliad. XIX. 372.

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον,
χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
εἵλετο· τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ' ἠΰτε μήνης.
ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανήῃ
καιομένοιο πυρός· τὸ δὲ καίεται ὑψόθ' ὄρεσφιν,
σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ· τοὺς δ' οὐκ ἐθέλοντας ἄελλαι
πόντον ἐπ' ἰχθυόεντα φίλων ἀπάνευθε φέρουσιν·

ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανεν,
καλοῦ, δαιδαλέου.

Quis non videt, si clipeus Achillis cum fulgore lunae comparatur, refutari illam similitudinem adiecta descriptione alius multo magis fulgentis flammae? Ex quo facile licet existimare, diversorum haec poetarum esse, quarum alter sola lunae similitudine usus fuerit, alter autem non posuerit hunc qui de luna est versum. Non minus memorabile exemplum praebent haec Iliad. XI. 548.

ὡς δ' αἴθωνα λέοντα βοῶν ἀπὸ μεσσαύλοιο p. 9
ἐσσεύοντο κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀγροιῶται,
οἵτε μιν οὐκ εἰῶσι βοῶν ἐκ πῖαρ ἑλέσθαι,
πάννυχοι ἐγρήσσοντες· ὁ δὲ κρειῶν ἐρατίζων
ἰθύει, ἀλλ' οὔτι πρήσσει· θαμέες γὰρ ἄκοντες
ἀντίοι ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
καιόμεναί τε δεταί, τάς τε τρεῖ ἐσσύμενός περ·
ἠῶθεν δ' ἀπο νόσφιν ἔβη τετιηότι θυμῷ·
ὣς Αἴας τότ' ἀπὸ Τρώων τετιημένος ἦτορ
ἤϊε, πόλλ' ἀέκων· πέρι γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν.

ὡς δ' ὅτ' ὄνος παρ' ἄρουραν ἰὼν ἐβιήσατο παῖδας,
νωθής, ᾧ δὴ πολλὰ πέρι ῥόπαλ' ἀμφὶς ἐάγη,
κείρει τ' εἰςελθὼν βαθὺ λήϊον· οἱ δέ τε παῖδες
τύπτουσιν ῥοπάλοισι· βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν·
σπουδῇ τ' ἐξήλασσαν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς·
ὣς τότ' ἔπειτ' Αἴαντα μέγαν, Τελαμώνιον υἱόν,
Τρῶες ὑπέρθυμοι τηλέκλητοί τ' ἐπίκουροι,
νύσσοντες ξυστοῖσι μέσον σάκος, αἰὲν ἕποντο·

Utraque egregia imago est: sed qui alteram fecit, non usus esse altera videtur: tam inter se dissimiles sunt. Ut haec propter nimiam dissimilitudinem, sic propter nimiam similitudinem non est credibile ab uno poeta profecta esse, quae Iliad. II. 144. leguntur:

κινήθη δ' ἀγορή, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης
πόντου Ἰκαρίοιο, τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε
ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.

ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθών,
λάβρος ἐπαιγίζων, ἐπί τ' ἠμύει ἀσταχύεσσιν·
ὣς τῶν πᾶσ' ἀγορὴ κινήθη.

Non dubito idem contendere de eo loco in quo tot quot nullo in alio coniunctae sunt comparationes, Il. 455.

ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
οὔρεος ἐν κορυφῇς, ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή·
ὣς τῶν ἐρχομένων ἀπὸ χαλκοῦ θεσπεσίοιο
αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκεν.
p. 10 *τῶν δ', ὥςτ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλά,*
χηνῶν ἢ γεράνων ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν,
κλαγγηδὸν προκαθιζόντων, σμαραγεῖ δέ τε λειμών·
ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων
ἐς πεδίον προχέοντο Σκαμάνδριον· αὐτὰρ ὑπὸ χθὼν
σμερδαλέον κονάβιζε ποδῶν αὐτῶν τε καὶ ἵππων.
ἔσταν δ' ἐν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ ἀνθεμόεντι,
μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.
ἠΰτε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλά,
αἵτε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσιν
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τε γλάγος ἄγγεα δεύει·
τόσσοι ἐπὶ Τρώεσσι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
ἐν πεδίῳ ἵσταντο, διαῤῥαῖσαι μεμαῶτες.
τοὺς δ', ὥςτ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν αἰπόλοι ἄνδρες
ῥεῖα διακρίνωσιν, ἐπεί κε νομῷ μιγέωσιν·
ὣς τοὺς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα,
ὑσμίνηνδ' ἰέναι· μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων,
ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.
ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγ' ἔξοχος ἔπλετο πάντων,
ταῦρος· ὃ γάρ τε βόεσσι μεταπρέπει ἀγρομένῃσιν·
τοῖον ἄρ' Ἀτρείδην θῆκε Ζεὺς ἤματι κείνῳ,
ἐκπρεπέ' ἐν πολλοῖσι καὶ ἔξοχον ἡρώεσσιν.

Apertum est versus 467. 468. et iis quos nunc sequuntur et versui 458. subiungi potuisse: sed qui poetae iis usi sunt, certo non fecerunt versus 469—473. Habemus ergo, nisi vehementer fallor, hic quattuor poetarum versus, quorum quisque pro suo sensu exercitum ad pugnam exeuntem descripsit. Quamquam haud scio an admirator aliquis eius carminum Homericorum formae, quam ab antiquis traditam accepimus, argumenta sit conquisiturus, quibus pro contraria sententia cum aliqua specie pugnari possit. At sunt alia,

quae vel pertinacissimo antiquae auctoritatis defensori assensionem extorqueant. Non utar illis, quae apte dicit Telemachus, procos ex domo sua abire iubens, Odyss. II. 139. non apte autem I. 374. sed quis ferat Odyss, XVI. damnatos p. 11 iam a Zenodoto versus 281—298. qui importunissimo loco positi sunt, sumpti ex XIX. 5. ubi pars eorum potissima suam habet sedem? Ficta narrat Ulixes apud Eumaeum Odyss. XIV. 199. et apud Penelopam XIX. 172. Utroque loco se Cretensem esse ait, sed in priore Castoris, in altero Deucalionis filium: haec recte, quod vera dicere nolenti quidvis fingere licebat. Sed si fingeret, cur, ubi se de Ulixe audivisse dicit, eadem Penelopae quae Eumaeo refert, licet paullum mutato ordine? nam quae XIV. 323—330. leguntur, in XIX. scripta sunt v. 293—299. quae autem XIV. 331—335. in XIX. sunt v. 288—292. Alia potius poeta, si delectare auditorem vellet, fingere debebat, non iterum ponere, quae iam dicta essent, eoque minus, quod ficta non habent gratiam nisi a novitate. At non solum haec repetit Ulixes, sed quae XIV. 258. narrat, iterat etiam apud procos XVII. 427—441. Cuiusmodi iterationes aut magnae ingenii paupertatis aut insignis negligentiae documenta sunt: quod contra si in diversis carminibus eadem posita fuerunt, non est quod quis vituperet, quia si eiusdem poetae sunt, nihil impediebat quin alio tempore et coram aliis auditoribus recitaret quae his nova viderentur; sin diversorum poetarum, exornare iis sua carmina licebat aliunde depromptis versibus, quae tum omnium videtur poetarum consuetudo fuisse. Nullum vero incredibilius exstat iterationis exemplum, quam Odyss. IV. 613—619. XV. 113—119. quibus versibus Menelaus craterem describit, quem hospitii caussa donaturus sit Telemacho. Nam ne commemorem, quam parum veri simile sit, quod narratio illa quae de Telemachi apud Menelaum commoratione est, abrupta IV. 624. demum in XV. interpositis undecim rhapsodiis ad finem perducitur, illud plane absurdum est, istis quos dixi versibus id quod semel factum est bis referri. Atque hoc quidem tam manifestum est, ut ex eo de ceteris quae similia attulimus existimari possit. Ergo omnino triplex iteratorum genus est, unum, quae sunt verae iterationes, factae ab uno poeta in eodem carmine propterea, quod alia substituere vel exilis diligentiae vel pravi iudicii

fuisset; alterum, quae videntur iterationes esse, sed non sunt, quum quis poeta vel alius poetae vel suis ipsius ex alio carmine versibus utitur; tertium denique, quae iterationes quidem sunt, verum illae non ab ipsis poetis, sed ab illis profectae, qui ex diversis carminibus Iliadem et Odysseam
p. 12 componentes nunc servarunt quae ex uno carmine in aliud erant translata, nunc ipsi, ut hiantia conglutinarent, lacunas ex aliis locis compleverunt. Atque illius quidem generis, quod positum est in utendis alienis, plura haberemus exempla, si alia ad nostram aetatem pervenissent antiquissimorum poetarum carmina. Eorum quaedam vestigia in ipsis Homericis inveniuntur.

Fuit quoddam pervetustum carmen de Nestoris rebus gestis, ex quo in XI. et XXIII. libro Iliadis aliquid conservatum est, ac nescio an ipsis poetae illius verbis. Magnam enim partem sermonis, quem in XI. habet Nestor, ita ab Homericis discrepare, ut manifestissime alium poetam prodat, iam in praefatione hymnorum indicavi: persecutusque est hanc rem diligenter singulari dissertatione Aemilius Pinzgerus edita Ratiboriae a. 1836. Alia horum pars continetur XXIII. v. 629—642. Utraque insigni exemplo monstrat quomodo alienis et usi et abusi sint poetae etiam antiquissimi. In utraque sermo est de Molionidis, de quibus quae Hesiodus rettulisse dicitur, nihil sunt aliud quam commenta ex male intellectis veteris poetae verbis hausta. Nam quum Homerus quos Iliad. XI. 709. *Μολίονε*, XXIII. 638. autem *Ἀκτορίωνε* vocat, XI. 750. coniuncto utroque nomine *Ἀκτορίωνε Μολίονε* dixerit, Hesiodus matrem iis fuisse credidit Molionen, quod nomen in Apollonii lexico et apud Pausaniam V. 2, 2. bis sine librorum discrepantia, et VIII. 14, 9. ubi unus tantum codex cum impressis *Μολιόνης* habet, *Μολίνη*, sed perperam, scriptum est. Molione dicta est ab Ibyco, Apollodoro, scholiastis Homeri ad XI. 709. Pindari ad Ol. X. 28. 29. Atque Apollodorus II. 7, 2. 2. p. 210. ita scribit: *παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος, ἐλέγοντο δὲ Ποσειδῶνος. Ἄκτωρ δὲ ἀδελφὸς ἦν Αὐγέου.* Vehementer torsit grammaticos illud *Ἀκτορίωνε Μολίονε.* Apollonius in lexico p. 113, 21. *Μολίονες, μαχηταί, ἀπὸ τῆς κατὰ μάχην γενομένης μολήσεως ἢ ἀπὸ τοῦ συνεχῶς μολίσκειν εἰς μάχην· ἀπὸ γὰρ μητρὸς οὐδένα σημαίνει Ὅμηρος. Ἡσίοδος δὲ ὡς Μολίνης υἱοὺς γεγονότας*

παραδίδωσι. Quae verba Alberti ad Hesychium ut ex Photio affert, quod repetivit Schneidewinus ad Ibycum p. 176. De Hesiodo testantur etiam scholiastae ad XI. 709. XXIII. 638. et Eustathius p. 882, 26. 1321, 24. ex quibus intelligitur, qui a matre nomen accepisse negarent, finxisse patrem eorum Actorem alio nomine Molum fuisse appellatum. At hoc aeque vanum esse ut Hesiodi inventum ipse poterat Homerus osten- p. 13
dere, si recte ad eius narrationem attendissent. Dixerat apud eum Nestor de sua contra Eleos expeditione referens XI. 709.

μετὰ δέ σφι Μολίονε θωρήσσοντο,
παῖδ' ἔτ' ἐόντ', οὔπω μάλα εἰδότε θούριδος ἀλκῆς.

Deinde v. 738.

πρῶτος ἐγὼν ἕλον ἄνδρα, κόμισσα δὲ μώνυχας ἵππους,
Μούλιον αἰχμητήν· γαμβρὸς δ' ἦν Αὐγείαο,
πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχε ξανθὴν Ἀγαμήδην·

paullo post autem v. 750.

καί νύ κεν Ἀκτορίωνε Μολίονε παῖδ' ἀλάπαξα,
εἰ μή σφωε πατὴρ εὐρυκρείων Ἐνοσίχθων
ἐκ πολέμου ἐσάωσε, καλύψας ἠέρι πολλῇ.

Ex quibus satis planum videtur, patrem horum adolescentium fuisse Mulium, Actoris filium, cui frater Actoris Augeas filiam suam Agamedem nuptum dederat. Itaque illi *Μολίονε* a patre, *Ἀκτορίωνε* autem ab avo dicebantur. Nacta tamen auctoritatem est Hesiodea interpretatio, creditusque Actor pater, non avus fuisse. Eadem temeritate ille qui dicitur Hesiodus etiam quae in XXIII. 638. leguntur est interpretatus. Ibi Nestor suam in ludis funebribus Amaryncei virtutem praedicans ita loquitur:

οἴοισίν μ' ἵπποισι παρήλασαν Ἀκτορίωνε,
πλήθει πρόσθε βαλόντες, ἀγασσάμενοι περὶ νίκης,
οὕνεκα δὴ τὰ μέγιστα παρ' αὐτόφι λείπετ' ἄεθλα.
οἳ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι· ὃ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν,
ἔμπεδον ἡνιόχευ'· ὃ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν.

Quae qui simpliciter, uti dicta sunt, interpretabitur, intelliget eo illos vicisse dici, quod, quum duo essent, quo certius victoria potirentur, alter tantummodo habenas tenuerit, alter equos incitaverit flagello: sic enim non mirum erat vinci Nestorem, quem solum in curru stantem simul et flectere equos et stimulare necesse esset. At Hesiodus quos Homerus

διδύμους dixerat finxit bicorpores: *διφυεῖς γὰρ ἦσαν*, inquit scholiastes ad Il. 709. *ἔχοντες ἑκάτεροι δύο κεφαλάς, τέσσαρας δὲ χεῖρας καὶ πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα.* Alius ibidem scholiastes: *ἢ ὅτι τερατώδεις τινὲς ἦσαν, ὡς Ἡσίοδος, ἄμφω ἐν ἑνὶ σώματι ὄντες. ὡς δὲ τινές, ἑκάτεροι δύο σώματα εἶχον.* Auxisse videtur miraculum Ibycus, cuius haec verba affert Athenaeus II. p. 58. A.

p. 14 *τούς τε λευκίππους κόρους,*
τέκνα Μολιόνας, κτάνον,
ἅλικας, ἰσοκεφάλους, ἑνιγυίους,
ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ὠέῳ ἀργυρέῳ,

quae exceptis duobus primis versiculis Eustathius repetit p. 1321, 25. 1686, 47. Corruptus est tertius versus, cuius metro quidem prodest Meinekii ad Menandrum p. 11. coniectura *ἰσοπάλους*: at neque apparet quomodo hoc cum *ἰσοκεφάλους* commutari potuerit, et significantius quid requirimus. Qui *ἰσοκεφάλλους* scribi voluerunt, duplici via a vero aberrarunt longissime. Mihi quidem illud *ἰσοκεφάλους* et olim visum est et nunc videtur interpretatio esse poetici vocabuli *ἰσοκαράνους*, in quo prima syllaba non quod Ibycus *ἶσος*, non *ἴσος*, usurpaverit, quae Schneidewini opinio est, qui unde tandem collegit huic aliam quam ceteris lyricis mensuram placuisse? sed propter numerum dactylicum producitur. Credo autem, quum saepe heptametris dactylicis Ibycus et Stesichorus usi sint, *ἑνιγυίους* deficiente spatio ex inferiore versu additum esse praecedenti, versusque illos tales fuisse:

ἅλικας, ἰσοκαράνους,
ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ὠέῳ ἀργυρέῳ ἑνιγυίους.

Fabulam istam, quae de Molionidis apud antiquissimos ferebatur, in iis esse, quibus non certum factum, sed quod fieri soleat continetur, facile ex ipsis nominibus cognosci potest, modo ne quis cum Welckero lapides molares afferat. Quid significari videatur explicare studui in ea epistola, quam de ratione mythologiae ad Creuzerum scripsi, p. 52 seqq. Id nunc ex parte correctum paullo longius deducam. Phorbantis filius fuit Actor, teste Diodoro Siculo IV. 68. Hic, si Homerum recte sum interpretatus, filium habuit Mulium, cuius filii esse dicti sunt Cteatus et Eurytus, etsi verus pater habitus est Neptunus. Nimirum diligenti rei rusticae cura efficitur, ut proventus, hoc est pecudes et frumentum, ex-

portetur ac venum detur, prospereque succedente eo negotio etiam mari ultro citroque quaestus caussa navigetur, acquiranturque opes, quibus alius possidendis, alius liberaliter utendis gaudeat. Eo ducunt nomina Phorbantis, Actoris, Mulii, Cteati et Euryti. Confirmatur hoc iis quae porro narrantur. Homerus Iliad. II. 620.

τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην,
παῖδες [sic] *ὃ μὲν Κτεάτου, ὃ δ' ἄρ' Εὐρύτου Ἀκτορίωνος.*

Pausanias V. 3. 3. *βασιλείαν δὲ τὴν Ἠλείων Ἀγασθένης ἔσχεν* p. 15 *ὁ Αὐγέου καὶ Ἀμφίμαχός τε καὶ Θάλπιος. Ἄκτορι γὰρ τοῖς παισὶν ἀδελφὰς ἐςαγαγομένοις διδύμας ἐς τὸν οἶκον, Δεξαμενοῦ θυγατέρας ἐν Ὠλένῳ βασιλεύοντος, τῷ μὲν ἐκ Θηρονίκης Ἀμφίμαχος, Εὐρύτῳ δὲ ἐκ Θηρεφόνης ἐγεγόνει Θάλπιος.* Harum quidem Dexameni filiarum alterius nomen corruptum esse non solum significatio ostendit, quod, quum opposita inter se esse debeant, eodem redeunt, sed apertissime etiam ipsa nominis forma indicat. Omnia enim, quae in antiquis fabulis inveniuntur nomina, quoniam ab antiquis poetis accepta sunt, convenientia esse versui heroico oportet. Ex quo facile apparet istam mulierem non *Θηρονίκην*, sed *Θηροδίκην* dictam fuisse. Similiter depravatum est Epei matris, filiae Endymionis nomen *Εὐρυκύδη* apud Pausaniam V. I, 4. 8. quod Pinzgerus in illa cuius supra mentionem feci dissertatione *Εὐρυπύλην* scribendum monuit auctore scholiasta ad Iliad. XI. 688. cui addere poterat Cononem narr. 14. et Etym. M. in *Ἦλις*. Ergo Dexamenus dictus videtur, ut Nereis Dexamene Iliad. XVIII. 44. a mutuo cum aliis commercio: quod est eiusmodi, ut cum iis, qui opum suarum tenaces ferino iure utuntur, rixae et pugnae de possessione oriantur; cum iis autem, quorum per liberalitatem interit feritas, placida et suavis exsistat consuetudo. Itaque Cteatus ex Therodica Amphimachum, Eurytus ex Therephona Thalpium dictus est genuisse.

Observationes criticae et grammaticae in Quinti Smyrnaei Posthomerica scripsit *Franziscus Spitzner*. Lipsiae 1839. XI und 345 S. 8.

Arminii Koechly emendationes et adnotationes in Quintum Smyrnaeum in den Actis Societatis Graecae vol. II. Fasc. 1. p. 161—288.

Ebendesselben Emendationes Nonni in der Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1836. Nr. 80—82.

G. Hermanno diem natalem gratulatur *Arminius Koechly*. Insunt coniectanea in Apollonium et Oppianum. Lipsiae 1838. 54 S.*)

versus coniungere placuerit, ad illud tamen omnem veri similitudinem excedit, casum ita lusisse, ut tam constanter non alium quam quinarium numerum praeberet. In quo indagando non sum nescius consistendum in eo esse, ut quae proferam probabilia videantur, posseque, si in universum probetur haec ratio, nonnulla fortasse aliter constitui, de quibus facile concedam veris similiora afferenti.

Sed ut ad ipsum carmen accedam, nescio an maximam dubitandi materiam obiiciat prooemium, non illud dico quod ex centum et quindecim versibus constans in nostris libris legitur: nam id quidem compositum esse ex aliquod pro- p. 5 oemiis diversorum poetarum, quae omnia eo versu incipiebant, quo ipse Hesiodus Theogoniam exorsus esset, satis me demonstrasse puto in praefatione hymnorum Homericorum: sed de illo loquor prooemio, quod ab ipso factum esse Hesiodo existimandum sit. Neque enim dubitari potest quin id hos versus habuerit, quibus ipse de se refert poeta. Quod quum constet versibus 1 et 22—25. prima quidem stropha illo ipso quem dixi versuum numero est:

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν,
αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο,
τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπαν,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Quae vero sequuntur, ut quidem nunc scripta habemus, aut decem versus copulari, aut in duas partes, unam trium, alteram septem versuum dispesci postulant. Coniiciat quis fortasse, sublatos esse duos versus, quibus Musae admonuerint Hesiodum, ut missis ovibus animum ad poesin appelleret. Ac scribit scholiastes: *Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἐστί, κἀκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον.* Si Apollonius, quem *πρῶτον στίχον* vocavit, eum in mente habuit, qui post allocutionem pastorum primus esset, quae Lennepii coniectura est, non recte iudicavit. Nam si aliquid deest, multo veri similius foret, deesse strophae ultimos duo versus. Non est id tamen probabile, quum neque caussa appareat, cur de oratione Musarum aliquid detractum fuerit, et illa brevitas orationis eo gravior sit, quod quid velint Musae, tradendo ramo lauri significant. Sed operae pretium est haec ipsa considerare:

ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι,
καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον,
δρέψασαι, θηητόν, ἐπέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
θέσπιν, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Legitur in libris δρέψασαι, δρεψάμεναι, δρέψασθαι. Hoc recepit Goettlingius, separavitque ab eo θηητόν, quum intelligeret inepte a quibusdam δρέψασθαι θηητόν esse coniuncta. Quod vero δρέψασθαι ex ἔδον pendere voluit, ut significaretur »iusserunt me lauri ramum decerpere,« non assentior.
p. 6 Id sic dixisset Hesiodus: καὶ σκῆπτρον δάφνης μ' ἐκέλοντ' ἐριθηλέος ὄζον δρέψασθαι. Quod quum non fecerit, sed dixerit ἔδον, non voluit aliud quam quod oportebat initiantes facere, ut ipsae Musae ramum porrigerent. Itaque omnino non dixit δρέψασθαι, quod praeter libros quosdam Aristides vol. II. p. 498. (370. Iebb.) habet, paullo aptius ille quidem, quam qui de manducandis foliis cogitarunt, interpretans. Participium quin poneret poeta nihil obstabat, si ab eo separatum θηητόν in fine ornatus caussa adderet. Nolim tamen defendendo participio Archiae epigramma in Anthol. Pal. IX. 64. adhiberi, qui, ut alibi dixi, non ἐρυσσάμεναι, sed ἐρεισάμεναι πέρι πᾶσαι videtur scripsisse. Omnino non solum fluctuatio scripturae inter infinitivum et duas formas participii, sed etiam quod ramus θηητὸς dicitur, facit ut hunc locum suspectum habeam. Spectabilis enim si vocatur ramus ille, vix id alio quam ad magnitudinem videtur referri posse. Atqui magnus an parvus fuerit ramus, nihil ad rem, quia, ut insigne esset poetae, satis erat lauri ramum esse, qui si esset aliquo epitheto ornandus, virens potius aut florens dici debebat. Haec quum considero, vereor ne scripturas habeamus grammaticorum, quorum alii δρέψασθαι, alii δρέψασαι, alii δρεψάμεναι posuerint, quum commisso in una littera errore decepti scripturam sensu carentem, θηητὸν δ' ἔδρεψαν, emendare conarentur. Quod si putabimus hoc versu Hesiodum tertiam stropham exorsum esse, qui autem praecedunt duo, addidisse secundae strophae, haec habebimus:

ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι,
καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον·
θηητὸν δ' ἔθρεψαν, ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
θέσπιν, ἵνα κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα

καί μ' ἐκέλονθ' ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων,
σφᾶς δ' αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν ἀείδειν.
35 *ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;*
τύνη Μουσάων ἀρχώμεθα, ταὶ Διῒ πατρὶ
ὑμνεῦσαι τέρπουσι μέγαν νόον ἐντὸς Ὀλύμπου,
39 *φωνῇ ὁμηρεῦσαι· τῶν δ' ἀκάματος ῥέει αὐδὴ*
ἐκ στομάτων ἡδεῖα· γελᾷ δέ τε δώματα πατρός,
Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ.

Hoc enim dici debebat, Hesiodum ipsum arte a Musis accepta esse spectabilem factum. V. 32. *θέσπιν* restituendum esse p. 7 recte iudicavit Goettlingius, quum pro vulgato *θείην ὡς κλείοιμι* Aristides et Lucianus *θεσπεσίην*, Hesiodi autem plerique codices *ἵνα* offerant. Versum 38. ut ex alia recensione insertum, molestumque hoc loco, removi. Quae post hanc stropham in libris sequuntur, ex aliis aliorum poetarum prooemiis collecta sunt. In qua farragine versuum undique congestorum dubitari potest, ex quibus quinta eaque ultima antiquissimi prooemii stropha fuerit composita. Sed tamen non longe a vero aberravero, si eam coniecero hos habuisse:

104 *χαίρετε, τέκνα Διός, δότε δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.*
κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων,
οἳ Γῆς ἐξεγένοντο καὶ Οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Νυκτός τε δνοφερῆς, οὓς θ' ἁλμυρὸς ἔτρεφε πόντος,
115 *ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅ τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.*

Sequitur iam ipsa deorum generationis enarratio, cuius initium, quae sexta carminis stropha est, versus continet 116. 117. 120—122. Nam qui inter hoc medii sunt, 118. 119. a genuino carmine removendos esse docent Plato, Aristoteles, Sextus, qui eos non legerunt. Magna vero perturbatio facta est in iis, quae post haec leguntur. Nam quum a. v. 124. tribus versibus dictum esset de Noctis ex Erebo progenie, cur non nunc memorantur illi, quos sine marito pepererit Nox, sed demum a. v. 211. atque ibi quoque turbato ordine versuum, et ita quidem, ut pars illius loci aliquot strophas habere, pars sine certa descriptione decurrere videatur? Nimirum quidquid est rerum malarum ad noctem relatum esse ab iis, qui post Hesiodum Theogoniam recitabant, in promptu est, affertque ea, sed alio ordine, Cicero de N. D. III. 17. omnia ille quidem Nocte et Erebo creata dicens. Quod si coniecturae in tam incerta re locus est, vel

Hesiodus ipse, vel aliquis antiquus poeta servata stropharum lege hanc posuit septimam stropham:

125 *ἐκ Χάεος δ᾽ Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.*
Νυκτὸς δ᾽ αὖτ᾽ Αἰθήρ τε καὶ Ἡμέρη ἐξεγένοντο,
οὓς τέκε κυσαμένη, Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.
114 *δεύτερον αὖ Μῶμον καὶ Ὀϊζὺν ἀλγινόεσσαν*
113 *οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τέκε Νὺξ ἐρεβεννή.*

Si haec ita coniuncta fuerunt, veri simile est ut perrexerit
p. 8 poeta in enumeranda progenie Noctis. Itaque strophae octava, nona, decima, undecima hae poterunt constitui:

211 *ἣ δ᾽ ἔτεκε στυγερόν τε Μόρον καὶ Κῆρα μέλαιναν,*
καὶ Θάνατον, τέκε δ᾽ Ὕπνον, ἔτικτε δὲ φῦλον Ὀνείρων,
215 *Ἑσπερίδας θ᾽, αἷς μῆλα πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο*
χρύσεα καλὰ μέμηλε φέροντά τε δένδρεα καρπόν,
Αἴγλην Ἑσπερίην τε καὶ εὐειδῆ Ἀρέθουσαν.
217 *Κῆρας δ᾽ αὖ καὶ Μοίρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,*
Κλωθώ τε Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, αἵτε βροτοῖσιν
γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε.
223 *τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσιν,*
225 *Νὺξ ὀλοή· μετὰ τήνδε δ᾽ Ἔριν τέκε καρτερόθυμον.*
* * * * * * *
* * * * * * *
Τισιφόνην τε καὶ Ἀληκτὼ δῖάν τε Μέγαιραν,
220 *αἵτ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε παραιβασίας ἐφέπουσιν,*
οὐδέ ποτε λήγουσι θεαὶ δεινοῖο χόλοιο,
πρίν γ᾽ ἄπο τῷ δώωσι κακὴν ὄπιν ὅςτις ἁμάρτη.
226 *αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν πόνον ἀλγινόεντα,*
228 *ὑσμίνας τε φόνους τε μάχας τ᾽ ἀνδροκτασίας τε,*
νείκεά τε ψευδέας τε λόγους ἀμφιλογίας τε,
231 *ὅρκον θ᾽, ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους*
πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Sed in his sunt de quibus aliquid adnotandum videatur. V. 211. scripsi *ἣ δ᾽*. Illi enim qui haec loco suo moverunt, ipsum nomen ponere debuerunt. In fine strophae addidi nomina Hesperidum, Servio ex Hesiodo testata, nisi quod unam earum Hesperusam vocavit, ut videatur *Ἑσπερόεσσαν* legisse. Nam in aliis recensionibus alia videntur nomina fuisse, in iisque *Ἐρύθεια* pro *Ἀρέθουσα*. Significantur autem aurorae boreales. V. 217. male scriptum erat *καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας*, quae non magis epica oratio est, quam *γῆρας τ᾽ οὐλόμενον καὶ ἔριν τέκε* v. 225. quem cum praecedente in

unum coniunxi, eiectis quae imperite inserta erant. Posuit autem interpolator *Κῆρας* post *Μοίρας*, quia abiectis versibus qui Furias ex Nocte procreatas ferebant, quae de illis praedicata erant ad *Κῆρας* referri voluit. Furias enim hinc amovendas censuerat, quod alia earum origo memorata est v. 185. Earum igitur hic nomina restitui, notata primi versus iactura. Non enim assentior Goettlingio, qui munus Furiarum hic ad p. 9
Κῆρας translatum putavit, quod videbat Euripidem in Electra v. 1252. dixisse *δειναὶ δὲ Κῆρες, αἱ κυνώπιδες θεαί, τροχηλατήσουσ' ἐμμανῆ πλανώμενον*, atque Aeschylum scripsisse in Sept. ad Th. 1047. *Κῆρες Ἐρινύες*. Diversa enim numina sunt *Κῆρες*, quae mortem ac perniciem afferunt, et Furiae, quae sunt ultrices caedium aliorumque impie et scelerose factorum: quae si a tragicis aliquando *Κῆρες* vocantur, non appellantur nomine suo, sed epitheto, id quod ipsum illud Aeschyli exemplum ostendit.

Noctis progeniem excipiunt Terrae filii v. 126. Sed duodecima stropha aliquot onerata est alienis versibus, quorum ille qui est 131. etiam si scribitur quod recte restituit Goettlingius *ἣ δὲ καὶ ἀτρύγετον πέλαγος τέκεν*, (nam *ἠδὲ* nomina nominibus, verba verbis coniungit, non adiungit sententias: neque enim adiunctio est, ubi *ἠδὲ* refertur ad praegressum *μέν*) tamen alienus est. Montibus oceanum, hoc est solo duro siccoque aquam opposuit poeta, ut non opus fuerit pontum nominari. Tum ab initio strophae legebatur *Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ*, in quo vitiosum *ἑαυτῇ* Muetzellius p. 406 cum *ἁπάντῃ* commutandum putabat. At non minus vitiosum est *τοί*. Itaque versu ad Homericae dictionis exemplum correcto sic scribenda erit haec stropha:

126 *Γαῖα δὲ οἱ πρῶτον μὲν ἐγείνατο πάντοσε ἶσον*
Οὐρανὸν ἀστερόενθ', ἵνα μιν πέρι πάντα καλύπτοι·
γείνατο δ' οὔρεα μακρά, θεῶν χαρίεντας ἐναύλους,
νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου· αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα τέκ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην.

Quae sequitur tertia decima stropha, versus habens 134—138. eam etsi video ferri posse, tamen duo in ea sunt quae vehementer displiceant. Nam ultimus versus,

δεινότατος παίδων, θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα,

vereor ne non sit genuinus, non quod non recte dictum sit *θαλερὸν τοκῆα*, quae quorumdam vana opinio fuit, sed quod

hic versus inutile additamentum est. Deinde non habet haec stropha iustum initium, sed cohaeret cum praecedente stropha. Quare versum 138. ab interpolatore adiectum puto, versui 134. autem huiuscemodi initium strophae praecessisse:

p. 10 *τὸν δὲ μέτ᾽ ἄλλους παῖδας ἐγείνατο καρτεροθύμους.*

Quartae decimae strophae (v. 139—143.) ultimus versus sic scribendus est:

μοῦνος δ᾽ ὀφθαλμός σφιν ἐεὶς ἐνέκειτο μετώπῳ.

Deinde omissis quae ab interpolatoribus addita sunt quinta decima stropha versus habet 147—150. 153. Nam genuinus strophae finis hic videtur fuisse:

150 *τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ᾽ ὤμων ἐξεπέφυκον,*
153 *ἰσχὺς δ᾽ ἄπλητος κρατερὴ μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.*

Sextae decimae strophae initium fuit v. 154. *ὅσσοι μὲν Γαίης.* Quod legitur *γάρ*, ex recensione est, in qua praecesserat *σφετέρῳ δ᾽ ἤχθοντο τοκῆϊ.* Nam qui sequuntur versus, eos ipsa verba produnt cum aliis versibus nexa fuisse. De his infra dicam. Habuit igitur haec stropha versus 154. 157—160. Sequuntur hae: XVII. 161—165. XVIII. 167—171. detracto utrique qui adiectus est versus non necessarius. Dein XIX. 173—177. XX. 178—182. Sed hae in unam perpetuitatem coniunctae videntur ab interpolatore, quum antiquus poeta finem prioris fecisset *πάρ τ᾽ ἐτανύσθη*, initium autem posterioris *αὐτὰρ ὅ.* XXI. 183—187. XXII. 188. 189. 191—193. XXIII. 194. 195. 197—199. XXIV. 201—204. 206. Fortasse tamen versus 205. 206. sic in unum coniuncti fuerunt: *παρθενίους τ᾽ ὀάρους φιλότητά τε μειλιχίην τε.* Sequitur stropha XXV. uno versu brevior, vitiique suspecta etiam propter productam syllabam, ob quam finxerunt grammatici verbum nullo alio exemplo cognitum *τιταίνειν*, quod esset a *τίω* derivatum. Facile quidem posset iustus versuum numerus expleri, si admissa unius versus iactura scriberetur: *φάσκε· τιταίνοντας γὰρ ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι ἔργον*, nisi quos supra non cohaerere cum proximis dixi versus 154. 155. ex hoc loco viderentur submoti fuisse, ita ut haec stropha hanc formam habuerit:

154 *ὅσσοι μὲν Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἐξεγένοντο*
δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ᾽ ἤχθοντο τοκῆϊ,
207 *τοὺς δὲ πατὴρ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέεσκεν·*

209 *χειρὶ τιταίνοντας γὰρ ἀτασθαλίῃ μέγα ῥέξαι*
ἔργον, τοῖο δ' ἔπειτα τίσιν μετόπισθεν ἔσεσθαι.

Nam quod v. 178. *ὠρέξατο χειρὶ* dictum erat, id hic dictum est *χειρὶ τιταίνοντας*.

Quae tum in nostris libris sequuntur, supra posui, ubi p. 11
Noctis proles memorabatur. Itaque iam sequitur stropha XXVI. ex qua de septem versibus eiiciendi sunt duo, quos interpolator ex Homeri de Proteo narratione ad Nereum transtulit. Constabat haec stropha his versibus: 233. 234. 237—239: quorum in secundo scriptum fuisse credo *τὸν δὴ καλέουσι γέροντα*. Atque *ὃν δὴ* iam Wernickius scribi voluit. Deinde sex iustas strophas habemus has: XXVII. 240—244. XXVIII. 245—249. XXIX. 250—254. XXX. 255—259. XXXI. 260—264. XXXII. 265—269. In his quod v. 250. Goettlingius, quum ego *Πανόπεια* reponendum dixissem, *Πανόπη καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια* defendit, non vincet. Nam etsi de exemplis productae in tali positu copulae, quae Iliad. XXIII. 694. et apud Quintum IV. 150. VII. 275. et apud Nonnum XXXIV. 15. inveniri ait, iudicare, quoniam in numeris erratum est, non possum, in ceteris Homericis quae affert digamma productionem munit, quae autem apud Quintum sunt, emendatione indigent. Eadem mihi cum Goettlingio dissensio est de Theogoniae v. 148. Quae deinde de Phorci genere traduntur, rursum alienis sunt additamentis turbata. Quod si removentur versus ab interpolatoribus profecti, remanent duae nitidissimae strophae, XXXIII. 270. 271. 273. 274. 276. XXXIV. 280—285. sic scripta:

280 *τῆς δ' ὅτε δὴ Περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν,*
ἔκθορε Χρυσαώρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος.
τῷ μὲν ἐπώνυμον ἦν, ὅτ' ἄρ' ὠκεανοῦ παρὰ πηγὰς
γένθ', ὃ δ' ἄορ χρύσειον ἔχων μετὰ χερσὶ φίλῃσιν
286 *ἵκεθ' ἐς ἀθανάτους, Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει.*

Pro tribus postremis versibus alia recensio hos habebat:

282 *ὃς μὲν ἀποπτάμενος, προλιπὼν χθόνα μητέρα μήλων,*
284 *ἵκετ' ἐς ἀθανάτους, Ζηνὸς δ' ἐν δώμασι ναίει,*
βροντήν τε στεροπήν τε φέρων Διῒ μητιόεντι.

Sequitur stropha XXXV. aucta tribus alienis versibus, constans his: 287—289. 293. 294. Duabus deinde strophis dicitur Ceto Echidnam peperisse versibus non constantem sedem habentibus, de quibus si tollitur versus inutilis, 300,

remanent duae integrae strophae: XXXVI. 295—299. XXXVII. 301—305. et quinque aliae, apertissimis vitiatae interpolationibus: XXXVIII. 306. 308—311. XXXIX. 313—317. vel 313—16. 318. XL. 319—322. 325. XLI. 326—330.
p. 12 XLII. 333—336: sed in hac, ut iam olim monui, ante v. 335. repetendus est re ipsa postulante versus 275.

ἐσχατιῇ πρὸς νυκτός, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι.

Stropha XLIII. nomina continens fluviorum ab interpolatoribus ad novem versus producta est, quorum etsi qui quattuor tollendi sint incertum est, Nilum certe ab Hesiodo commemoratum esse scimus. XLIV. 346—350. XLV. 351—355. XLVI. 356—361, redundante uno versu: sed qui versus removendus sit ex illa enumeratione Oceanidum, quarum nomina exhibentur unum et quadraginta, certo dici non potest. XLVII. 362—366. XLVIII. 367—370. cui strophae tertius versus deest, quem vix dubitari potest hunc fuisse,

Ὠκεανῷ μιχθεῖσα διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην,

deletum, quod praecessisset *υἱέες Ὠκεανοῦ*. XLIX. 371. 374—377. Nam versus 372. 373. inserti sunt ab interpolatore, quia indicandum videbatur, quae Aurorae, cuius paullo post mentio fit, fuerit origo. At illa ne satis apte quidem dici potuit filia Thiae, quae a currendo nomen habens recte mater data est permeantibus caelum Soli et Lunae L. 378—382. LI. 383—385: sed in hac tertius versus contra usum epicorum per *καὶ* iunctus est superioribus. Non est autem in hac copula vitium, sed in primo versu, in quo scribendum *Στὺξ δ' αὖτ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ*. Duo postremi huius strophae versus videntur non illi esse, qui proximi leguntur, sed vel excidisse vel ab aliquo emendatore deleti esse. Nam recte deinceps strophae procedunt, LII. 386. 387. 389—391. vel 386. 388—391. In alia recensione pro v. 387. scriptus erat 388. in principio strophae autem *τῶν δ' οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε*, ut est in cod. Flor. B. scriptum. LIII. 392—396. LIV. 397—401. Ceterum v. 387. *ἡγεμονεύῃ*, v. 392. *μάχηται*, v. 394. *τὸ πάρος περ ἐν ἀθανάτοισι* scribendum esse alibi dixi, monetque res ipsa. Versus 402. 403. additamentum interpolatoris esse facile quivis videat. LV. 404—408. LVI. 409—413. Hic vero magnae turbae sunt. Quum Heynius in his hymnum Hecatae sibi visus esset deprehendere, alii, quod facillimum, assensi sunt, inconsiderate quidem. Pertinent omnia ad

Theogoniam, recteque procedunt strophae notatis remotisque interpolationibus. Ac statim pro v. 411—413. in alia recensione sic scriptum fuit, medium versum re ipsa suppeditante:

411 ἣ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκεν, ἣ περὶ πάντων
θνητοῖς τ' ἀνθρώποισιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν p. 43
415 ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα.

Rursus in alia hos versus videtur haec stropha habuisse: 411—413. 450. 451. atque hos quidem sic ni fallor scriptos:

θῆκε δέ μιν πάντων κουροτρόφον, οἳ σὺν ἐκείνῃ
ὀφθαλμοῖσιν ἴδωσι φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.

Absurdum enim μετ' ἐκείνην est, et coniunctivum postulat ratio grammatica. Ex unius codicis scriptura ἴδοντε audacior quis incidat in hoc: οἳ σὺν ἐκείνῃ ὀφθαλμοῖσι φόως Ἠοῦς πολυδερκὲς ἴδωνται. Alia variatio est versus 414, sed eius iuncturae interierunt. LVII. 416—420. LVIII. 421—425. LIX. 426. 428—430. 434. Versus 427. ab aliquo interprete in margine adscriptus fuerat ad versum 425, sed scripserat ille ὃν γέρας. LX. 435. 431. 436—438. Displicuerat interpolatori, quod poeta belli mentione interposita ad ludos rediret. Quare exempto versui 431. duos alios adiecit. LXI. 439—443. LXII. 444—447. Apertum est excidisse versum ante v. 447. in quo quod libri habent καὶ ἐκ vel κὰκ πολλῶν rectius scribetur πολλῶν δ' ἐκ. LXIII. 453—456. 458. in quo de Neptuno scriptum fuisse,

τοῦ καὶ ὑπὸ ῥιπῆς πελεμίζεται εὐρεῖα χθών,

afuisse autem versum 457. quod Iovis, ut nondum nati, hic mentio fieri non potuerit, iam olim monui. LXIV. 459—462. 464. Huius strophae in primo versu recte Lennepius restituit μέγας Κρόνος, qui iustus est usitatusque ordo horum nominum. LXV. 468. 469. 471—473. LXVI. 474—478. LXVII. 482—486. Sed hic confusa sunt verba dissentientium. Nam qui versus 479—481. fecit, iam natum in Cretam portari a matre Iovem narravit; ille autem, cuius sunt, quae ante illos versus et post eos scripta habemus, nasci eum in ista insula voluit. Hic igitur non posuit πρῶτα μὲν ἐς Λύκτον, sed pro his verbis aliud quid, ut ἔνθ' ἄρα μιν τίκτεν. V. 484. fugisse videtur novissimos editores, Hoeckio in Creta vol. I. p. 409. defendendam visam esse quarumdam editionum scripturam Ἀργαίῳ ἐν ὄρει. LXVIII. 487—491. LXIX. 492—495. 497. LXX. 498—500. Vix enim dubitari potest quin perierint

ultimi duo huius strophae versus, quibus in tartarum detrusus atque in vincula coniectus esse Saturnus dicebatur: quae Platonem aliosque veteres apud Hesiodum legisse post Wolfium ostendit Mützellius p. 478. Inde sequuntur hae
p. 14 strophae: LXXI. 501. 503—506. LXXII. 507—511. LXXIII. 513. 512. (in quo scribendum ἥ pro ὅς) 514—516. LXXIV. 517—520. post quem excidit versus, qui nisi eadem verba quae v. 534.

οὕνεκ᾽ ἐρίζετο βουλὰς ὑπερμενέϊ Κρονίωνι,

certe eamdem sententiam habebat. LXXV. 521—525. LXXVI. 526. 527. 529—531. LXXVII. 532—537. Nam ex huius initio tollendi sunt duo dimidiati versus, qui orationem vitiant: scribendum est:

ταῦτ᾽ ἄρα ἀζόμενος παύθη χόλου ὃν πρὶν ἔχεσκεν.

LXXVIII. 538—541. post quem excidisse videtur hic versus:

Ἰαπετιονίδης πάντων πέρι μήδεα εἰδώς.

LXXIX. 542. 544—547. Removendus enim versus 543. vel propter insolitam appellationem *πάντων ἀριδείκετ᾽ ἀνάκτων*, quem inseruit interpolator, quia nomine compellandum putabat Prometheum. Id fecit etiam v. 559. LXXX. 548—552. Huius strophae duos ultimos versus, ut ex male composito versu 554. cognoscitur, in alia recensione sic scriptos fuisse,

γνῶ ῥ᾽ οὐδ᾽ ἠγνοίησε, χόλος δέ μιν ἵκετο θυμόν,
ὡς ἴδεν ὀστέα λευκὰ βοὸς δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ,

iam in censura prioris Goettlingii editionis indicavi. Sequuntur tres versus ab interpolatore adiecti. Inde stropha est LXXXI. 558. 560. 562—564. LXXXII. 565—567. 569. 570. Omnino autem scribendum v. 567. *δάκεν δέ ἑ νειόθι θυμόν*. LXXXIII. 571—575. Horum in ultimo versu non Minerva, sed Pandora est, de qua dicitur *κατέσχεθε*. Pro postremis tribus versibus alia recensio habuit hos duos, 576. 577. nisi iis aliquis tertius accessit. LXXXIV. 578—582. Haec stropha in alia recensione hos videtur versus habuisse: 578. 581—584. quorum in ultimo nunc recte editum *θαυμάσια*. LXXXV. 585—589. Initio huius strophae necessario scribendum *αὐτὰρ ἐπεὶ τεῦξεν καλὸν κακόν*. Nam quod mihi Goettlingius *ἐπειδὴ τεῦξε καλὸν κακόν* defendens opposuit, in carmine didactico ferendum videri correptum *καλόν*, non concedam in carmine antiquo propter unicum illud in v. 63. Operum exemplum, quod non dubium est quin a pronis in

talia librariis sit corruptum. Quae sequuntur duae strophae, LXXXVI et LXXXVII. sic videntur scriptae fuisse:

590 *ἐκ γὰρ τῆς γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων*
592 *αἳ θνητοῖς μέγα πῆμα μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,*
οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο, p. 15
ὡς ὁπότ' ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
κηφῆνας βόσκωσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων.
596 *αἳ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα*
ἀκάματοι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκά.
οἳ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται.
600 *ὡς αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκες.*

Prioris strophae primum versum in alia recensione sic scriptum fuisse apparet:

τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος καὶ φῦλα γυναικῶν.

Quae porro de mulieribus adiecta sunt, si vacua interpolationibus esse credi posset, segregari a Theogonia ut additamentum alicuius rhapsodi deberent. Quod quum non videatur veri simile esse, hic quoque duas puto strophas latere, quarum commissurae ab interpolatore obscuratae sint. Itaque strophae LXXXVIII et LXXXIX. hanc fortasse formam habuerunt:

602 *ἀλλ' ἕτερον γὰρ Ζεὺς ἔπορεν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο,*
ὅς κε γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα γυναικῶν
μὴ γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἔπι γῆρας ἵκηται,
χήτεϊ γηροκόμοιο· ὃ δ' οὐ βιότου ἐπιδευὴς
ζώει· χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται.
607 *ᾧ δ' αὖτε γλυκεροῖο γάμου μετὰ μοῖρα γένηται,*
κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν, ἀρηρυῖαν πραπίδεσσιν,
τῷ δέ τ' ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
ἔμμεναι· ὃς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης,
ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην.

In his Homerica verba sunt ex Iliad. V. 158. Sequitur stropha XC. 613—616. cui deest ultimus versus, quo loci mentionem factam puto, in quo vinctus teneretur Prometheus. Mirum est enim et contra morem factum, quod de eo nusquam aliquid significatum est. XCI. 617—621. in quo scriptum fuit *ναιετάουσιν*, quod interpolator in participium mutavit, ut rem duorum versuum accessione amplificaret. XCII. 624—628. XCIII. 629—633. XCIV. 635—638. In

hac stropha non poterit dubitari quin primo versu restituen-
p. 16 dum sit *χόλον θυμαλγέ' ἔχοντες*, post eum autem vel post alterum unus versus exciderit. Stropha XCV. vulgo sic scripta legitur:

ἀλλ' ὅτε δὴ κείνοισι παρέσχεθεν ἄρμενα πάντα,
640 *νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τά περ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσιν,*
πάντων ἐν στήθεσσιν ἀέξετο θυμὸς ἀγήνωρ.
ὡς νέκταρ τ' ἐπάσαντο καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινήν,
δὴ τότε τοῖς μετέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Quae tam sunt inconcinne dicta, ut certum videatur aptius ea elocutum esse antiquum poetam. Nec multum proficiemus versu qui ante ultimum est, recepto ex bonis libris *τε* pro *δέ*, cum praecedentibus coniungendo. Egregie vero Goettlingius in priore editione suspicabatur versum secundum quarto subiectum fuisse, servans ille tamen *ὡς*. Ego quidem haec sic constituta fuisse existimo:

639 *ἀλλ' ὅτε δὴ κείνοισι παρέσχεθεν ἄρμενα πάντα,*
642 *καὶ νέκταρ τ' ἐπάσαντο καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινήν,*
640 *νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσιν,*
641 *πάντων ἐν στήθεσσιν ἀέξετο θυμὸς ἀγήνωρ.*
643 *δὴ τότε τοῖς μετέειπε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

XCVI. 644—648. XCVII. 649—653. Sequuntur decem versus, quibus Cottus Iovi respondet. Eos pariter ut Iovis orationem duas strophas efficere oportebat. At ut nunc scripti sunt, non admittunt istam distinctionem. V. 656. quum scribendum dixissem *ἴδμεν ὅ τοι πραπίδες*, recepit id Goettlingius, sed scripsit etiam *περὶ δ' ἐστὶ νόημα*, quod a me profectum esse falso dixit Lennepius. Non enim ego umquam dubitavi quin recte libri praebeant *πέρι δ' ἐσσὶ νόημα*. Porro quum v. 658. in ceteris libris legeretur *σῇσι δ' ἐπιφροσύνῃσιν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος ἄψορρον ἐξαῦτις ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν ἠλύθομεν*, haud inepte codex Emman. inverso ordine praebuit *ἄψορρον δ' ἐξαῦτις ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν σῇσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος ἠλύθομεν*: quod tamen videtur emendatorem prodere. Sed quum multa sint ab interpolatoribus mutata, maneo in ea sententia, quam in censura libri Soetbeeriani aperui, ut ab antiquo poeta stropham sic finitam esse putem:

σῇσιν ἐπιφροσύνῃσι καὶ ἰδρείῃσι νόοιο.

Ita alteram recte ordientur haec: *ἄψορρον δ' ἐξαῦτις*. Ha-

-bebimus igitur strophas has: XCVIII. 654—658. XCIX. 659—663. C. 664—667. 669. post quam quattuor alieni versus p. 17 abiiciendi sunt. CI. 674—678. CII. 679—683. Expulso deinde satis aperto additamento sequitur stropha CIII. 687—691. post quam itidem tribus versibus luserunt interpolatores. CIV. 695—699. CV. 700—704. CVI. 706—710. Post haec quoque, ut in rebus varii ornatus capacibus, luxuriati sunt, sed ut facile genuina appareant: CVII. 713. 714. 717—719. quorum v. 717. ita scribendus:

καὶ τοὺς μὲν Τιτῆνας ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.

CVIII. 720. 722—725. Recte hac in stropha libri *δεκάτῃ δ' ἐς γαῖαν ἵκοιτο* et *δεκάτῃ δ' ἐς τάρταρον ἵκοι.* Nam singulari numero *τάρταρον* dictum esse cognoscitur ex sequentis strophae initio, si ea, ut videtur, hanc in antiquo carmine excipiebat. CIX. 726—730. CX. 732—735. In hac dubitari non potest quin post haec, *τεῖχος δὲ περοίχεται ἀμφοτέρωθεν,* ubi scholiastes videtur *περιτρέχει* legisse, versus exciderit. Nam addi postulabat sermo epicus epitheta, quibus altitudo vel firmitas muri describeretur. Ceterum quae his duabus strophis continentur, ab alio poeta aliis duabus strophis variata sunt v. 811 seqq., quarum priori qui deest versus, esse videtur 731. aperte ille non suo loco positus. Nam quod Goettlingio visum est, *πελώρης ἔσχατα γαίης* per appositionem de Titanibus dictum esse, id fieri nullo pacto potuit. Is igitur versus sic cum v. 813. 814. coniungi poterit:

πρόσθεν δὲ θεῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων
Τιτῆνες ναίουσι πέρην χάεος ζοφεροῖο
χώρῳ ἐν εὐρώεντι πελώρης ἔσχατα γαίης.

Omnino ingens est in toto hoc loco, qui est de tartaro et rebus infernis, versuum confusio ac perturbatio, congestis permixtisque quae ab aliis poetis aliter de istis rebus scripta fuerunt. Alia bis posita videmus, ut v. 736—739. 807—810 et 768. 774. alia luxata esse, ut v. 744. alia plane non habere quo referantur, ut v. 852. alia non implere quinque versus, alia ita fluere, ut non videantur lege strophica teneri; postremo omnia ita fragmentis similia sunt, ut non appareat quo modo aliquis probabilis ordo inveniri possit. Seiungam primo ea, in quibus nullae videntur strophae esse. Quum v. 722 sqq. profunditas tartari insigni imagine descripta esset, alius poeta id alia ratione imitatus est v. 740 sqq. qui

si cohaerent cum illis quattuor versibus qui praecedunt infraque v. 807. repetiti sunt, segregari debebunt a strophis
p. 18 Theogoniae. Pertinent autem usque ad versum 744. in quo finiuntur verbis *τοῦτο τέρας*. Nam quae deinde adiecta sunt, tam ineptum sunt additamentum, ut iste versus aliis verbis videatur expletus fuisse. Tum vero facile duae strophae invenientur: quas numeris uti se offerunt notabo, quoniam certus ordo inveniri nequit. Ac statim hic versus, 746.

τῶν πρόσθ' Ἰαπετοῖο πάϊς ἔχει οὐρανὸν εὐρύν,

sic enim scribendum est, dubium relinquit qui sint illi, de quibus dictum est *τῶνδε*, Titanesne an Hesperides: nam de his cogitandum esset, si hi versus non hoc loco, sed post v. 519. legerentur. Habemus igitur has strophas: CXI. 746. 748—751. CXII. 752—756. Duae aliae de Somno et Morte sunt, sed earum priori deest versus, qui nescio an maximam partem servatus sit in versu 745. ut strophae initium huiusmodi fuerit:

758 *ἔνθα δὲ Νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν*
745 *ἐν μυχάτῳ, νεφέλῃς κεκαλυμμένα κυανέῃσιν.*

Erunt igitur hae strophae CXIII. 758. 745. 759—761. CXIV. 762—766. In hac v. 764. scribendum *τοῦ δὲ σιδηρείη κραδίη*, quae codicis Emman. scriptura et a Goettlingio et a Lennepio neglecta est. CXV. 767. 769—772. ubi *δοκεύει* stropham terminasse videtur. Non satis erat credo interpolatori, si officium suum faceret Cerberus, exire ex Orco prohibens, sed voluit etiam terribiliorem facere comedendis qui exitum tentarent.

Proxima est descriptio Stygis, quae quum iusta stropha incipiat, CXVI. 775—779. latere etiam in sequentibus strophas suspicandum erit. Et statim quibus quattuor versibus Iris raro accedere ad Stygem dicitur,

ὁππότ' ἔρις καὶ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρηται,
καί ῥ' ὅστις ψεύδηται Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων,

non solum inconcinne, sed ne recte quidem coniuncti sunt, ut medius inter hos versus interiisse videatur, hac sententia, *κρινομένων, ὃς πᾶσαν ἀληθείην καταλέξῃ*. Sic iustae strophae erunt CXVII. 780—783. CXVIII. 784—788. Quae sequuntur turbata esse vel librorum scripturae indicant. Omissus est versus 789. in aliquot codicibus; v. 791. autem codex Emm. *εἰλιγμένα*, Ioannes Diaconus autem *εἰλιγμένον* habent.

Omnino autem non habet stropha CIX. aptum initium. Redigentur haec in ordinem hoc modo:

791 *δίνης δ' ἀργυρέης εἰλιγμένον εἰς ἅλα πίπτει,* p. 19
789 *Ὠκεανοῖο κέρας· δεκάτη δ' ἔπι μοῖρα δέδασται·*
ἐννέα μὲν περὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
792 *ἡ δὲ μί' ἐκ πέτρης προρέει, μέγα πῆμα θεοῖσιν*
794 *ἀθανάτοις, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου.*

CXX. 793. 795—798. CXXI. 799—803. Sed hae duae strophae in alia recensione his videntur versibus constitisse: CXX. 793. 795. 798—800. CXXI. 802—806. Quod v. 798. scribendum conieceram, *κακὸν δέ ἑ κῶμα καλύπτει*, exstare in cod. Flor. B. adnotavit Lennepius. De v. 803. 804. quum Goettlingius in altera editione repetiverit, quae in priore scripserat, non video refutata esse quae in illius editionis censura dixi.

De iis quae v. 807—819 leguntur supra dictum est. Ea excipit Typhoei descriptio, in quo et ipso variandi exornandique opportunitatem rhapsodi vel interpolatores arripuerunt. Videntur autem hic quoque genuina a suppositis posse distingui. Ac statim v. 823. quo modo *ἔασιν* dici potuit de eo, qui postea fulmine ictus atque in tartarum deiectus est? De quo *ἔσαν* dici debebat, ut factum v. 829. Non puto me multos adversarios habiturum, si versus 822—824 removendos, v. 825 autem scribendum dixero *τοῦ δ' ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος.* In quo si non fallor ereptum erit Goettlingio illud argumentum, quo mihi, v. 826 *ἐν δέ οἱ ὄσσων* pro *ἐκ δέ οἱ ὄσσων* scribendum dicenti congruentiam cum *ἐκ δέ οἱ ὤμων* v. 824 opponit. Alterum autem argumentum, quod hoc est, *θεσπεσίῃς κεφαλῇσι* dativum loci esse, non accipio, quia si sana est vulgata scriptura, is non loci, sed qui commodi dicitur dativus est. Pro illo versu in alia recensione fuit v. 828.

πασέων ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.

Eodem modo versus 836 et 837. non sunt unius recensionis. Igitur strophas habemus CXXII. 820. 821. 825—827. CXXIII. 829. 832—835. quos quidem numeros posui, quod hi versus potuerunt certe coniuncti esse. Nam, si quid video, gravius haec corrupta sunt quam ut persanari possint. Plane ineptum est hoc: *ἄλλοτε μὲν γὰρ φθέγγονθ' ὥςτε θεοῖσι συνιέμεν.* Quum enim haec de ingenti sono vocum dicta sint,

significare deberent, in ipsis deorum sedibus auditum esse eum sonum. Id vere dicendum erat usque ad caelum eum pervenisse: nam dii facile omnia exaudire credebantur. Ex
p. 20 quo consequitur scriptum fuisse *ὥςτ' ἐνεοῖσι συνιέμεν.* Tum vero non tauri ac leonis voces, sed tenuis aliquis stridor opponi debebat, ut si dixisset: *ἄλλοτε μὲν σκυλάκεσσιν ἐοικότα, ἄλλοτε δ' αὖτε φθέγγονθ' ὥςτ' ἐνεοῖσι συνιέμεν ὅσσαν ἀγαύρου ταύρου ἐριβρύχεω.* CXXIV. 836. 838—841. In alia recensione pro v. 836. positus fuit 837. CXXV. 842—845. Videtur enim huic strophae primus versus deesse, quo se sustulisse Iuppiter ut Typhoeo obviam iret diceretur, priusquam contremuisse sub eius pedibus Olympum audiremus. Pro ultimo versu strophae alia recensio habuit versum 846. Non recte enim Mützellium eiectis *πυρός τ' ἀπὸ τοῖο πελώρου πρηστήρων τ' ἀνέμων τε* duos versus in unum contrahi voluisse et res ipsa et praegressum *ὑπ' ἀμφοτέρων* ostendit. In alia autem recensione pro v. 845. substitutus erat versus 852. Etiam quae sequitur stropha duarum prodit formarum vestigia. Nam et v. 850. duplex exstat scriptura, et v. 848. vix ferri poterit *ἀμφ' ἀκτὰς περί τ' ἀμφί τε.* Quare in una recensione stropha CXXVI. hos versus habuisse censenda est: 847. 849. * 850. 851.

ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
ῥιπῇ ὑπ' ἀμφοτέρων, ἔνοσις δ' ἄσβεστος ὀρώρει.
* * * * *
* * * *
τρέσσ' Ἀΐδης ἐνέροισι καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Τιτῆνες θ' ὑποταρτάριοι Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες.

Quorum versuum in secundo perperam legitur *ῥιπῇ ὑπ' ἀθανάτων*: nam soli inter se Iuppiter et Typhoeus depugnant. In alia recensione autem sic scriptum erat:

ἔζεε δὲ χθὼν πᾶσα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
θῦε δ' ἄρ' ἀμφ' ἀκτάς, περί τ' ἀμφί τε κύματα μακρὰ
* * * *
* * * * *

Tum sequebantur ultimi duo versus, quorum, in priore scriptura erat a Tricha et Elia conservata, *τρέε δ' Ἀΐδης.* CXXVII. 853. 855—858. In alia autem recensione pro versibus 857. 858. positus erat, fortasse alio versu adiuncto, versus 868. CXXVIII. 859—863. In hac quod v. 860: Tzetzes ad Lycophr. 688 legisse videtur *Ἀΐτνης*, C. Lehmannus in thesi addita libello, quem de Hesiodi carminibus

deperditis scripsit, se defensurum professus erat, Hesiodi autem novissimi editores repudiarunt, vereor ne nimis obsequiosi Mützellio, diduci hoc nomen in tres syllabas potuisse neganti. Displicet vero *πληγέντος*, quum modo praecesserit p. 21 *κεραυνωθέντος*. Quare nescio an initium strophae fuerit, quo versus 865 ducit:

φλὸξ δὲ κεραυνωθέντος ἀπέσσυτο τοῖο ἄνακτος,
οὔρεος ἐν βήσσῃσι δαμαζομένου πυρὶ κηλέῳ,

tum autem pro *πληγέντος* aliquod adverbium, ut *ἐσσυμένως*, posuerit poeta. Sed haec amplificavit alius, qui post *στενάχιζε δὲ γαῖα πελώρη* v. 858 subiecit versus 861—867. qui quidem si posuit etiam versum 866. non videtur apte *ἐν χθονὶ δίῃ* dixisse.

Pergo in enumerandis strophis. CXXIX. 869—874, in qua eadem res bis dicta redundantem versum tolli iubet, ita ut aut deleto versu 872., quem non habet codex Emm. scribatur *αἱ δ' ἄλλαι πίπτουσαι*, aut *αἱ δ' ἄλλαι μάψ αὖραι ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ* coniungantur, omissis intermediis. CXXX. 875—880 eodem auxilio indigens, ut aut totus versus 876 aut eius prior pars cum parte posteriore praecedentis versus recidatur. CXXXI. 881—885., ubi scribendum: *ὃ δὲ τοῖσι μάλ' εὖ διεδάσσατο τιμάς*. Mon mirabor, si quis proximos quindecim versus, qui per se nihil suspecti habent, repugnare stropharum distinctioni contendat. Et tamen, si vel hoc, quod illi versus numero quindecim sunt, tres strophas indicare videtur, concedendum erit, si haec v. 889. *δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας αἱμυλίοισι λόγοισιν*, istic sublata infra ponantur v. 899.

ἀλλ' ἄρα μιν Ζεὺς πρόσθε, δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
αἱμυλίοισι λόγοισιν, ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν,

non modo tres iustas strophas prodire, sed etiam verba illa aptius hic quam supra videri collocata esse. Accedit aliud argumentum eo, quod Galenus, qui ex Chrysippo versus 886—890 affert, de quo dixit Mützellius p. 498. versui 890 subiicit versum 900. ut videri possint scribae errore omissi esse versus 891—899. Ita contractis in unum versibus 889. 890. insertisque verbis illinc sublatis versui 899. hae strophae apparebunt: CXXXII. 886—891. CXXXIII. 892—896. CXXXIV. 897—900. Quae post hanc est stropha CXXXV. 901—903. eius pro quarto et quinto versu, qui perierunt,

substituti sunt ex alia recensione tres versus de Parcis, quae supra v. 217. ab antiquo poeta Noctis filiae dictae erant. CXXXVI. 907—911. Quum usque ad hunc locum omnia videantur strophis quinorum versuum enarrata esse, permirum est, quod iam sex continuas strophas ex tribus versi-
p. 22 bus factas habemus. At in secunda certe harum stropharum, quae de Musis est, si omisso versu 917. nomina earum ex v. 77. sqq. inseruntur, quae ne potuerunt quidem recte abesse, quinque versus implebuntur. Iis autem quae praecedunt addendi post v. 914 videntur versus 938. 939. hoc initio: *τῷ δ' αὖτ' Ἀτλαντὶς Μαίη*. Non enim apto loco posita est inter ignobiliores deos commemoratio Mercurii. Ita recisis deinde duobus non necessariis versibus strophae constituentur hae: CXXXVII. 912—914. 938. 939. CXXXVIII. 915. 916. 77—79. CXXXIX. 918. 920. 921—923. CXL. 924. (ubi necessario cum Mützellio et Lennepio *γείνατ' Ἀθήνην* scribendum est) 926—929. CXLI. 930—937. quos octo versus in libri Soetbeeriani censura sic in quinque cogendos videri dixi:

ἐκ δ' Ἀμφιτρίτης καὶ ἐρικτύπου Ἐννοσιγαίου
Τρίτων εὐρυβίης γένετο μέγας· αὐτὰρ Ἄρηϊ
ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν,
δεινούς, οἵτ' ἀνδρῶν πυκινὰς κλονέουσι φάλαγγας,
Ἁρμονίην θ', ἣν Κάδμος ὑπέρθυμος θέτ' ἄκοιτιν.

CXLII. 940—944. CXLIII. 945—949. CXLIV. 950. 951. 953. 956. 957. Nam qui inter hos medii sunt versus 954. 956. eo magis videntur interpolatoris esse, quod ne colorem quidem antiquum habent. CXLV. 958—962. CXLVI. 963. 965—968. CXLVII. 969. 970. 972—974. Nam versus 971. ex Odysseae V. 127. unde eius prior pars sumpta, confictus est. CXLVIII. 975—978. in qua post v. 975. excidisse videtur versus, quo pater Harmoniae Mars memoratus erat. CXLIX. 979—983. Hanc stropham etsi non ut antiquam defendam, tamen non assentior criticis qui eam propterea ab hoc carmine alienam iudicarunt, quod Chrysaor non fuerit homo mortalis. Quis vero eum immortalibus adnumeravit? Quod autem scripsit Goettlingius, ineptum esse etiam *παῖδα βροτῶν κάρτιστον ἁπάντων*, quum Geryoneus non minus fuerit deus quam Typhoeus, id me fateor non intelligere, siquidem iste deus Geryoneus his ipsis versibus dicitur inter-

fectus esse. CL. 984—991. quam stropham ad octo versus ab interpolatore auctam sic ad iustum numerum redigi in censura Soetbeerii dixi, si post primos duo versus scribatur:

αὐτὰρ τῷ Κεφάλῳ φιτύσατο φαίδιμον υἱόν, p. 23
ἴφθιμον Φαέθοντα, τὸν ἁρπάξασ' Ἀφροδίτη
νηοπόλον μύχιον ποιήσατο, δαίμονα δῖον.

CLI. 992—996. CLII. 997. 998. 1000—1002. CLIII. 1003—1007. CLIV. 1008—1010. 1016. 1017. CLV. 1011—1015. Huic strophae in aliquot codicibus insertus est versus non optimus,

Τηλέγονόν τε ἔτικτε διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην.

Is factus videtur, quod alia recensio praecedentem versum sic scriptum haberet:

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονα Τηλέγονόν τε.

Denique strophae CLVI. 1018—1021. quae ultima est, versus videtur deesse, quo similiter ut v. 967. scriptum est, finita fuerit:

ὅσσαι δὴ θνηταὶ θεοῦ ἄρσενος ἔμπεσον εὐνῇ.

Sequebatur ergo enumeratio mortalium feminarum, quae ex diis prolem edidissent. Quod si quae a v. 963. scripta habemus, ab alio poeta addita sunt Theogoniae, quae est Guil. Marckscheffelii non improbabilis coniectura, videtur hic quoque poeta et cognitam habuisse et secutus esse strophicam carminis compositionem.

PINDARUS.

PINDARI NEMEORUM CARMEN SEXTUM.*)

p. 3 Carmina Pindari Nemea atque Isthmia, quae neque a codicibus neque a scholiis tantum quantum Olympia et Pythia praesidii habent, haud paullo illis corruptiora sunt. Accedit quod quaedam a grammaticis metri maxime caussa videntur mutata esse: quo proclivior etiam recentioribus criticis via ad errorem est, plus sibi licentiae sumpsisse Pindarum putantibus, quam per severitatem lyricae poesis concessum erat. Tanta enim diligentia perpoliti sunt numeri Pindarici, ut commutationes duarum brevium syllabarum cum una longa fere in sola nomina propria cadant, rarissimaeque sint in aliis vocabulis, veluti in quinto carmine Pythio. Ea observatione admonitus quum mihi videar versus quosdam sexti Nemeorum carminis rectius quam adhuc factum est constituere posse, totum carmen sic, uti scribendum videtur, ponam, quoniam et verba quaedam exciderunt, nec versus ubique recte distincti sunt, et quibusdam in locis ne sententia quidem vitio vacua est. Scriptum est illud carmen in Alcimidam Aeginetam, qui puer lucta in ludis Nemeis vicerat. Erat is ex gente Bassidarum, multis clara victoriis. Memorat Pindarus Hagesimachi quattuor filios, quorum tres minores in sacris certaminibus vicerint; maximi natu, Soclidae, qui non videtur certasse, filius fuit Praxidamas, primus ex Aeginetis Olympiae victor, idemque quinquies in Isthmiis, ter in

*) Edita est a. 1844.

Nemeis coronatus. Is filium habuit nulla nobilitatum victoria, quem scholiastes Theonem vocat: qui tamen quum de huius filio addat hoc: *τοῦτον τὸν Ἀλκιμίδαν ἀναγράφεσθαί φησιν Ἀσκληπιάδης ἀντὶ Αἰγινήτου οὕτως· Ἀλκιμίδας Θέωνος Κρής*, suspicari licet diversum a nepote Praxidamantis fuisse Cretensem illum Theonis filium Alcimidam, ita ut Aeginetae pater quod nomen habuerit incertum videatur. Qui praeter hos a Pindaro commemorati sunt, Callias et Creontidas, de iis nihil compertum fuisse scholiastis eo apparet, quod haec unius nomina esse putarunt, Calliam rati Creontis filium dici. Utrumque ex Bassidis fuisse ipsa Pindari verba indicant. Puerum Polytimidam scholiastae familiarem Alcimidae esse volunt, quae confessio est nescientium fraterne an aliquis propinquus fuerit. Accedit his Melesiae mentio, clari apud p. 4
Aeginetas luctae magistri, laudati etiam Olymp. VIII. et Nem. IV. qui hos quoque pueros exercuerat. His rebus ita usus est Pindarus, ut diceret communem quidem esse hominum et deorum originem, sed eo discrimine, ut fragile sit hominum genus, caelestium autem eadem semper vis et natura constet; verum tamen hominum, quamvis ad incertam vitae metam properantium, aliquam cerni cum diis similitudinem. Documento esse Alcimidam: nam ut agri alternis requiescant, sic alternis vincendo inclaruisse gentem eius, quum ipse avum Praxidamantem aemulatus sit, hic autem suum avum Hagesimachum, quorum patres manserint inglorii. Nullam autem Graeciae gentem tot splendere victoriis; celebratas eas esse priorum temporum carminibus et sermonibus, larga suppetente materia: nam et Calliam in Pythiis et Creontidam in Isthmiis et Nemeis vicisse, omninoque amplam laudis viam patere insulae per Aeacidas, ex quibus Achilles Memnonis caede afflixerit Aethiopes. Sed haec quidem ab antiquis esse poetis cantata; se recentem victoriam dicere, quae per Alcimidam genti eius quinta et vicesima obtigerit, non admissum quidem illum, ut ne Polytimidam quidem, Olympiae, sed tamen paullo post in Nemeis victorem per disciplinam Melesiae. Verba carminis haec sunt:

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν στρ. ά.
ματρὸς ἀμφότεροι· διείργει δὲ πᾶσα κεκριμένα
δύναμις· ὡς τὸ μὲν οὐδέν, ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος
μένει οὐρανός· ἀλλά τι προςφέρομεν ἔμπαν

ἢ μέγαν νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτοις,
καίπερ ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας
ἄμμι πότμος ἂν [σύμφυτος] ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν.

τεκμαίρει καὶ νῦν Ἀλκιμίδας τὸ συγγενὲς ἰδεῖν ἀντ. α'.
ἄγχι καρποφόροις ἀρούραισιν, αἵ τ' ἀμειβόμεναι
τόκα μὲν ὦν βίον ἀνδράσιν ἐπηετανὸν ἐκ πεδίων ἔδοσαν,
p. 5 τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι σθένος ἔμαρψαν.
ἦλθέ τοι Νεμέας ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
παῖς ἐναγώνιος, ὃς ταύταν μεθέπων Διόθεν αἶσαν
νῦν ὅτε πέφαντ' οὐκ ἄμορος ἀμφὶ πάλᾳ κυναγέτας,

ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαντος ἑὸν πόδα νέμων ἐπ. α'.
πατροπάτορος ὁμαιχμίου.
κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνικος ἐὼν Αἰακίδαις
ἔρνεα πρῶτος [εὔρροον] ἀπ' Ἀλφεοῦ
καὶ πεντάκις Ἰσθμοῖ στεφανωσάμενος,
Νεμέᾳ δὲ τρεῖς, ἔπαυσε λάθαν

---

7) In libris est ἄντιν' ἔγραψε. Haeserunt in metro iam veteres grammatici, a quibus τίν' additum videtur. Multo verisimilius est excidisse hic epitheton, ut v. 18. Itaque inserui σύμφυτος.

10) Addidi ἐκ, quod in ceteris libris omissum praebuit codex Augustanus. Videtur Pindarus antiquiorum exemplo ἐπηετανὸν quattuor syllabis pronuntiari voluisse, ut in Hesiodi Op. 605. et Homerico hymno Mercurii v. 113.

14) Legebatur νῦν πέφαντ' οὐκ ἄμοιρος. Cod. Aug. ἄμμορος. Veram scripturam, νῦν ὅτε πέφαντ' οὐκ ἄμορος, monstravit Med. B. in quo νῦν τε πέφαντ' est. De ista locutione dixi ad Sophoclis Aiacem v. 789. Plautus Rud. III. 3, 1.

nunc id est, quum omnium copiarum atque opum
auxili, praesidi, viduitas nos tenet.

Ἄμορος, rarius quam ἄμμορος et ἄμοιρος, exstat apud Sophoclem Oed. R. 248.

16) Libri ὁμαιμίου, forma insolita, sententia perinepta. Id scripsi ὁμαιχμίου, »iisdem exercitationibus deditі«.

18) Posui εὔρροον ad supplendum versum. Quod Boeckhius coniecerat, ἐλαίας, aut quod Kayserus, ἐνεγκών, cur non sit admittendum, ex iis quae initio dixi intelligetur.

20) Legebatur Νεμέᾳ δὲ τρίς, quae verba pro integro versu habebantur, non refragantibus quidem reliquis epodis. Veri tamen similius videbatur etiam quae sequuntur verba, ἔπαυσε λάθαν, huic versui esse adiungenda. Quare τρεῖς scripsi, h. e. νίκας. Ita Olymp. VII. 142. τῶν ἄνθεσι Διαγόρας ἐστεφανώσατο δίς, κλεινᾷ τ' ἐν Ἰσθμῷ τετράκις εὐτυχέων, Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ.

Σωκλείδα, ὃς ὑπέρτατος
Ἁγησιμάχῳ υἱέων γένετο,

ἐπεί οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς στρ. β'.
ἦλθον, οἵ τε πόνων ἐγεύσαντο. σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ
ἕτερον οὔ τινα οἶκον ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεόνων
ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλλάδος ἁπάσας.
ἔλπομαι μέγα εἰπὼν σκοποῦ ἄντα τυχεῖν,
ὥτ' ἀπὸ τόξου ἱείς. εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον, ἄγε, Μοῖσα,
οὖρον ἐπέων εὐκλέα. παροιχομένων γὰρ ἀνέρων p. 6

ἀοιδαὶ καὶ λόγοι τὰ καλά σφιν ἔργ' ἐκόμισαν, ἀντ. β'.
Βασσίδαισιν ἅ τ' οὐ σπανίζει. παλαίφατος γενεά,
ἴδια ναυστολέοντες ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρόταις
δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον ἀγερώχων
ἐργμάτων ἕνεκεν. καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ
χεῖρας ἱμάντι δεθεὶς Πυθῶνι κράτησεν ἀπὸ ταύτας
αἵματι πάτρας χρυσοπλοκάμου ποτὲ Καλλίας ἁδὼν

ἔρνεσι Λατοῦς, παρὰ Κασταλίᾳ τε χαρίτων ἐπ. β'.
ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν·

---

23) Si Pindarus, ut vulgo legitur, *ἐπεὶ οἱ τρεῖς* scripsisset, ultima in *ἐπεὶ* corriperetur. Quod in scholiis legitur, *ἄρθρον ἐστὶ τὸ οἱ ἀντὶ τοῦ τῷ*, corruptum videtur, scribique debuisse: *οὐκ ἄρθρον ἐστὶ τὸ οἱ, ἀλλ' ἀντωνυμία ἀντὶ τοῦ αὐτῷ*.

28) Frustra coniecturis vexatus est hic versus, qui pariter atque versus 58. pro norma esse debebat, ad quam omnium exitus stropharum conformaretur.

30) Vulgatum erat *ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι*. Restitutum est *λόγοι* ex cod. Aug. Itaque etiam *ἀοιδαὶ* ex Pauwii emendatione scribendum fuit.

36) Libri *ἀπὸ ταύτας αἷμα πάτρας*. Scholiastes: *ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὢν πατρίδος, ἤτοι τῆς Αἰγίνης*. Non recte hic Aegina commemoraretur, ubi potius gens Bassidarum nominanda erat. Atque alius scholiastes: *ἀπὸ τῆς αὐτῆς συγγενείας ὢν καὶ πατρίδος ὁ Καλλίας*. Qui si *πατρίδος* legerunt, metro quidem satisfactum erat. Sed quum gentem non soleat Pindarus *πατρίδα* vocare, tenendam iudicavi librorum scripturam, mutato tantum *αἷμα* in *αἵματι*, ut iam olim scribendum censui. Sic propter sanguinem illius gentis acceptus Apollini Dianaeque dicitur Callias. Eodem in versu *χρυσαλακάτου*, librarii alicuius errore illatum, commutavi cum *χρυσοπλοκάμου*. Sic in hymno Homerico Apollinis v. 205.

Λητώ τε χρυσοπλόκαμος καὶ μητίετα Ζεύς.

πόντου τε γέφυρ᾽ ἀκάμαντος ἐν ἀμφικτιόνων
ταυροφόνῳ τριετηρίδι Κρεοντίδαν
τίμασε Ποσειδάνιον ἂν τέμενος·
βοτάνα τέ νίν ποθ᾽ ἁ λέοντος

---

42) Vulgo: *βοτάνα τέ νίν ποθ᾽ ἁ λέοντος νικάσαντ᾽ ἔρεφ᾽ ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ᾽ ὠγυγίοις ὄρεσιν.* Mutarunt viri docti *ἔρεψ᾽* in *ἔρεφ᾽*. Ac sane ita scripsisse videtur grammaticus, qui hunc locum ita constituit, ut metra cum prima epodo congruerent. Non puto autem illum *ἄσκια ὄρη* montes intelligi voluisse carentes umbra, sed umbrosos, eodem errore, quo apud Hesychium est: *ἄσκιος ὕλη, ἡ δασεῖα ὕλη*, quod ortum videtur ex vitiata spriptura Homeri verborum Iliad. XV. 273. *ἠλίβατος πέτρη καὶ δάσκιος ὕλη.* Multo magis quid mirum accidit in Rostii lexico, ubi *ἄσκιος* per *α* euphonicum pro *δάσκιος* dictum affertur ex Strabone XVII. p. 817. et Heliodoro IX, 22. quibus in locis gnomon Syenes meridie umbram non iaciens *ἄσκιος* vocatur. Neque in Pindari versu scholiastae *ἀσκίοις* legerunt, in quorum adnotationibus haec habemus: *ἥτις Νεμέα ἐστὶν ὑπὸ τοῖς συμφύτοις καὶ ἀρχαίοις τοῦ Φλιοῦντος ὄρεσιν. — δασκίοις δὲ ἢ τοῖς δασκίοις δένδροις, ἢ παρὰ τὸ ὑψηλὸν τοῖς μεγίστην σκιὰν ἀπεργάσασθαι δυναμένοις. κεῖται δὲ ἡ Νεμέα περὶ τὰ Φλιάσια ὄρη, παράκειται δὲ καὶ πόλις ὁμώνυμος ἡ Φλιοῦς, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καλουμένη, ἣν καὶ Ὅμηρος οὕτω φησίν.* Pausanias II, 13, 3. *ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φλιασίων ἀκροπόλει κυπαρίσσων ἄλσος.* Praeterea refutatur illud *ἀσκίοις* etiam a codicibus Aug. Med. B. Par A. in quibus est *ἔρεψε δασκίοις.* Ex his consequitur, a Pindaro scriptum fuisse *ΕΡΕΦΕΔΑΣΚΙΟΙΣ*, h. e. *ἤρεφε δασκίοις.* Hoc si ita est, non posuit ille *νικάσαντα*, sed aut *νικῶντ᾽*, aut aliud quid. Tres habemus epodos, quarum nulla cum duabus alteris in his versibus plane congruit: quod quum neque ex artis lege nec de more Pindari factum sit, eaque caussa correctione opus esse videatur, quamnam harum epodorum pro norma, ad quam reliquae exigantur, capiendam censebimus? Nulla vitii suspicio in primam, nulla in tertiam cadit, quamquam inter se, ut videtur non exaequatas. Poterat quidem in tertia scribi,. *ἐνέποιμί κεν τάχος δι᾽ ἅλμας ὡς δελφῖνα* (vel *πὰρ Δελφῖνα*) *Μελησίαν*, ac suspicetur fortasse aliquis, librorum scripturam ex adnotatione interpretis ortam esse, praesertim quum in scholiis scriptum sit: *ἀντὶ τοῦ ἴσον ἂν εἴποιμι καὶ τὸν Μελησίαν τῷ ταχεῖ δελφῖνι τῇ τε ἰσχύϊ καὶ τῇ τέχνῃ*: sed non opus est tam audaci coniectura, quum prima et tertia epodus sine ulla mutatione sibi exaequari possint. Nam si *Νεμέᾳ* duabus syllabis pronuntiatur, ut Nem. IV. 122. recte se habet *δελφῖνι* illo quo positum est loco, quia anceps est anacrusis monosyllaba. Neque vero pugnant inter se *Σωκλείδα* et *ἴσον εἴποιμι*, quia prima in *Σωκλείδα*, ut in nomine proprio, recte duarum brevium vice fungitur. Quod si haec ita se habent, sola media epodus

νικῶντ' ἤρεφε δασκίοις p. 7
Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.

πλατεῖαι πάντοθεν λογίοισιν ἐντὶ πρόσοδοι *στρ. γ'.*
νᾶσον εὐκλέα τάνδε κοσμεῖν· ἐπεί σφιν Αἰακίδαι
ἔπορον ἔξοχον αἶσαν ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας.
πέταται δ' ἐπί τε χθόνα καὶ διὰ θαλάσσας
τηλόθεν γ' ὄνυμ' αὐτῶν, καὶ ἐς Αἰθίοπας
Μέμνονος οὐκ ἀπονοστάσαντος ἐπᾶλτο· βαρὺ δέ σφιν
ἕλκος Ἀχιλεὺς ἔμπεσε, χαμᾶζε καβαὶς ἀφ' ἁρμάτων

φαεννᾶς υἱὸν εὖτ' ἐνάριξεν Ἀοῦς ἀκμᾷ *ἀντ. γ'.* p. 8

---

relinquitur, quae correctione indigeat. In qua quum *νικάσαντα*, nisi spreta librorum fide *νικάσαντ' ἔρεφ' εὐσκίοις* scribatur, ferri nequeat, *βοτάνα* autem vel ex interpretatione vel ex correctione metrica ortum videri possit, verisimile est scriptum fuisse: *ποία τέ νιν ποθ' ἁ λέοντος κρατέοντ' ἤρεφε δασκίοις Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.* Sic in Pyth. VIII. 28. est *ἐστεφανωμένον ποίᾳ Παρνασσίδι.* Sed quoniam nihil hic certum est, nisi suspectam esse epodorum in his versibus discrepantiam, satis habui scribere *νικῶντ' ἤρεφε δασκίοις.*

49) Addidi *γ'*, aliter quam ante factum erat divisis versibus.

51) Legebatur: *βαρὺ δέ σφιν νεῖκος ἔμπεσ' Ἀχιλλεὺς χαμαὶ καββὰς ἀφ' ἁρμάτων.* Scholiastes: *βαρεῖαν δὲ καὶ ἐπαχθῆ μάχην διὰ φιλονεικίαν αὐτοῖς ἐπέδειξεν ὁ Ἀχιλλεύς, τοῖς Αἰθίοψι, χαμαὶ κλίνας τὸν Μέμνονα αὐτὸς ἐκ τῶν ἁρμάτων κατελθών, τῆς φαίδρας Ἡμέρας τὸν υἱόν, ἡνίκα ἐφόνευσε τῇ ἀκμῇ τοῦ δόρατος τοῦ λίαν ὀργίλου.* Legerat hic quoque *νεῖκος*: sed tamen multo aptius est, quod Schneidewinus ex Ahrentis emendatione recepit, *βαρὺ δέ σφιν ἕλκος.* Mutavi autem interpunctionem: nam illa *χαμᾶζε καβαὶς ἀφ' ἁρμάτων* cum praecedentibus coniungebantur. Si Pindarus, quod facile credi potest, eumdem quem Quintus Smyrnaeus auctorem secutus est, pedestri certamine congressus cum Memnone ferebatur Achilles. Sic enim de eo Quintus II. 404.

ὃ δ' ἄρ' οὔτι τρέσας περιμηκέα πέτρην
αὐτίκα οἱ σχεδὸν ἦλθε μακρὸν δόρυ πρόσθε τιταίνων,
πεζός, ἐπεί ῥά οἱ ἵπποι ἔσαν μετόπισθε κυδοιμοῦ.

52) Posuerunt critici quidam *Ἀόος* pro *Ἀοῦς*, quod scriptum in libris ferendum erat, ut contractione facta in nomine proprio, praesertim quum usitata Pindaro sit genitivi forma *οῦς*, de qua dixit Boeckhius ad Pyth. 103. Atque etsi fortasse defendi potest *Ἀόος*, quod probavit Ahrens in libro qui est de dialecto Dorica p. 238. non videtur illud tamen lectum esse a grammaticis. Nam Choeroboscus, qui p. 332, 13. scribit: *ἰστέον δὲ ὅτι τῇ μὲν διὰ τοῦ οος γενικῇ κέχρηνται οἱ Ἴωνες, οἷον τῆς Σαπφόος, τῆς Λητόος, τῇ δὲ εἰς ους*

ἔγχεος ζακότοιο. καὶ ταῦτα μὲν παλαιότεροι
ὁδὸν ἀμάξιτον εὗρον. ἕπομαι δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων μελέταν·
τὸ δὲ πὰρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον αἰεὶ
κυμάτων λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν
θυμόν. ἑκόντι δ' ἐγὼ νώτῳ μεθέπων δίδυμον ἄχθος
ἄγγελος ἔβαν πέμπτον ἐπὶ εἴκοσι τοῦτο γαρύων

εὖχος ἀγώνων ἄπο, τοὺς ἐνέποισιν ἱερούς, ἐπ. γ'.
Ἀλκιμίδᾳ ὅ τ' ἐπάρκεσεν
κλειτὰ γενεά. δύο μὲν Κρονίου πὰρ τεμένει,
παῖ, σ' ὅτ' ἐνόσφισε καὶ σέ, Πολυτιμίδα,

οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἡ κοινὴ διάλεκτος, eadem pagina v. 31. unum ait ex Pindaro proferri dativi soluti exemplum Πυθοῖ.

53) Vulgo ταύταν. Correxit Pauwius.

57) Scholiastes: μεταφορᾷ κέχρηται τῇ τῶν ὑποζυγίων. σημαίνει γὰρ ὅτι ἑκουσίως ἐγὼ τοῦτο τὸ μέρος ὑπέμεινα δίδυμον ὑπάρχον. τοῦτο δέ φησιν ἢ ὅτι σὺν τῷ τὸν Ἀλκιμίδην ὑμνῆσαι συμπαραλαμβάνειν μέλλει καὶ ἔπαινον τοῦ ἀλείπτου Μελσίου, ἢ τὸ τοῦ Ἀλκιμίδου καὶ τὸ τῶν Αἰγινητῶν· καὶ γὰρ ἐκείνους καὶ ἔτι τρίτον τοὺς Αἰακίδας ὕμνησε καὶ αὐτὸν τὸν Ἀλκιμίδην. Non videtur dubitandum esse quin Alcimidae et Melesiae laudem in mente habuerit Pindarus.

60) Quum legeretur Ἀλκιμίδας τό γ' ἐπάρκεσε κλειτᾷ γενεᾷ, Schmidius correxerat Ἀλκιμίδᾳ ὅ γ' ἐπάρκεσε κλειτὰ γενεά. Pro ὅ γε poni debebat ὅ τε.

62) Vulgo: παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε Τιμίδαν. Ald. παῖ, σ' ἔτ'. Med. B. παῖς ἔτ' ἐνόσφισε καὶ Πολυτιμίδα. Cod. Aug. παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε καὶ Πολυτιμίδαν. Quum scholiastes quoque hunc puerum Polytimidam vocet, nuper scriptum est καὶ Πουλυτιμίδαν: quod etsi defendi potest, tamen Pindarus, credo, praetulisset ἠδὲ Πολυτιμίδαν. Sed vocativus, quem cod. Med. praebet, indicio est scriptum fuisse καὶ σέ, Πολυτιμίδα. Ceterum iam Heynius monuit absurda esse, quae de his pueris scholiastes narrat: ἐν Ὀλυμπίᾳ φησὶν ἐνόσφισεν αὐτοὺς καὶ ἐχώρισεν ἡ προεξάνθησις τῶν τριχῶν· ἀπεκρίθησαν γὰρ ὡς οὐ παιδικὴν ἔχοντες ἡλικίαν διὰ τὸ προηνθηκέναι τὰς τρίχας. πρὸ ὥρας γοῦν τὸ ἄνθος αὐτῶν τῆς ἥβης φησὶ συνεπληρώθη. οὗτος γὰρ καιρὸς ἄνθους. ὁ δὲ Πολυτιμίδας οἰκεῖος τοῦ Ἀλκιμίδου. κληρωθέντες οὗτοι παίδων ἀγωνίσασθαι, μεταξὺ γενειάσαντες ἐξεκρούσθησαν τοῦ ἀγῶνος. Sic haec scribenda sunt. Res haec est. Κλῆρος προπετὴς est sors, quae his pueris iusto prius ceciderat, ut, quum explorati ab Hellanodicis essent, excluderentur, quod nondum maturi ad certandum reperti essent. Sic Pherias Aegineta repulsus est, de quo Pausanias VI. 14, 1. κομιδῇ τε ἔδοξεν εἶναι νέος, καὶ οὐκ ἐπιτήδειός πω νομισθεὶς παλαίειν ἀπηλάθη τοῦ ἀγῶνος. Eadem caussa fuit Artemidori

κλᾶρος προπετὴς ἄνθε' Ὀλυμπιάδος, p. 9
δελφῖνί κεν τάχος δι' ἅλμας
ἴσον εἴποιμι Μελησίαν
χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχον.

DE PINDARI AD SOLEM DEFICIENTEM VERSIBUS.*)

[ap. Bergk. P. L. Pind. fr. * 84.]

Circumspicienti mihi materiam, de qua scriberem, ut p. 3
vitis eorum, qui hoc annuo spatio apud nos artium liberalium magistri doctoresque philosophiae creati sunt, aliquid a re litteraria commendationis accederet, haec in qua versamur lucis et tenebrarum dimicatio nobilissimum illud carmen in

---

Tralliani, de quo idem scriptor ibidem §. 2. Praeterea vero liberanda erant Pindari verba alio eoque gravi vitio. Nam quum legeretur, *παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε καὶ Πολυτιμίδαν κλᾶρος προπετὴς ἄνθε' Ὀλυμπιάδος,* post ea verba autem posita esset maxima interpunctio, nihil erat quo adnecterentur ea quae de Melesia praedicantur, quae sic nullo pacto cum praecedentibus cohaerentia non possunt non videri adiecta esse imperitissime, idque eo magis, quod non apparet, cur celeritas Melesiae potius quam ars et dexteritas laudetur. Senserat connecti haec cum superioribus debuisse scholiastes, qui explicans hunc locum adiecit *καί*: *ἀντὶ τοῦ ἴσον εἴποιμι καὶ τὸν Μελησίαν τῷ ταχεῖ δελφῖνι τῇ τε ἰσχύϊ καὶ τῇ τέχνῃ.* Sustuli vitium, quum sublata maiore interpunctione scripsi *παῖ, σ' ὅτ' ἐνόσφισε.* Hoc enim et dixit Pindarus et dicere debuit: duobus quidem victoriis Olympicis quum vobis, Alcimida et Polytimida, frui non contigisset, quod ut nondum maturi admissi non fuistis, celerrime disciplina sua effecit Melesias, ut tu tamen, Alcimida, mox vinceres in ludis Nemeis. Sic simul et illud, quod reiecti fuerant illi pueri Olympiae, in laudem eorum vertitur, quum significatur victores evasuros fuisse, et laudatur Melesias, quod aetati eorum succurrens brevissimo tempore Alcimidam ita exercuerit, ut ille victoriam, qua Olympiae per aetatem potiri non potuerat, paullo post Nemeae adipisceretur.

*) Edita est a. 1845.

mentem revocavit, quod in solis defectionem condiderat Pindarus. Cuius carminis etsi nihil nisi exordium nobis relictum est, tamen ipsum illud exordium ita in haec tempora convenit, ut partem certe malorum, quae portendi summus poeta augurabatur, ante oculos viderimus, nivis ingentem molem, campos incredibili fluviorum exundatione vastatos, bella furiali temeritate concitata immanique crudelitate gesta, ac tantum non ipsam rerum naturam perversitatis vanitatisque hominum pertaesam aliud melius creare genus molientem. Nam etsi eius solis defectionis, quem oculis cernimus, hodie neminem terrent, tamen aliae eaeque perniciosissimae *conduplicantur tenebrae*, *noctisque et nimbum occaecat nigror*, qui eo tantum a deficiente sole differt, quod solis orbem quando relictura sit umbra scimus, ex istis autem tenebris nec quando, neque an lux, ac non potius crassa caligo sit emersura, non est cuiquam cognitum. Sed quum aliquo tamen tempore redituram esse lucem credibile sit, mirum est non metui ne pro luce ignis erumpat, quandoquidem, dum aures »credite, credite« perstrepit, oculi incredibilia vident. Verum praestat haec missa facere, ridenda originem spectanti, flenda cogitanti quo sint evasura.

Accidit in illo carminis Pindarici exordio quod in plerisque prisci aevi monumentis, ut, quamvis sit a multis tractatum doctis, tamen nondum eo perductum videatur, ut possit pro restituto haberi. Nam quae satis multa suppetunt ad verum inveniendum praesidia, ea non solum inter se ipsa discrepant, sed etiam singula per se dubia et suspecta sunt,
p. 4 ut nisi diligentius examinata atque inter se comparata fuerint, nihil putandum sit actum esse. Non dico hoc, quasi ipse me certa prolaturum sperem, sed ut ostendam ad quae animum attendere debuerint qui in restituendo illo fragmento operam posuerunt. Eam enim scripturam, quae ex omni parte vera sit, non puto repertum iri, nisi invento meliore codice, quam ex quo verba Pindari apud Dionysium Halicarnassensem in libro qui de dicendi vi Demosthenis est sic edita habemus a Sylburgio p. 167, 18. et Reiskio vol. VI. p. 972: *ἀκτὶς ἀελίου, τί πολύσκοπ᾽ ἐμῆς θεῶ μ᾽ ἄτερ ὀμμάτων. ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ κλεπτόμενον ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ἀνδράσι, καὶ σοφίας ὁδὸν ἐπισκόπτεν ἄτροπον ἐσσαμένα ἐλαύνειν τι νεώτερον ἢ πάρος. ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵππος θοὰς ἱκετεύω, ἀπή-*

μονα ἐς ὄλβον τινὰ τρόποιο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας πολέμου δὶς ἅμα φέρεις τινός, ἢ καρποῦ φθίσιν, ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον, ἢ στάσιν οὐλομένην, ἢ πόντου κενεῶσιν ἀλλὰ πέδον ἢ παγετὸν χθονὸς, ἢ νότιον θέρος ὕδατι ζακόρῳ ἱερὸν, ἢ γαῖαν κατακλύσασα θήσει ἀνδρῶν νέον ἐξ ἀρχῆς γένος ὀλοφυ .... πάντων μεταπείσομαι. Considerabo singula, ac primo haec: τί πολύσκοπ' ἐμῆς θεῶ μ' ἄτερ ὀμμάτων, in quibus ut infelicem emendandi conatum Ios. Scaligeri praeteream, laudandus est I. G. Schneiderus, qui hanc non indignam Pindaro scripturam proposuit: τί πολύσκοπον ἐρημώσαισα μέτρον ὀμμάτων. Nam quis non fateatur obscuratum solem aptissime dici deserere immensum spatium, quod contuendo emetiatur, recteque illud spatium propter rerum in coelo ac terra conspicuarum multitudinem et varietatem appellari potuisse πολύσκοπον? Ac senserat, credo, Schneiderus insolentius solem isto nomine vocari, qui potius ut omnia videns atque audiens πάνσκοπος videretur dicendus fuisse. Verum haec quidem dubitatio solvi potest eo, quod Hesiodus in Theogonia v. 451. et 756. Auroram dixit πολυδερκέα. Μέτρον ut scriberet adductus est Schneiderus epistola Philostrati, de qua infra dicetur. Schneiderum ego secutus, quum primum Pindari fragmenta tractarem, πολύσκοπ' ἐρημωθεῖσα μέτρ' ὀμμάτων, ut quod propius ad vitiatam scripturam accederet, posueram; postea autem meliorem mihi videbar viam invenisse, si scriberetur πολύσκοπ' ἐμοὶ θοῶν μέτρ' ὀμμάτων ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ κλεπτόμενον, quo visus sui ambitu privari sol diceretur. Ac dici id potuisse concedetur fortasse: verum et huic coniecturae et ei quam A. Boeckhius protulit aliique adsciverunt, quum illa ipsa Philostrati epistola, ex qua petitum est μέτρα, tum Armeniaca interpretatio Philonis videtur refragari. Scripsit autem Boeckhius: τί, πολύσκοπ', ἐμαῖς θέαις μέτρ' ὀμμάτων, p. 5
quod interpretatus est: *o multituens, visui meo rerum adspectabilium mensura*. Receperunt hoc J. G. Donaldsonus et Th. Bergkius. Alexander Negris autem debilitata sententia dedit ἐμῶν γε μέτρον ὀμμάτων, nec multum differt, quod L. Dissenio placuit, ἐμοὶ θέας μέτρ' ὄμμασιν. Harum igitur coniecturarum omnium fons est epistola Philostrati LXXII. in qua mulieri scriptum legebatur: κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον τὸ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλ-

μῶν μέτρα. Quid vero hoc est, si ille sic scripsit? Non video ego quidem quid aliud dicere potuerit, quam formam istius mulieris ita sibi oculorum mensuram esse, ut nullam velit aliam mulierem adspicere. Convenit hoc quidem quodam modo cum Boeckhiana Pindari verborum interpretatione, sed tamen ita, ut rhetor ille perinepto acumine id, quod a Pindaro de adspectu cui omnia paterent dictum fuisset, transferendum putasset ad oculos perpetuo in unius mulieris adspectu quasi conclusos. Quid vero, sic hoc ipsum dubium est, scripseritne Philostratus *μέτρα*? Nam Boissonadus quidem, quum in codice Vaticano *μρα* scriptum invenisset, putaretque, quod apud Dionysium et *μ' ἄτερ*, id *μᾶτερ* esse, posuit *τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μητέρα*, apud Pindarum autem ipsi quidem non male legi posse visum est *τί, πολύσκοπ' ἐμῶν θεὰ μᾶτερ ὀμμάπων.* Arripuit hoc F. G. Schneidewinus, scripsitque *ἐμοὶ θοῶν μᾶτερ ὀμμάτων.* Hoc si scripsit Pindarus, video quidem solis radiantem lucem matrem dici potuisse celeris adspectus, quod clarae lucis ope celeriter omnia noscuntur, nego autem testem huius scripturae haberi posse Philostratum. Nam si huius fide utendum censebant, non codicis Vaticani scripturam debebant, sed sententiam scriptoris respicere. Atqui quid hoc esset, *τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μητέρα*, nec Boissonadus dixit nec Schneidewinus. Ego qua ratione quis formosam mulierem oculorum suorum aut adspectus matrem dicere possit, non intelligere confiteor. Quod si id sensu destitutum est, consequitur ne scriptum quidem a Philostrato fuisse, eoque corruere illius scripturae fundamentum in carmine Pindari. Praeterea vero, sive *ἐμοὶ θοῶν ὀμμάτων*, sive *ἐμαῖς θέαις ὀμμάτων*, sive *ἐμοὶ θέας ὄμμασι* scribitur, vehementer displicet hoc, quod de suis Pindarus oculis loqueretur, ubi eum universe hominum oculos dicere oportebat. Sed operae pretium est totam repetere epistolam Philostrati. Est autem haec: *τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων ἀφαιρεῖν ἄμεινον, ὡς μηδὲν κατηφὲς εἴη σοι περὶ τὴν ὥραν· αὐτῶν τε γάρ τῶν ὡρῶν ἡδίους αἱ ἀνειμέναι καὶ γελῶσαι· καὶ τὸ κάλλος ἡδονὴν ὥςπερ ἐκ κατόπτρου ἐμφαίνει τὰ*
p. 6 *τῆς περὶ τῷ προςώπῳ γαλήνης· ἣν εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ἐν ἁμέρᾳ βλεπόμενον δόξεις. εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίδαρον, τὸ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπό σοῦ πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μητέρα.* De industria hunc *βλεπόμενον*

pro eo, quod apud Dionysium et Plutarchum est *κλεπτόμενον* intulit in verba Pindari, negans ferri posse *κλεπτόμενον*, contendensque non tueri id Plutarchum. Quid vero? Num sol non subducitur medio die, quum orbis eius obscuratur? Immo *ἐν ἁμέρᾳ βλεπόμενον ἄστρον* hic satis importune diceretur, neque ut comparari possit cum illis verbis in primo carmine Olympiorum: *μηκέθ' ἁλίου σκόπει ἄλλο θαλπνότερον ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον ἐρήμας δι' αἰθέρος*: quo loco propterea sol *ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸς* appellatur, quod, ubi fugatis nocturnis sideribus diem fecit, solus in vasto aethere lucet. Pariter illud quoque pro suo magis arbitrio, quam ulla probabili caussa dixit Bergkius, in his Plutarchi verbis in libro de facie in orbe lunae c. 19. p. 931. E. *εἰ δὲ μὴ Θέων οὗτος τὸν Μίμνερμον ἐπάξει καὶ τὸν Κυδίαν καὶ τὸν Ἀρχίλοχον, πρὸς δὲ τούτοις τὸν Στησίχορον καὶ τὸν Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ὀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον .. κλεπτόμενον καὶ μέσῳ ἄματι νύκτα γενομένην καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου σκότους ἀτραπὸν ... φάσκοντας*, in his igitur ultima tantum ex Pindaro, cetera ex aliis esse poetis petita. *Βλεπόμενον* vero ne inferret in Pindarum, ipsum illud verbum eum retinere poterat, quo verbo etsi, exceptis antiquis epicis, usi sunt omnes scriptores, tamen rarissime quis eius passivam formam inveniat. Accedit quod *βλέπειν* et *κλέπτειν* saepissime inter se permutata sunt. Ita, ut passivi verbi exemplum afferam, apud Lucianum Dial. mort. XIII. 1. quum ceteri codices *βλέπεσθαι* teneant, ex uno libro scribi debebat: *καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ καὶ κλέπτεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ, εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι, τὸν δὲ Φίλιππον ἐξηπατῆσθαι οἰόμενον ἑαυτοῦ σε εἶναι.* Quid vero, si idem factum est in epistola Philostrati, ut is non minus quam Dionysius *κλεπτόμενον* apud Pindarum legerit? Ac plane non dubitandum videtur, quin ita demum consilio eius conveniant verba Pindari, si eum levi menda sublata sic scripsisse putabimus: *ἢν εἴ μοι θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ κλεπτόμενον δόξεις.* Absurde enim, ut hilarem vultum mulieris cum meridiano sole compararet, Pindari de obscurato sole verba adhibuisset, quum praesertim, si Pindaro uti vellet, convenientissima verba ex Olympiis in promptu essent. In iis quae sequuntur quoniam minus etiam quam apud Pindarum tolerabilis sententia efficitur, si

vel *μέτρα* vel *μητέρα* scribitur, utrique scriptori, si ad vestigia p. 7 in *μ' ἄτερ* apud Dionysium relicta oculos advertimus, facili opera aptissimam poterimus et venustissimam sententiam restituere. Nam Philostratus quid acceptius mulieri, cuius pulcritudine captus esset, scribere potuit, quam aciem oculorum sibi formae eius radiis praestringi: *εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον, τὸ τὴν ἀκτῖνα τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν δμήτειραν?* quid autem verius de solis radio Pindarus, quam si eum invocans diceret *δμάτειρ' ὀμμάτων*?

Hoc si probabiliter restituimus, videndum iam est, an etiam quod ante haec verba apud Dionysium habemus *ἐμῆς θεῶ* commode emendari possit. Attulerat Pindari verba Philo in eo libro quem de providentia scripsit. Quem librum quum non ipsum, sed tamen in linguam Armeniacam conversum habeamus, quamquam iste Armenius interpres et Graecae linguae valde imperitus fuit et a mente Pindari longissime aberravit, paullum quid certe quasi per nebulam divinare ex istis sine sensu constipatis verbis licebit. Ea ab Anchero sic reddita adscripsit Bergkius: *radium solis, tiro, multum intueri, ne nimis concedas tuis oculis corporeis. sidus superexcellens diem vocatum, quod regem constituisti virtutem eius, quo et sapientiae viae evanescunt tenebrae, regere iuveniliter quam anterius. verum te in curru Iovis eque deus* (aut *in Iovis equo deus*) *rogo, indemnes ad temperantiam sint commutationes, quam cantabo o gloriosa modesta aequissima* (vel *communissima*) *ars.* Fideliter haec ex Armeniaca lingua in Latinam translata esse dubitare non sinit quam Schneidewinus a C. F. Neumanno ad verbum factam interpretationem ex Annalibus litterariis Berolinensibus a. 1829. II. p. 811. exscripsit. Ea haec est: *dass du strahl der sonne, jüngling allleuchtender* (vel *allwissender*) *dich nicht hingebest der ermüdung deiner körperlichen augen, stern hie oben, über den tag ersehnter, den da setzte der könig der macht, dessen weisheitsweg finsterniss nicht kennt, o sei jugendlicher denn zuvor. aber dich göttergespann des Zeus flehe ich an, du berührt durchaus nicht von den wandelungen der veränderlichkeit, dich besinge ich, o herrliche keusche allgemeine wundererscheinung.* Ex his in manifestissima Armenii interpretis imperitia tamen primo hoc elucet, pro *τί πολύσκοπ'* eum *παῖ πολύσκοπε* legisse,

deinde autem quae apud Dionysium in ἐμῆς latet, negandi particulam habuisse μή, quo monemur, ne aut ἐμῶν aut ἐμοὶ aut ἐμαῖς scribamus. Sententia vero, quam ille expressit, quum Graece sic enuntiari debuerit, μή σε δῶς κόπῳ σωματικῶν ὀμμάτων, hoc quidem modo non potest credi in eius libro fuisse perscripta: illud autem in tanta hominis igno- p. 8 rantia credibile est, vel legisse eum vel legere sibi visum esse haec barbara: ἀκτὶς ἀελίου, παῖ πολύσκοπε, μὴ δόμεναι κόπῳ σωματέρων ὀμμάτων. Hoc enim si sumimus, sponte se offert aptum atque elegans complementum lacunae hoc: ἀκτὶς ἀελίου, τί πολύσκοπε μηδομένα πότ', ὦ δμάτειρ' ὀμμάτων, — ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ποτανὸν ἀνδράσι; Ac πτανὸν quidem, quod hac forma non usus sit Pindarus, in ποτανὸν mutavit Bergkius, quem secutus est Schneidewinus. Terminationem quidem ut mutarent, eo minus opus erat, quod cur masculinam formam praetulerit Pindarus facile intelligitur. Nullo modo autem probari potest, quod Schneidewinus, quoniam in Dionysii codice Parisino 1745. πτανὸν δράσιν scriptum est, qui manifestus error est scribae, suspicatus est legendum esse ποτανὰν φρασίν. Nam quid hoc est? Num mentes hominum debilitari defectione solis putasse Pindarum censebimus? Immo hoc ille voluit, alacre robur hominum in agendis negotiis hebetari sole obscurato. Itaque etiam quae superioribus addita sunt verba καὶ σοφίας ὁδόν, non videntur vitio vacua esse. Minime vero faciendum est, quod fecit Bergkius, qui scripsit καὶ σοφίαν, parum gratum esse σοφίας ὁδὸν dicens, quia sequatur ἀτραπόν. Quasi gratius, ac non potius ingratissimum et plane praeposterum sit, quod ipse posuit, ὁδὸν ἐπὶ σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα. Ego nec quid σοφίας ὁδόν, multo minus autem quid σοφίαν hic significare dicam scio, sed Pindarum scripsisse puto καὶ σαφανείας ὁδόν, quo ereptam esse claritatem lucis diceret, qua opus ad agendum est.

Restat quaedam non silentio transmittenda dubitatio. Quae verba supra praeterii, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ κλεπτόμενον, putabantur ornatus caussa ad ἀκτὶς ἀελίου apposita esse. At non solum haec magna inconcinnitas est, quod radio solis, quem appellaverat poeta, in eadem sententia totus sol substituitur, praesertim quum paullo post oratio rursus ad radium convertatur, sed etiam, si sic enuntiata

essent, quae multo rectius dici poterant *ἀκτὶς ἀελίου, τί κλεπτομένα ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ποτανὸν ἀνδράσι,* caderet in Pindarum, quod de Platone, quem cum eo comparat, dixit Dionysius p. 970: *ψόφοι ταῦτ' εἰσὶ καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολύν, νοῦν δ' ὀλίγον ἔχοντες.* Haec qui consideraverit, non verebitur, opinor, culpam a Pindaro in codicem Dionysii transferre, in quo verbum exciderit, quo restituto nitidissime procedit oratio: *ἀκτὶς ἀελίου, τί, πολύσκοπε, μηδομένα πότ', ὦ δμάτειρ' ὀμμάτων, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἁμέρᾳ κλεπτόμενον λιποῖσ', ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ποτανὸν*
p. 9 *ἀνδράσι καὶ σαφανείας ὁδόν;* Quamquam *λιποῖσ'* an aliud eiusdem significatus verbum posuerit incertum est.

Quae cum his cohaerent, apud Dionysium sic scripta erant: *ἐπισκόπτεν ἄτροπον ἐσσαμένα ἐλαύνειν τι νεώτερον ἢ πάρος.* Schneideri coniecturam *ἐπὶ σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα* recepit Bergkius. Schneidewinus *σκότου* posuit, hoc ex usu Pindari esse ratus, vereor ne parum caute, quum *σκότεϊ* in duobus deperditorum carminum locis, apud Boeckhium 106 et 171. exstet, quorum in altero ibidem *σκότῳ* posuit p. 304. alterum autem, quoniam selecta tantum fragmenta dedit, cum aliis omisit. Ex tragicis quidem solus Euripides neutro genere *σκότος* usurpavit. Ceterum recte quidem Schneidewinus repudiavit *σκότους,* verum non illo, sed hoc ubi debebat argumento, quod hoc genus lyricae poesis *ἀοῦς* quidem et *Ἀργοῦς* et *πειθοῦς* usurparet, abstineret autem a genitivis ex *εος* et *εων* contractis, ita ut, sicubi evitari non posset genitivus, Pindarus *Πολυδεύκευς* posuerit, atque adeo *κλέος ἕκατι* dicere sit ausus. In fragmento 223. ex Plutarchi consolatione ad Apollonium p. 104. A. ubi *ἀφανοῦς* legitur, scribi debebat: *ἀλλὰ ταρτάρου πυθμὴν πιέσει σ' ἀφανὴς σφυρηλάτοις ἀνάγκαις.* Illud vero vehementer miror, quod Schneidewinus, quum Schneiderus coniecisset *ἐπὶ σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος,* in quibus sane verissimum est *ἐλαύνεις,* receptum id a Donaldsono, ut ex eius adnotatione cognoscitur, inventumque nunc in codice Parisino 1745. ea coniectura sic usus est, ut scriberet: *ἐπεὶ σκότου ἀτραπὸν ἐσσυμένα ἐλαύνεις τί νεώτερον ἢ πάρος;* Nam hoc genus loquendi, quo pronomen interrogativum post verbum ponitur, vel natura sua ita comparatum est, ut vix in poesi lyrica locum inveniat, hic autem plane robur et

nervos sententiae incideret. Hoc enim, si ita locutus esset Pindarus, diceret: *sol, quid obscuratus hebetas studia hominum? immittis enim quidnam mali?* Qui sic quaerit, immitti malum ut certum sumit, quaeritque tantummodo quidnam mali sit illud, quod eventurum sciat. Haec vero non timentis formidantisque oratio est, sed quasi per otium importune curiosi. Quod Bergkius dedit, *τί — ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ποτανὰν ἀνδράσι καὶ σοφίαν, ὁδὸν ἐπί σκότους ἀτραπὸν ἐσσυμένα, ἐλαύνειν τι νεώτερον ἢ πάρος*, praeter illa quae supra notavi, hanc praebet languidissimam sententiam: *sol, quid debilitasti hominum robur et sapientiam, ut aliquid insolitum afferres?* Atque hic quoque non est metuentis sermo, sed iam scientis imminere malum. Ego quidem omnino vereor ut *σκότου ἀτραπὸν* dixerit Pindarus, quod nec per se rectius aut venustius est, quam si simpliciter obscuram viam p. 40
diceret, nec placet propter correptam in hiatu diphthongum. Itaque olim conieceram *ἐπίσκοτον* scribendum esse, quod receperunt Boeckhius et qui eum sequi consueverunt Dissenius et Donaldsonus, viderique possunt id confirmare codices Parisini, quorum alter *ἐπισκόπτον*, alter *ἐπίσκοπον* praebent. Nam etsi hoc vocabulum non aliunde quam ex Plutarchi vita Aemilii Paulli c. 17 et ex Hesychio prolatum video, apud quem quod est *ἐπίσκοος, ἐπίσκοπος*, recte mutari in *ἐπίσκιος, ἐπίσκοτος* ostendit eadem interpretatione usus scholiastes Sophoclis ad Oed. Col. 1650. ad quem locum Hesychii adnotatio referenda est, tamen nihil caussae est, cur abstinuisse ab ea voce credatur Pindarus. In Plutarchi quidem loco, in quo de lunae defectione sermo est, repetitum in codicibus *τὴν* post illud vocabulum aliquid dubitationis relinquit, an ille scripserit: *ἄχρι οὗ παρελθοῦσα τὴν ἐπισκοτουμένην χώραν πάλιν ἐπιλάμψῃ πρὸς τὸν ἥλιον.* Num vero, si potuit Pindarus *ἐπίσκοτον* scribere, scripsisse eum ita censebimus? Neque aiam nec negem. Apertum est enim deesse aliquid, quo haec ita cum iis quae praecedunt copulentur, ut neque absurdam neque ineptam nec languidam sententiam contineant. Itaque aut excidit aliquid, si *ἐπίσκοτον* scripsit, ante hoc vocabulum, aut si nihil excidit, latet aliquid quod coniunctionem facit in *ἐπὶ* particula. Quid restituendum sit, res ipsa indicat. Sumam nunc *ἐπίσκοτον* a Pindaro esse profectum. Tum scribendum erit: *ἤ που ἐπίσκοτον ἀτραπὸν*

ἐσσυμένα ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος; Apertum est, sic demum recte procedere sensum loci, si dicit: *quid, sol, agitas, quum obscuratus tardas hominum negotia? numquid forte insueti mali portendis? id avertas precor a patria mea.* Ac de *ἦ που* particulis non videtur dubitari posse: illud autem, quoniam de metris non constat, in ambiguo relinquendum est, utrum *ἦ που ἐπίσκοτον*, an *ἦ που σκοτίαν ἀτραπόν*, an *ἦ που σκοτόεσσαν ἀταρπὸν* scriptum fuerit.

Pergo ad cetera. Aperte vitiatum est, quod apud Dionysium legitur: *ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵππος θοὰς ἱκετεύω, ἀπήμονα ἐς ὄλβον τινὰ τρόποιο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.* Hoc olim sic scripseram: *ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵπποις θοαῖς ἱκετεύω ἀπήμον' ἐς ὄλβον τράποιο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.* Receperunt Boeckhius, Dissenius, Negris, Donaldsonus. Nunc vero non probo *τράποιο* activa potestate dictum. Bergkius scripsit: *ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵπποις θοαῖς ἱκετεύω, ἀπήμον' ἐς ὄλβον τρέποιτο Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.* Schneidewinus: *ἀλλὰ σὲ πρὸς Διὸς ἵππους*
p. 44 *ζαθέας ἱκετεύω ἀπήμον' ἐς ὄλβον τινὰ τράποις Θήβαις, ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας.* Non dixit quo modo haec vellet intelligi, utrum ut equi, an ut radius dictus sit *πάγκοινον τέρας.* At neque equi nec radius recte ita vocantur, quia non ipsi *πάγκοινον τέρας* sunt, sed eorum obscuratio. Omninoque non potest credi tam ambigue obscureque locutum esse Pindarum. *Ζαθέας* posuit, quia in codicibus Parisinis est *θαθοᾶς* et *θαθοάς.* Equos Solis *ζαθέας* dici potuisse non magis quisquam dubi tabit, quam potuisse *θοὰς* dici, ut in Phoenissis,

Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα.

Cur vero Pindarus, ubi malum arceri cupit, divinos, et non potius celeres appellet? Non dico hoc ut defendam *θοάς,* neque ut non utendum fuisse scriptura illorum codicum contendam. Immo poterat ea uti, sed ut servata notione celeritatis scriberet *θοάσασ'.* Eo simul omnia lucem accepissent, redditis utrique accusativo verbis a quibus regerentur. Praeterea illud quoque vereor ne non recte dixerit, non fuisse idoneam caussam cur *τινὰ* deleretur. Quum enim *ὄλβον* universe felicitatem vel opes intelligamus, vix videtur recte dici *ὄλβος τις.* Nam quod apud Pindarum est Pyth. XII. 50.

εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται, id patet esse *οὔτις ὄλβος ἄνευ καμάτου*, eadem sententia, quae in hoc paullo aliter, ni fallor, scribendo versu est:

ὅ τ' ὄλβος ἔξωθεν τίς ἐστι πραγμάτων;

Qui versus eximendus est ex fragmento Euripidis apud Stobaeum LI. 14. Quod si dixisset Pindarus *ἀπήμον' ἐς ὄλβον τινά*, plus quam fas est petivisset. Nam ubi quis se felicem praedicare debet si malum effugiat, immodesti hominis est precari ut sibi aliqua felicitas portendatur. Non multo rectius omisso *τινὰ* oraret, ut incolumis maneret Thebanis praesens felicitas. Nam etsi id videri potest eodem redire ac si averti ab iis malum dicatur, tamen nunc liberatio a periculo potius, quam quod ea liberatione effectum iretur optari debebat. Hoc enim sic demum recte commemoraretur, si antea dictum esset aliquid de praesente Thebarum felicitate. Atqui non videtur dubitari posse, quin hoc fragmentum sit initium carminis. Quod si omnino vix apta est felicitatis mentio, hoc ipsum vocabulum mihi suspectum est, ut veri similius credam, scriptum a Pindaro fuisse *ἀπήμον' ἐς οἶμόν τινα τράποις Θήβαις πάγκοινον τέρας*.

In iis quae sequuntur iam nemo dubitat quin a me *πολέμου δ' εἰ σᾶμα φέρεις* et a Scaligero *διερὸν* recte restitutum fuerit. De metro si constaret, diiudicari posset, *ἀνὰ πέδον* an *ἅμ πέδον*, *κατακλύσαισα* an *κατακλύσσαισα* praeferendum esset. De postremis autem fragmenti verbis dissensio est, quum apud Dionysium legatur *ὀλοφυ .... πάντων* p. 12 *μεταπείσομαι*. Schneiderus *ὀλοφύρεσθαι* verbi aliquam formam positam fuisse putabat, quod Plutarchus, quum Pindarum aliosque poetas defectionem solis *ὀλοφυρομένους* commemoravit, ad hunc locum respexisse videretur. Itaque Boeckhius cum eoque, excepto Schneidewino, ceteri scripserunt: *ὀλοφυρομένων πάντων μέτα πείσομαι*, in quo *πάντων μέτα* a me acceptum est, non etiam *ὀλοφυρομένων*, ut Schneidewinus rettulit. Hic quidem quum cognovisset in codice Parisino 1745. legi *ὀλοφυ .... δεν ὅτι πάντων μεταπείσομαι*, lacunae signum inter *ὀλοφυρομένων* et *πάντων* posuit, sententiam poetae hanc fuisse putans: *Thebanis propitius sis, Sol, lamentantibus: mihi vero nihil timendum, quod cum universis perpetiar.* At haec sententia Thebanis indigna est; illa autem, *ὀλοφυρομένων πάντων μέτα πείσομαι*, Pindaro.

Huius generosus animus ita sentiebat: *ὀλοφύρομαι οὐδέν, ὅ τι πάντων μέτα πείσομαι.* Pro *ὅ τι* nescio an scribendum sit *ὅπερ*, quod aptius est: atque haud raro haec pronomina inter se commutata inveniuntur. Itaque fragmentum hoc, si quid in his quae conieci probabile est, hanc fere formam videtur habuisse:

ἀκτὶς ἀελίου, τί, πολύσκοπε, μηδομένα πότ', ὦ δμάτειρ' ὀμμάτων,
ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ κλεπτόμενον λιποῖσ'
ἔθηκας ἀμάχανον ἰσχὺν ποτανὸν
ἀνδράσι καὶ σαφανείας ὁδόν;
ἦ που ἐπίσκοτον ἀτραπὸν ἐσσυμένα
ἐλαύνεις τι νεώτερον ἢ πάρος;
ἀλλά σε πρὸς Διὸς ἵππους θοάσαισ' ἱκετεύω
ἀπήμον' ἐς οἶμόν τινα τράποις Θήβαις,
ὦ πότνια, πάγκοινον τέρας;
πολέμου δ' εἰ σᾶμα φέρεις τινὸς ἢ καρποῦ φθίσιν,
ἢ πόντου κενέωσιν ἂμ πέδον,
ἢ παγετὸν χθονός, ἢ νότιον θέρος
ὕδατι ζακόρῳ διερόν,
ἢ γαῖαν κατακλύσσαισα θήσεις
ἀνδρῶν νέον ἐξ ἀρχᾶς γένος,
ὀλοφύρομαι οὐδέν, ὅπερ πάντων μέτα πείσομαι.

Fortasse olim invento bono codice quid horum recte, quid secus constitutum sit patebit. Ego id agebam, ut ostenderem etiam in fragmento, cuius et integra et in universum
p. 18 aperta sententia esset, multa esse, de quibus cogitandum esset, si quis emendationem facere vellet. Ex quo aestimari potest, quanto difficilius et periculosius sit de eiusmodi fragmentis recte iudicare, quae nec quo spectent nec quid contineant satis liquet. His multos nunc allici video iuvenes, ut patente amplissimo ad coniectandum campo periculum faciant artis criticae; priusquam ad eam rem instructi roboratique sint. Id vero pessimi exempli est, corrumpitque etiam praeclaram indolem spe facile adipiscendae laureae. Nam vix ullo scriptore toto perlecto, nedum saepius lectitato, nescientes quid quis aut quo modo eloquatur, quidquid in mentem venit arripiunt, eoque adsuescunt caecae cuidam temeritati, cui quum moderandae frenum non habeant, praetexunt falsam speciem doctrinae, quum ex Hesychio allisque

grammaticis rara et inusitata verba, singularesque formas verborum conquirunt, quibus adhibendis dum se eximium quid egisse opinantur, consutos ex diversicoloribus pannis centones in medium proferunt. Hoc modo quum in alia multa, tum maxime in Aeolicae poesis reliquias, in quibus nihil non licitum putatur, saevitum est. Sed in his, quia istae reliquiae numero paucae sunt, nec tales, ut ex iis plenam et perfectam illius poesis imaginem mente concipere possimus, difficilius ista perversitas confutari potest. Illis vero scriptoribus, quorum ingenia et sermonem novimus, quum manum admovent, statim et originem suam et naturam prodit illa artis criticae ratio. Exempla si promam ex libello, quem ipsius scriptoris comitate acceptum prae manibus habeo, videar fortasse ingratus esse: verum in litteris veritatem, non gratiam regnare oportet. Scripsit H. L. Ahrens dissertationem de crasi et aphaeresi, in qua quum multa acute et subtiliter animadversa sint, video tamen esse etiam, quae id ipsum quod dicebam confirment. Ut quod p. 14. *μἀλλὰ* ex *μὰ ἀλλὰ* conflatum esse voluit: nam ne inauditam elisionem vocalis in ista voce commemorem, quam quidem invenisse quidam in Theocriteis V. 14. XXVI. 34. sibi visi sunt, quis umquam nudum *μὰ* non addito per quod iuraret dicere ausus est? aut quum p. 17. quod casus bisyllabi (trisyllabos dicere volebat) numquam ne apud Aeoles quidem diaeresin paterentur, in Anacreontis fragmento 16. ubi est *κωμάζων τῇ φίλῃ πάϊδ' ἁβρῇ*, scribendum censuit *πεδί' ἁβρῇ*: nam *πεδίον* esse inferiorem partem pedis teste Polluce II. 197. quam hic eo aptius pro toto pede nominari potuisse, quod in illa potissimum elegantia pedis spectetur. Unde vero constat, neque Ionicos neque Aeolicos poetas umquam *πάϊδος, πάϊδι* dixisse, quum propemodum omnis illa poesis interierit, Aeolii autem omnino diaeresin diphthongorum amaverint? *Πεδί' ἁβρὴν* p. 14
autem puellam medicis quidem et sutoribus dictam esse credam, non poetis, qui teretes suras potius laudaturi erant, quam illa *μέρη τὰ ἄνω πρὸ τῶν δακτύλων, ἢ ὄρος, ἢ πολυόστεον, ἐξ ὀστῶν καὶ νεύρων συγκείμενον.* Qua explicatione simul evidentissime refutatur, quod Ahrens voluit, Aeschyli *πεδιοπλόκτυπος* significare pedis ungula pulsantem. Quis enim vel homo vel equus ea parte pedis, quae solum non attingit, campum pulset? Sed mittam haec, et, quoniam de

Pindaro disputavi, iis potius utar, quae in huius poetae scriptis mutari voluit. Atque illud quidem, quod p. 18. in Pyth. I. 109. scripsit, *οὕτω δ' Ἱέρων. θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι*, etsi linguae legibus non repugnat, tamen sententiae non convenit. Nam aegrotantem ad bellum profectum esse Hieronem, ut olim Philoctetam, iam dictum erat: illud nunc erat dicendum, sicut Philoctetes liberatus morbo esset, ita Hieroni quoque restitutum iri valetudinem. Itaque si *Ἱέρων* scribere vellet, rectius sic scripsisset: *οὕτω δ', Ἱέρων, θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι τὸν προσέρποντα χρόνον ὧν ἔρασαι καιρὸν διδούς.* P. 4 in scolio, quod Pindarus in Theoxenum scripsit, illud leve est, quod *ἀκτῖνας προσώπου* praelatum est metri caussa meliori scripturae, quae in altero Athenaei loco servata est, *ἀκτῖνας ὄσσων.* Id recipiendum erat, *μοχθίζει* in antistrophico versu in *μοχθεῖ* mutato. Graviora haec sunt. Quum Pindarus eum, qui Theoxenum adspiciens non incalesceret, contemptum a Venere aut pecuniae quaerendae operam dare, aut servire mulieribus dicat, hoc ultimum his verbis significatum est: *ἢ γυναικείῳ θράσει ψυχὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.* Bergkius, ut aliquid abstrusi ex Hesychio et Suida locum inveniret, *ψυχὰν* in *ψηχρὰν* mutaverat, quod non erat facturus, si prius quaesivisset an falsum esset *ψυχὰν φορεῖται.* Ahrens, *ψηχρὰν* idoneo sensu carere ratus, *αἰσχρὰν* posuit. Quid vero? Turpemne esse dixerit amorem mulierum Pindarus? Immo nihil aliud nec dixit nec potuit dicere, quam levem esse prae amore pulcri adolescentis. Cui amori quum se deditum esse dicit verbis quorum prima apud Athenaeum sic scripta sunt: *ἀλλ' ἐγὼ . δ' ἕκατι τᾶς . . κηρὸς ὥς*, Ahrens, recepta in proximis egregia Bergkii emendatione posuit: *ἀλλ' ἐγὼ ἀέκατί γ' αἴσας κηρὸς ὣς δαχθεὶς ἕλᾳ μελισσᾶν τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον ἐς ἥβαν, ἐν δ' ἄρα καὶ, Τενέδῳ Πειθὼ τὸν ἄγεν καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.* Ut mittam *ἀέκατι* tribus syllabis pronuntiandum, quod inauditum est, haud facile puto quemquam horum verborum sententiam sine interprete esse intellecturum. *Ἀέκατί γ' αἴσας* interpretatur *invita senectutis sorte*, *παρὰ καιρόν*,
p. 15 quo ad primi versus verba respiciatur, *χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι σὺν ἁλικίᾳ.* Hoc plane fieri nequit. Deinde quum nemo non sit necessario *ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ* coniuncturus, *ἐν δὲ καὶ* separatum a *Τενέδῳ* significare vult *tum*

vero, nihil curans ἄρα particulam. Hoc quoque nullo modo fieri potest. Denique τὸν ἄγεν intelligi iubet *quem educavit*, putans quoniam κακῶς ἠγμένος male educatum significat, ἄγειν etiam per se educandi significatum habere. Ne hoc quidem fieri potest. Apud Athenaeum est πειθώ τ' ἔναιεν. Quum in iis, quae praecedunt, Venerem nominasset Pindarus, in promptu erat videre τᾶς, quod ad δ' superscriptum fuerat, ab imperito librario in alienum locum illatum esse, poetamque de Venere dixisse τᾶςδ' ἕκατι. Itaque haec sic scribenda sunt:

> ἀλλ' ἐγὼ τᾶςδ' ἕκατι, κηρὸς ὡς δαχθεὶς ἕλα
> ἱρᾶν μελισσᾶν, τάκομαι εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον ἐς ἥβαν·
> ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τ' ἀνᾶγεν
> καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησίλα.

In Pythiorum carmine XII. 19. quum violato metro scriptum esset: Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄνυσσεν κασιγνητᾶν μέρος εἰναλίᾳ Σερίφῳ λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων, p. 19. quae verba post μέρος scripta sunt, ea a praecedentibus separata, continuata autem cum sequentibus, sic scribi voluit:

> εἰναλίᾳ τε Σερίφῳ λᾶος ἵ μοῖραν ἄγων
> ἤτοι τότε θεσπέσιον Φόρκοιο μαύρωσεν γένος
> λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ θῆκε.

Haec vero non modo Pindarica, sed ne Graeca quidem sunt. Primum enim quid sibi vult istud ἤτοι in media sententia? Nimirum id sic positum esse ait v. 29. ἐκ δὲ τελευτάσει νιν ἤτοι σάμερον, ubi quo sensu Schneidewinus ἤτοι scripserit non satis perspici. At id recte factum esse, et potius ἤτοι sensu carere apertissimum est, poteratque non perspicientem docere scholiastes. Deinde vero quid obsecro est ἵ? Interpretatur sententiam sic: *Seripho saxeam sortem attulit et Polydecten ultus est.* Non satis erat scire ἵ pronomen esse tertiae personae, sed sciendum erat etiam quale pronomen esset et qui esset eius usus. Atqui id duo quos affert ab Im. Bekkero emendati loci Platonis, quibus tertium ab Rückerto indicatum in X. de rep. p. 617. E. addere poterat, et vel Sophoclis licet corruptissimus versus, ex quo prima istius pronominis notitia accepta est, monstrare debebant, qui versus imperitius etiam, quam ab aliis, ab I. A. Hartungo in eo

libro quem de casibus scripsit p. 115. est tentatus. Graece
p. 16 scire non est multa aut rara vocabula memoria tenere, sed scire quae verba et quo modo inter se coniuncta aliquid praebeant quod homo Graecus et cogitare et dictum intelligere potuerit; neque emendare est mutare et novare, sed ponere quod aut aperte verum sit, aut possit verum esse. Alioquin in litteris item, ut in re publica fieri videmus, novando non corriguntur vitiosa, sed sanorum quoque ruinam trahentia etiam vitiosiora fiunt.

DE ANECDOTO PINDARICO.

[ap. Bergk. P. L. Fragm. adesp. 84.]

GODOFREDUS HERMANNUS FR. GUIL. SCHNEIDEWINO S. P. D.*)

p. 584 Maximam profecto quum fortunae gratiam haberi oportet, quae nobis inopinato eximios versus Pindari obtulit, tum tibi, Schneidewine, qui eos versus tam docte atque erudite et interpretatus es et emendasti, ut perpauca reliqueris, de
p. 585 quibus dubitari posse videatur. Ego quidem quo maiore cum gaudio versus illos excepi, eo libentius feci quod rogasti, ut ad te perscriberem, si quid haberem quo illi etiam magis expolirentur. Sunt illa quidem et pauca et parva, nam pleraque et potissima a te occupata sunt, sed tamen aliqua. Apertum est, carmen illud ad harmoniam Doricam fuisse compositum, cuius quum satis certae numerorum leges sint, est ea res opportuna quidem ad inveniendam veram scripturam, sed eadem tamen etiam incommoda propter similitudinem membrorum, ita ut difficile sit deprehendere rationem antistrophicam. Id tu scite declinasti, ut nulla opus esset earundem partium repetitione. Ipsos autem numeros est ubi videaris haut satis ad Dorici carminis severitatem exegisse. Deinde video te admisisse, quae Ionicorum poetarum, non Pindari sunt, *καλὸν* prima longa et *ζώϊον*. Illa autem quae secundo versu posuisti, *μὴ φυτῶν ἀναισθήτων μηδὲ θηρῶν ἀλόγων*, eo quod *θηρῶν* pro *θηρίων* scripsisti, ipse fatebere non ad poeticae dictionis dignitatem attolli. Illa scriptor iste,

---

*) Philolog. I. (1846) p. 584 sq.

qui Pindaro auctore utebatur, de suo addidit, quo hominis naturam ceteris rebus creatis praestare ostenderet. Adeo et sententia et verba et ordo verborum vulgarem sermonem produnt. In iis vero quae genuina Pindari verba sunt, quamvis docte de Parrhasiae conditore Pelasgo exposueris, tamen Parrhasiam istam non aegre feres tibi eripi, si cogitaveris, quod scriptum est ἠραρυίας nihil aliud esse quam ἢ ᾿Ραρίας, pertinereque ad Diaulum. Stephanus Byzantius: ᾿Ράριον πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ ᾿Ραρία γῆ, καὶ ᾿Ραριὰς ἡ Δημήτηρ. De spiritu leni, quo hoc nomen scribendum est, Göttlingius noster calidius, ut solet, iudicavit ad Theodosium p. 213, apud quem πεδίον p. 27. 22 scribere debebat. Praeter scholiastam Dionysii Thracis in Bekkeri Aned. p. 693, 11 qui Aeolensibus istam pronuntiationem tribuit, ceteri quos sciam grammatici non discernunt in huius nominis usu dialectos, pariterque et Aeolica quae afferunt ῥάρος, ῥάριον, et campum Rarium quaeque ibi colebatur Rariam Cererem leni spiritu pronuntiatam tradunt, Herodianus περὶ μονήρους λέξεως p. 35, 6. Lexicon περὶ πνευμάτων p. 232. Arcadius p. 200, 22. Etymologicum M. p. 702, 37. scholiastes Homeri ad Iliad. I. 53. maximeque is, cuius adnotationem Gaisfordius in appendice Choerobosci edidit p. 905, 3. Itaque etiam ᾿Ρᾶρος, pater Triptolemi apud Pausaniam I. 14, 3. et Hesychium, qui ᾿Ρὰρ apud Photium dictus est, ita scribendus erit, etsi librarii ubique asperum spiritum apposuerunt. Etiam illud facile concedes, non satis venuste coniungi Ἰάρβαντά φαντι. Nomen viri, quod tibi feliciter suppeditavit Virgilius, ut valde probabiliter restitutum accipio, sed ut addendum sit aliquod epitheton, quod etiam in Gigantibus faciendum duxi, utroque loco et numerorum caussa, et quod neque Iarbas nec Gigantes nudo nomine a Pindaro commemorati videbantur. In ceteris satis erat ordinem verborum quibusdam in locis mutare, voculasque adiicere, quas scriptor iste a quo p. 586
haec Pindarica numeris soluta accepimus, omittendas putasset. Dubitabam etiam an ὀργιασμοὺς dixisset Pindarus, etsi ὀργιάζειν apud Euripidem est. Itaque quum metrum videretur ὀργίων poscere, hoc posui. Vide igitur an tibi probetur haec ratio, qua hoc versus scriptos fuisse veri simile puto. Nam in huiusmodi caussa non licet longius progredi, quam ut afferatur quod possit verum esse. Tertium stro-

pharum versum, quoniam ambiguum videri eius metrum potest, ex tribus epitritis et cretico compositum putato. Illud scis, si quosdam longiores numeros in plures versus divisi, non existimare me finiri numerum in mediis vocabulis, sed praetulisse hanc versus describendi rationem, quod et ad scripturam et ad recitationem facilior et commodior esse videbatur. Ita habeto, Schneidewine, quae mihi, postquam tu praeclare viam monstrasti, probabilia visa sunt. Nunc exspectandum nobis Boeckhii iudicium est, peritissimi harum quoque rerum arbitri, quem sine dubio hi versus eius poetae, de quo ille unus omnium maxime meritus est, advertent iis ut aliquid operae impendat. Interea tu haec, ut ab amico gratum tibi facere cupienti, benevole, ut soles accipe. Vale. D. Lipsiae d. XXV. m. Iulii a. MDCCCXLVI.

Πρῶτα δὲ γαῖ᾽ ἄνδωκεν ἄνθρωπον τότ᾽ ἐνεγκαμένα καλὸν γέρας,
ἁμέρου καὶ θευφιλοῦς μάτηρ ἐθέλοισα γενέσθαι γενεᾶς. χαλεπὸν δ᾽ ἐστὶν εὑρεῖν,
ἀντ. *εἴτε Βοιωτοῖσιν Ἀλαλκομενεὺς λίμνας ὑπὲρ Καφισσίδος*
πρῶτος ἀνθρώπων ἀνέσχεν,
εἴτε καὶ Κουρῆτες Ἰδαῖοι ἔσαν, θεῖον γένος,
ἢ Φρύγιοι Κορύβαντες,
οὓς τότε πρώτους ἴδε δενδροφυεῖς ἀμβλαστάνοντας Ἅλιος,
εἴτ᾽ ἄρα καὶ προσεληναῖον Πελασγὸν Ἀρκαδία,
ἢ Ῥαρίας οἰκήτορ᾽ Ἐλευσὶς Δίαυλον,
ἢ καλλίπαιδα Λᾶμνος ἀρρήτων ἐτέκνωσε Κάβειρον ὀργίων,
εἴτε Παλλάνα Φλεγραῖον Ἀλκυονῆ *)

---

p. VI *) Zusatz zu V. 9. **)

Dum relego quae de inventis nuper versibus Pindari in tertio fasciculo scripsi, video me in versu nono antistrophae verbum omisisse, quo is versus pede uno brevior est, quam strophicus. Scribere volueram:

εἴτε Παλλάνα Φλεγραῖον ἔντυεν Ἀλκυονῆ.

Quae Th. Bergkius in diurnis antiquariis fol. 1. huius anni [1847] scripsit, legi. Credo eum, si Pindarum saepius quam adhuc fecisse videtur legerit, aliter de arte eius et compositione stropharum iudicaturum.

**) Philolog. I. (1846) p. VI.

πρεσβύτατον θρασυγυίων Γιγάντων.

ἐπῳδ. *πρωτόγονον Λίβυες δ' αὖτ' Ἰάρβαντα κρατερὸν*
φασὶν αὐχμηρῶν πεδίων ἀναδύντα γλυκεί-
ας ἀπάρξασθαι βαλάνου Διός· Αἰγύ-
πτῳ δὲ καὶ νῦν Νεῖλος, ἰλὺν ἐπιλιπαί-
νων ὑγρᾷ σαρκουμέναν θερμότατι,
σώματα ζῶντ' ἀνδιδοῖ.

UEBER DIE AEGIDEN, VON DENEN PINDAR ABSTAMMTE.*) p. 221

Pindar nennt in der fünften pythischen Ode die Aegiden seine Väter. Bestätigt wird dies dadurch, dass in Inschriften auf der Insel Anaphe der sonst sehr seltene Name *Πίνδαρος* mehrmals unter den dorischen Aegiden vorkommt. S. Böckh Corp. Inscr. II. p. 1092. n. 2480. In jener Ode nun, in der er die Verbreitung des dorischen Festes der Karneen von Sparta über die Insel Thera nach Kyrene beschreibt, sagt er, nachdem er Sparta genannt hat: »von wo die Aegiden, meine Väter, nach Thera kamen, nicht ohne den Willen der Götter, sondern ein Geschick führte sie.« In Widerspruch steht mit diesen Worten der Anfang der sechsten isthmischen Ode, wo er die Nymphe Thebe fragt, an welchen Thaten ihrer p. 222 Stadt sie sich am meisten erfreue, und nachdem er deren mehrere genannt hat, hinzufügt: »oder als du die dorischen Auswanderer in Lakedämon auf festen Grund stelltest, und die Aegiden, deine Abkömmlinge, Amyklae einnahmen nach pythischer Weissagung.« Böckh hatte mit richtigem Blick gesehen, dass der thebanische Dichter weder seinen Vorfahren den Ruhm die Karneen nach Kyrene gebracht zu haben entziehen, noch sich widersprechen und die Aegiden

---

*) Gelesen in der Sitzung der philol.-hist. Classe der K. S. Gesellschaft der Wissensch. zu Leipzig am 13. März 1847. (Abgedruckt aus den Berichten über die Verhandl. der K. S. Ges. d. W. zu Leipzig I p. 221 ff.)

Nihil detraham de laude hominis, qui hunc nobis versum septemdecim syllabarum praebuit, quamquam, si hoc ei in mente fuit, quod fuisse putat Boeckhius, vereor ne erraverit. Nam si qui versus in omnibus strophis brevi syllaba ita terminatur, ea ut cum proximi versus prima syllaba non hiet, suspicio est continuari numeros utriusque versus, de qua re quum alibi tum in Elementis doctr. metr. III. 18, 6. p. 703. monui. Video mihi oppositum iri hiantia in tertia epodo ἅρματι ἀγώνων et in quinta ἅ ποτε ἀναιδέα. Sane probabiliter Boeckhius ex antiquis libris ἅρματι posuit pro ἅρμασιν, quod scripserint qui propter χείρεσσι ποσίν τε numerum pluralem etiam in tertio nomine praetulerint. Verum non minus probabiliter responderi potest, singularem a grammaticis positum esse, quo distincte unius currus victoria significaretur. Quintae epodi exemplum non agnosco. Nam neque habent libri hiatum, in quibus et ἅ τ' et ἅ ποτ' est, et suspectissimum est Γανυμήδει ita collocatum, ut praeter necessitatem ingrata longae syllabae solutio admitteretur. Corruptam esse scripturum recepto ex interpretatione ἀναιδῆ puto. Quare ut in tertia epodo ἅρμασιν teneo, ita in quinta reponendum arbitror:

ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅτε Γανυμήδει ἀναίδητον p. 10
πότμον ἄλαλκε σὺν Κυπρογενεῖ.

Quum prior horum versuum et ipse septemdecim syllabas habeat, dubitari poterit an de his potius locutus sit iste scholiastes.

Quod de versibus in brevem syllabam exeuntibus dicebam, cadit etiam in alium versum epodorum. Omnino autem quo longius procedit accurata veterum poetarum tractatio, eo certius apparet quanta eorum in elaborandis versuum numeris cura ac diligentia fuerit, ita ut quae defendi excusarive licentiae cuiusdam venia solebant, in dies pauciora fieri videamus. Ac profecto mirum foret, si poetae in tanto studio, quod in hac re posuerunt, aliquando tam aut pauperes verborum aut inopes consilii fuissent, ut servare quas sibi fecerant leges non potuerint. Exemplo est tertius epodorum versus, cuius iustam videmus formam, licet ut ego quidem

dem arbitror non pleni, in tertia epodo: nam addenda ei videtur pars sequentis versus, hoc modo:

οὐ πολλὸν ἴδε πατρίδα πολυκτέανον ὑπὸ στερεῷ πυρὶ
πλαγαῖς τε σιδάρου.

Creditum est *πολυκτέανον* quattuor syllabis pronuntiandum esse, ea vox ut esset antispastus. At cur synaloephen admisisset Pindarus, quum *πολυκτήμον'* in promptu esset? Conveniunt cum iusta mensura confirmantque eam primae quintaeque epodi versus, si soluta diphthongo recitantur:

καὶ χάλκεος Ἄρης· τράπε δὲ Κυκνέϊα μάχα καὶ ὑπέρβιον
Ἡρακλέα· πύκτας δ'.
εὐάνορα πόλιν καταβρέχων· παῖδ' ἐρατὸν δ' Ἀρχεστράτου
αἴνησα, τὸν εἶδον.

Illae enim diphthongorum solutiones multo sunt crebriores quum apud lyricos, tum etiam apud tragicos, quam plerique opinantur: quin apud Homerum ceterosque antiquos epicos, apud quos innumerabiles sunt, ne vocari quidem solutiones possunt, quia postero demum aevo vocales in diphthongos coaluerunt. Obstare versui quem posui videatur tertia et quarta epodus. Atque in tertia quidem vulgari opinioni satisfaciebat

ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε καὶ πενταετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν
ἑορτάν,

sed id ferri non posse arguit longae anacrusis in pyrrhichium solutio, ex quo consequitur versum a grammaticis utcumque metro accommodatum esse, postquam initium interierat. Id si quis ex scholiis coniiceret *θεοῖσιν* fuisse, refelleretur alio anacrusis vitio. Scripsisse videtur Pindarus:

p. 11 *τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν,*
ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν
βωμοῖσιν ἀκρόθινα διελὼν ἔθυέ τε πενταετηρίδα τ' ἔστασεν
ἑορτάν,

quibus in verbis Lobeckius in Paralip. p. 197. cum scholiastis *ἀκρόθινα* pro *ἀκροθίνια* dictum iudicans non probavit Heynium, qui *δόσιν ἀκρόθινα* iungebat. Mihi id Heynius recte fecisse videtur, non ut credam *ἀκρόθιν* aut *ἀκρόθις* a quoquam esse usurpatum, sed quod Pindarus tamquam ab isto nominativo accusativum adiectivi formaverit.

In quarta epodo, si sententia spectatur, nihil est quod non sit recte apteque dictum: *ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι*

καί νυν ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου κελαδησόμεθα βροντάν: numeri autem non ferunt *καί νυν*, nec *χάριν νίκας*. Fortasse haec sic scripta fuerant:

ἀρχαῖς ἑπόμενοι δὲ προτέραις ἔτι νυν ἐπωνυμίαν χάριν ἀλκᾶς ἀγερώχου
κελαδησόμεθα βροντάν.

Δὲ coniunctionem scribae saepissime post primam vocem posuerunt, ubi ab ea remotiorem invenerant, ut v. 71. ubi a Pindaro *ἄκοντι Φράστωρ δ'* erat profectum. Non post quotum verbum ponatur ista particula quaerendum est, sed an post id verbum, quod recte opponatur praegressis. *ΑΛΚΑΣ* quantillum ab *ΝΙΚΑΣ* distet nemo non videt, *χάρις* autem, ut saepe apud Pindarum, hic victoria nominatur. In illis quae ad *βροντὰν* addidit poeta, *καὶ πυρπάλαμον βέλος ὀρσικτύπου Διός, ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα*, postrema non recte intellecta video. *Κεραυνὸς ἐν ἅπαντι κράτει ἀραρὼς* est fulmen cum omni victoria coniunctum, quia Iupiter dat victoriam.

Latuit gravis error in his v. 24. *ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος βίῃ Ἡρακλέος ἐκτίσσατο.* Non intelligebatur enim quid esset, quod antiqui libri pro his verbis, *βίῃ Ἡρακλέος*, haberent *βωμὸν ἑξάριθμον Ἡρακλέης*. *Βωμὸν* quidem unde venerit ex scholiis discimus: nam tumulus Pelopis non diversus ab ara esse dicebatur. *Ἑξάριθμον* autem nihil aliud est quam interpretatio vocabuli, quod non intellectum in *ἐξαίρετον* erat mutatum. *Βίῃ Ἡρακλέος* recte posuit Triclinius, sola dialecto peccans. Non dubium videtur quin Pindarus scripserit:

ἀγῶνα δ' ἑξήριτον ἀεῖσαι θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος
βία Ἡρακλέος ἐκτίσσατο.

Ut ab *ἄρω* est *ἀρθμός*, sic ab inusitato ex eadem radice p. 12
verbo *ἀρίζω ἀριθμός* et verbalia in *ηριτος*, ut *Νήριτον*, *νήριτος ὕλη*, *νηριτόμυθος*, *νηριτόφυλλον*, et quod simillimum est Pindarico Iliad. XXII. 349.

οὐδ' εἴ κεν δεκάκις τε καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα
στήσωσ' ἐνθάδ' ἄγοντες,

quod est *εἰκοσινάριθμα*. Sex autem certamina instituerat Hercules, eaque ordine enumerantur v. 60—73.

Stropharum huius carminis ultimus versus Glyconeus

est, sed ille iambum, non ut in nono carmine trochaeum, in basi habens, ita ut hoc genus diversum ab altero esse videatur. Et quum in decem strophis duae tantum spondeo discrepent, vel haec paucitas suspicionem vitii facit. Accedit quod in quinta stropha vetus scholiastes ad haec verba, *θνάσκοντι στυγερώτατος*, adnotavit: *τοῦτο ἐν τῷ καθόλου λέγει, ἐπεὶ ὁ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα ἐπακτὸν τὸν διαδεξάμενον τῷ καταλιπόντι, ὅ ἐστι τῷ ἀποθνήσκοντι, στυγερώτατός ἐστι καὶ ἀλλότριος.* Ambiguum haec relinquunt, legeritne *θνάσκοντι*, an *θανόντι*, an *λιπόντι:* sed quum et hic et alius vetus scholiastes, qui *θνάσκοντι* habuit, hoc participium simul ad *ἀλλότριον* et ad *στυγερώτατος* rettulerint, veri simile est ut qui solum *στυγερώτατος* cum participio coniungebant, praesens tempus posuerint. Itaque in tertia stropha v. 48. non absonum erit, *τιμάσας* interpreti, Pindaro autem *ἀγάλλων πόρον Ἀλφεοῦ* reddere. Quintae igitur strophae versus sic scriptos fuisse credibile est:

ἀλλ' ὥτε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
ποθεινὸς ἵκοντι νεότατος τὸ πάλιν ἤδη, μάλα τέ οἱ θερμαίνει φιλότατι νόον,
ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λαχὼν ποιμένα
ἐπακτὸν ἀλλότριον
θανόντι στυγερώτατος.

Sed hic locus eiusmodi est, ut de tempore quo hoc carmen scriptum sit dubitationem excitet. Vicerat Hagesidamus puer Olympiade LXXVIII. pugilatu, in eamque victoriam scripserat Pindarus carmen X. promiseratque maius et splendidius carmen, cuius promissi se diu neglecti in illo ipso altero carmine reum fatetur. Hoc carmen factum esse ut tempore Olympiorum caneretur indicant *θέμιτες Διός* v. 24. Nunc una an plures Olympiades inter utrumque carmen intercesserint, inutile esset quaerere, nisi id ad iustam interpretationem eorum opus videretur, quae et de victoria Hagesidami et de hoc carmine hic dicit Pindarus. Boeckhius ut conii-
p. 18 ceret cantatum esse carmen redeuntibus sollemnibus Olympiis in prytaneo, in quo insigne Locrensium fulmen propositum esset, magistratum gerente Hagesidamo, eo videtur adductus esse, quod poeta carmen victori similiter acceptum fore dixerit ut si patri iam senescenti filius, cui opes suas relinquat, ex uxore nascatur, adieceritque frustra vixisse, qui

illaudatus ad inferos abeat. Sunt haec sane talia, quae viro aetate iam provecto, non puero, recte dicantur, et potuisse ita acta esse confitendum est, etsi nec de prytaneo nec de gesto magistratu ulla in carmine facta est indicatio. Ac video credi. At nimis profecto mirum foret, si non solum Hagesidamus victoriam, quae ei olim puero contigisset, senex demum sollemniter celebrasset, sed etiam Pindarus promissum puerili victoriae carmen tot annos quot inter pueritiam et senectutem intersunt distulisset. Multo veri similius est, Pindarum Olympiae, statim quum vincentem viderat Hagesidamum, breve illud carmen, quod in Boeckhii recensione decimum est, scripsisse, promisisse autem carmen, quod in publica victoriae celebratione apud Epizephyrios Locros caneretur; quod quum facere oblitus esset, persolvisse debitum anno quarto, hoc est proxima Olympiade. Nam quae modo dicebam sic scripta esse, ut seni potius quam puero convenire videantur, ea cur ita scripserit Pindarus ex ipso carmine puto intelligi posse. Aegre steterat in certamine Hagesidamus, ut haec verba indicant, *τράπε δὲ Κυκνέϊα μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα*, viceratque tandem collectis viribus, quum instigaret magister eius Ilas. Sensit hoc vetus scholiastes, qui scripsit: *ἔοικε δὲ ὁ Ἀγησίδαμος ἡττῆσθαι πρῶτον, εἶτα ὕστερον ὑπὸ Ἰολάου παροξυνθεὶς νενικηκέναι.* Ex quo suspicari licet ita contusum esse ab adversario, ut in posterum aut noluerit aut ne potuerit quidem pugilatu certare. Ac neque victoriam eius aliam ullam aut certamen commemorat Pindarus, nec, quod facere solet, aliarum spem victoriarum ostendit, ita ut de eo, qui iam defunctus esset certandi studio, vere dici potuerit frustra vixisse, cui transeundum ad inferos sit sine gloria. Itaque Pindarus, quo compensaret deficientem aliarum laudum materiam, tanto ampliore praeconio splendidum honorem institutorum ab Hercule ludorum, in quibus Hagesidamus vicisset, exornavit. Illa autem senis puero sibi nato gaudentis comparatio non ad aetatem victoris, sed ad diutinam dilationem promissi carminis videtur esse referenda.

In tertio decimo carmine omnibus in strophis quum numeri, tum etiam verba sunt turbata. Et in prima quidam stropha sic est scribendum:

p. 14 ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει κασίγνηταί τε Δίκα, πολίων ἀσφαλὲς
βάθρον, καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι
ἀνδράσι πλούτου.

Commutavi sedes horum vocabulorum, Δίκα et βάθρον, quia eo loco quo Δίκα positum erat ceterae strophae spondeum indicant. Proxima verba vetus scholiastes sic reddit: ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς ὁμότροφος Εἰρήνη, ut ὁμότροφος legisse videatur. Alter librorum scripturam sic interpretatur, ἡ τὴν αὐτὴν αὐτῇ γνώμην ἔχουσα. Mihi concors, ut concordiae effectrix, significari videtur.

Sed ostendendum est, quam posui horum metrorum descriptionem etiam in ceteris strophis constare. Ac v. 15. servanda est vulgata scriptura:

ἄκραις ἀρεταῖς ὑπερελθόντων ἱεροῖς
εἰν ἀέθλοισιν.

Non est enim cur εἰν repudietur, quia alibi in his quae habemus Pindari carminibus non exstet. In trochaeo quidem haec forma ferri non potest, in dactylo autem munita est exemplo epicorum. Alioqui poterat Pindarus ἀμφ᾽ ἀέθλοισιν scribere, ut Nem. II. 17. Isthm. I. 50. IV. 55.

In proxima stropha recte libri:

πεντάθλῳ ἅμα σταδίου νικῶν δρόμον, οὐκ
ἀντεβόλησεν
τῶν ἀνὴρ θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

Nam haec iteratio negationis non prodit negligentiam sermonis quotidiani, sed indicat universe enuntiatae sententiae repetitionem cum accessione quadam: οὔ τις ἀντεβόλησεν, οὔπω τις πρότερον ἀντεβόλησεν.

V. 38. restituendum quod libri habent μέν:

μηνός τέ οἱ
τωὐτοῦ κρανααῖς ἐν Ἀθάναισι τρία μὲν
ἔργα ποδαρκὴς
ἁμέρα θῆκε κάλλιστ᾽ ἀμφὶ κόμαις.

V. 53. Triclinius metri caussa imperite scripserat τὸν γάμον. Debebat pronomen ponere:

καὶ τὰν πατρὸς ἀντία Μήδειαν θεμέναν
οἷ γάμον αὐτᾷ,
ναΐ σώτειραν Ἀργοῖ καὶ προπόλοις.

V. 61. recte libri:

τοῖσι μὲν
ἐξεύχετ' ἐν ἄστεϊ Πειράνας σφετέρου
μὲν πατρὸς ἀρχὰν p. 15
καὶ βαθὺν κλᾶρον ἔμμεν καὶ μέγαρον.

Omissum esse in quibusdam libris alterum *μὲν* videtur, quia non recte poni putabantur duo *μὲν* in uno membro. At ut ad quodvis *μὲν* non sequente *δὲ* subintelligenda est contraria sententia, ita hic quoque: apud Danaos quidem Glaucus se Corintho oriundum dicebat, Troiani autem Euchenorem norant Corinthium: Glaucus narrabat proavi quidem sui regnum Corinthi domumque fuisse, non esse autem sibi ab illo exsule in Lycia genus ducenti.

V. 76. non explet numerum *χρήσιος*, qui plenus esset si *μαντείας* legeretur. Verum, si non fallor, Pindarus, cui *χρῆσις* usum significat, scripserat

ὥς τ' ἀνὰ βωμῷ θεᾶς
κοιτάξατο νύκτ' ἀπὸ κείνου χρηΐσιος.

Nam quod in Etymologico M. traditum est, *χρήζειν* scribendum esse sine iota, ubi oraculum edere significaret, vanum est. Sensit Brunckius ad Soph. Oed. Col. 1426. Unum idemque verbum est *χρηΐζω*, *χρήζω*, sive indigere sive praedicere significat.

V. 84. recte sane restitutum est *ἕλε*, quod Triclinius cum *ἔλαβε* commutaverat, sed addenda est particula:

ἦτοι καὶ ὁ καρτερὸς ὁρμαίνων ἕλε μὲν
Βελλεροφόντας
φάρμακον πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυι
ἵππον πτερόεντα.

In proxima stropha recte scriptum est *δή*, sed non coalescens cum sequente voce.

Denique v. 107. quod in antiquis libris est, *ἐν Ἄργεϊ θ' ὅσσα καὶ ἐν Θήβαις ὅσα τ' Ἀρκάσιν ἀνάσσων μαρτυρήσει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ*, nimis religiosus sit, qui oblatum ab aliquot libris *ἀμφ' Ἄργεϊ θ' ὅσσα* repudiet: sed in ceteris vellem non esset receptum quod olim conieci *Ἀρκὰς ἀνάσσων*: est id enim arcessitum, debebatque simplicius quid et usitatius Pindaro quaeri, quum praesertim iam *Λυκαίου ἄναξ* audacius dictum sit, quam Nem. II. 19. *ὑψιμέδων Παρνασσός*. Id hoc videtur esse:

ἀμφ᾽ Ἄργεΐ ϑ᾽ ὅσσα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα δὲ
Ἀρκάσι μάσσω
μαρτυρήσει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ.

Sed dicendum est etiam de epodis, quarum in prima
p. 16 v. 20. τίς γὰρ in altero membro sententiae interrogativae positum repugnat usui δὲ poscenti, βασιλέα δίδυμον autem non probandae synaloephae necessitatem infert. Nimirum alius quam credebatur horum verborum numerus est, quem sic restituemus:

τίς δ᾽ ἄρ᾽ ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα
ἢ ϑεῶν ναοῖσιν οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμνον ἐπέϑηκ᾽; ἐν δὲ
Μοῖσ᾽ ἀδύπνοος,
ἐν δ᾽ Ἄρης ἀνϑεῖ νέων
οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

In secunda epodo, in qua v. 42. recte librorum scripturam ἕψονται tuetur Kayserus, v. 45. haec leguntur: ὅσσα τ᾽ ἐν Δελφοῖσιν ἀριστεύσατε ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήϑει καλῶν. Ineptissimum vero est πολέσιν. Nam quid est hoc: contendo cum multis de numero gentis vestrae victoriarum. Qui sunt illi multi? num gentes multae? at nihil frigidius dici potuit quam multae gentes non toties quoties vestra vicerunt. an sunt homines? tum multo magis absurda est totius gentis cum aliquo uno homine comparatio. an denique sunt multae gentes uno complexu comprehensae? hoc rationem quidem aliquam haberet, sed nemo divinare posset multos dicentem gentium aliquam multitudinem intelligi velle. Haeserunt in his verbis iam scholiastae, qui etiam ineptiora protulerunt. Immo a Corinthiorum laude ad laudem Oligaethidarum progressus poeta cum urbibus se contendere dicit, quo significat alias urbes non posse gentem toties victricem nominare. Id vero non dixerat Attica lingua πόλεσι, quam formam recte ab eo abiudicavit Boeckhius ad fragm. 229. Nempe sic scripserat:

ὅσσα τ᾽ ἐν Δελφοῖσιν ἀριστεύσατε
ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος, δηρίομαι πολίεσσι περὶ πλάϑει
καλῶν· ὡς μὰν σαφές,
οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
ποντιᾶν ψάφων ἀριϑμόν.

Accedit quod in obliquis casibus a πολὺς non videtur Pin-

darus epica forma, quae etiam apud tragicos rara est, usus esse. Nam alterum exemplum, quod est in Pyth. IV. 56. non minus quam hic ineptam praebet sententiam. Scribendum ibi:

τὸν μὲν πολυχρύσῳ πότ᾽ ἐν δώματι
Φοῖβος ἀμμνάσει θέμισσιν
Πύθιον ναὸν καταβάντα, χρόνῳ δ᾽
ὑστέρῳ νάεσσί ποτ᾽ εἰσανάγει p. 17
Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα.

In tertia epodo aut a metricis expulsae aut ab antiquo scriba propter praecedentium et sequentis litterae similitudinem neglectae sunt litterae *ΣΥΔ*. Restituendum enim:

ἐξ ὀνείρου δ᾽ αὐτίκα
ἦν ὕπαρ. φώνασε δ᾽, εὕδεις, Αἰολίδα βασιλεῦ; σὺ δ᾽, ἄγε,
φίλτρον τόδ᾽ ἵππειον δέκευ,
καὶ δαμαίῳ νιν θύων ταῦρον ἀργᾶν πατρὶ δεῖξον.

Posuerat in his aliquis metricus *ἀργόν*, sicuti *βόες ἀργοὶ* dicti sunt Iliad. XXIII. 30. sed veteres libri *ἀργᾶντα* habent. Suntne ex hoc loco petiti qui ex aliquo grammatico ab Eustathio p. 1286, 3. 1430, 62. 1454, 6. apud Pindarum memorantur *ἀργᾶντες ταῦροι*, incertum est. Ego quidem Pindarum, qui non solvat longas syllabas nisi in nominibus propriis, hic *ἀργᾶν* scripsisse puto, etsi non habeo aliud huius formae exemplum, quam in Aeschyli Agamemnone v. 116. *ὅ τ᾽ ἐξόπιν ἀργᾶς*, quod quidem scio ex *ἀργήεις* contractum videri posse. Alio significatu *ἄργας* vel *ἀργᾶς* dictum affertur in Bekkeri Anecdotis p. 442, 30. et in tribus codicibus Harpocrationis p. 32. sed complures formae fuerunt istius stirpis, ex qua dixerunt *ἄργεμον, ἀργεννόν, ἀργέτα, ἀργῆτα, ἀργεστήν, ἀργηστήν, ἄργυρον, ἀργύφεον.* Non probarem certe, si quis versus qui duo fuisse videntur sic in unum coniungeret:

καὶ δαμαίῳ πατρὶ ταῦρον θύων ἀργᾶντα δεῖξον.

In quarta epodo v. 91. alii libri *διασωπάσομαι αὐτῷ μόρον*, alii *διασιγάσομαί οἱ μόρον ἐγώ*, pauci *διασιωπάσομαι*. Genuinum esse *οἱ μόρον*, imperite autem additum *ἐγώ*, facile perspicitur. De *σωπᾶν* verbo autem qui factum ut nec scholiastae neque alii grammatici mentionem fecerint praeter Ioannem Tzetzam, vanissimum hominem, qui ad Hesiodi *ἔργα* v. 664. eruditionem suam ostentans *σωπάσομαι*, haud dubie ex hoc ipso Pindari versu, ut Aeolicum affert? Id verbum, ex quo etiam Isthm. I. 63. *σεσωπαμένον* legitur, ego errorem

scribarum esse existimo, sicut etiam apud Xenophontem in Mem. Socr. III. 6, 4. quidam libri *διεσώπησεν* exhibent, de quo loco inconsiderate iudicasse I. G. Schneiderum non latuit Boeckhio. In Isthmico carmine restituendum *σεσιγαμένον*, cuius interpretatio fuit *σεσιωπημένον*. Olympio autem carmini reddendum quod numeri postulant:

p. 18 *καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν καὶ Σολύμους ἔπεφνεν. διασιωπάσομαι μέν οἱ μόρον.*

Denique in quinta epodo v. 113. ubi *ἀλλὰ* est in libris, sententia bona, sed vitiato metro, recte quidem *ἄνα* restituit Boeckhius, sed et syllaba deest, et sententiae debebant aliquo vinculo copulari. Peccatum hic est eodem modo quo in tertia epodo. Scribendum:

καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν μάσσον' ἢ ὡς ἴδέμεν. σὺ δ', ἄνα,
κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν,
Ζεῦ τέλει, αἰδῶ τε δὸς καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

Restant vero etiam alia in hoc carmine, quae correctione indigeant. Ac v. 49. non est veri simile ut hiatum in *δὲ ἴδιος* interpretentur, scripsisse poetam puto:

ἐγὼ δ' ἅτ' ἴδιος ἐν κοινῷ σταλείς.

V. 71. vereor ne *κνώσσοντί οἱ* in versu ab iambo incipiente interpretis sit, quum poeta scripsisset:

κναναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ
πνέοντί οἱ παρθένος τόσα εἰπεῖν
ἔδοξεν· ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.

Aeschylus Choeph. 617. *Νῖσον ἀθανάτας τριχὸς νοσφίσασ' ἀπροβούλως πνέονθ' ἁ κυνόφρων ὕπνῳ*, quod scholiastes interpretatur *ἀσθμαίνοντα*. Cur autem *ἀνὰ δ' ἔπαλτο*, quod est *ἀνέπαλτο δέ*, de quo verbo disputavit Spitznerus in excursu XVI. ad Iliadem, mutatum sit in *ἀνὰ δ' ἐπᾶλτο*, propagataque haec scriptura etiam in novissimas editiones, permirum est. Nam neque *ἐπᾶλτο* hic dici potuit, qui autem *ἀνὰ ποδὶ* exsiliret, alieno pede uteretur.

V. 79. Kayserus recte *ᾇ τάχιστα*, sed quod sequitur *ἀνερύῃ*, eius vera scriptura *ἀνρύῃ* in scholiis servata est. Scimus enim Homericum *αὐέρυσαν*, ut Hesiodi *καυάξαις*, esse *ἀνέρυσαν* et *κατάξαις*, litteris *ν* et *τ* in digamma quod sequebatur mutatis. In proximo versu *εὐθὺς* nihil ad rem

confert, displicetque etiam propter praegressum *ᾇ τάχιστα.* Id igitur cum cod. Pal. *ἐγγὺς* scribendum.

V. 83. magis diligentia Triclinii quam eruditio laudanda, qui ut spondeum reduceret, *πληροῖ* pro *τελεῖ* scripserit. Reponendum:

τέλλει θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον τάν τε παρ' ἐλπίδα
κούφαν κτίσιν.

Τέλλειν enim Pindarus eadem significatione qua ortum ex eo p. 19
τελεῖν usurpavit: v. I. 76. II. 70. X. 6. Pyth. IV. 257.

V. 88. scribendum:

αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμων.

Nam *ἐρήμου* eo loco positum, quo, quoniam *ψυχρᾶς* praecessit, non exspectatur aliud epitheton aetheris, invenustissimum est.

Addam his carmen decimum quartum, quod ex lacerato ultimo codicis folio descriptum multis modis criticos exercuit. Id iam videor mihi, ut in re dubia, aliquanto propius ad veram scripturam hoc modo revocasse:

Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι, *στρ.*
αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν,
ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες Ὀρχομενοῦ, παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
κλῦτ', ἐπεὶ εὔχόμεσθα. σὺν γὰρ ὔμμιν τά τε τερπνὰ καὶ
τὰ γλυκέα γίγνεται πάντα βροτοῖς,
εἰ σοφὸς ἢ καλὸς ἤ τις ἀγλαὸς ἀνήρ. οὐδὲ σεμνᾶν
ἄτερθεν Χαρίτων θεοὶ
κοιρανέοντι χορούς, οὐδὲ δαῖτας· ἀλλὰ πάντων ταμίαι
ἔργων ἐνουρανίων χρυσότοξον θέμεναι σχεδὸν
πὰρ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους
ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν.
ὦ πότνι' Ἀγλαΐα, φιλησί- *ἀντιστρ.*
μολπέ τ' Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου
παῖδες, ἐπάκοοι τὸ νῦν, Θαλία τε
ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
κοῦφα βιβῶντα· Λυδίῳ γὰρ Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ
ἔν τε μελέταις ἀείδων ἔμολον,
οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινυεία σεῦ ἕκατι.
μελαντειχέα νῦν δόμον
Φερσεφόνειον ἴθ', Ἀχοῖ, πατρὶ κλυτὰν φέροισ' ἀγγελίαν,
Κλεύδαμον ὄφρα ἰδοῖσ' υἱὸν εἴπῃς ὅτι οἱ νέαν

κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας
ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι χαίταν.

V. 8. quum in libris versus ita descripti sint, ut in antistrophicis σεῦ ἕκατι versum finiat, quae autem sequitur sententia aptissime novum versum incipiat, ad hoc exemplum
p. 20 verba hic correxi, non tamen ut haec certa putem. In libris est οὔτε γὰρ θεοὶ σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ. Ea si uno versu comprehensa fuerunt, facile quidem aequari metra possunt, si ἁγνᾶν scribitur, quod Kayserus coniecit. Verum ista correptio diphthongi in fine dactyli tam inelegans est, quam quod XI. 33. quibusdam placuit, μυχοῖς ἥμενοι Ἄλιδος, ut mirum foret, ni Pindarus scribere maluisset, οὐδὲ γὰρ δίχα σεμνᾶν Χαρίτων θεοί.

V. 10. addidi σχεδόν, quod Pindarus etiam I. 74. XI. 52. Pyth. V. 38. sic posuit ut abesse potuerit.

V. 12. iusta est divisio vocabuli, quia utraque pars integram notionem continet, φιλῆσαι et μολπήν. Ea lex etiam in caesuris observatur illis, quae aliter inviolabiles sunt.

V. 21. veteres libri Φερσεφόνας ἐλθ' Ἀχοῖ, ut, si id usitatum fuisset, alicui ἔλυθ' in mentem venire possit. At etsi ab ἐλεύθω dictum est ἤλυθον, tamen inaudita sunt ἔλυθον, ἐλύθω, ἐλύθοιμι, ἐλυθών, ἐλυθεῖν, et imperativus ἔλυθε. In recentioribus libris accommodatius verbum ἴθι, sed hiatum inferens, est inventum. Hinc posui Φερσεφόνειον ἴθ' Ἀχοῖ. Non nominatus poeta in Anthol. Pal. VII. 483. ἔσται μὰν ὅ γε παῖς ἐν δώμασι Φερσεφονείοις παίγνιον.

V. 22. libri ὄφρ' ἰδοῖσ' υἱὸν. Recte puto Schmidium ad Homerici sermonis normam plene scripsisse ὄφρα, praesertim quum modo praecesserit ἐρασίμολπε ἰδοῖσα. Ideo v. 10. scripsi ἐνουρανίων. Fortasse aliquando integrior codex de his quae nunc dubia sunt veriora aperiet.

AESCHYLUS.

NON VIDERI AESCHYLUM *ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΝ* SCRIPSISSE.*)

Putabam ego non posse demonstrari scriptam ab p. 3
Aeschylo esse tragoediam, quae *Ἰλίου πέρσις* dicta totum esset bellum Troianum complexa. Eam tamen opinionem quum animo concepisset Fr. Th. Welckerus, vir ingeniosissimus, lis est inter me et illum exorta, quum neque ego illi assentiri possem, neque ille allatis a me argumentis concederet. Protulit primo suam coniecturam in diurnis scholasticis a. 1831. fasc. 12. p. 1211 seqq. repetivitque in Museo Rhenano V. 3. p. 483 seqq. Contradixi ego in dissertatione de Aeschyli Psychostasia sive in Opusc. vol. VII. p. 357. responditque non sine quadam animi commotione in Musei Rhenani Supplem. II. 1. p. 39 seqq. quumque ego iterum illam sententiam in diurnis Darmstadiensibus a. 1839. fasc. 8. p. 729 seqq. impugnassem, denuo eam defendit in Supplem. Mus. Rhen. II. 3. p. 1506 seqq. pacatius quidem, sed tamen ut non omni se exsolvisse cupiditate videatur. Non inutile fuerit id uno saltem exemplo ostendisse, ut inde de tota lite iudicari possit. Nam non tam de tragoedia illa, quam de disputandi ratione agitur. Quum miratus essem quod emendationem meam fragmenti cuiusdam Aeschylei vituperasset nullo argumento allato, ut videretur auctoritatem suam pro argumento haberi velle, nunc illius iudicii rationem reddidit. Erat illud fragmentum [152 Dind.] a me sic constitutum:

---

*) Edita est a. 1841.

ἐναροκτάντας δὲ φθόνος αὐχαῖς
ἔγκοτος ὑψοῦ
τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει,
ἥξει τ' ἐχθρούς.

Displicuit hoc Welckero, displicuit Schoellio. Non puto idcirco falsum esse: sed refutanti aut melius quid afferenti gratum me fore profiteor. Qui hic altas deorum sedes relinquere dicitur, ex Welckeri sententia deus mortis est, *Θάνατος*.
p. 4 At meminerat vir antiquitatis peritissimus hunc non inter superos in caelo, sed in Orco apud inferos habitare. Quid igitur faceret? Excogitavit hoc: deum mortis ut *ἐναροκτάνταν* recte ex alto venire, quia tantummodo vis divina sit, quae in proeliis homines perimat, qualem daemonem in Sophoclis Iphigenia Antaeum et Aeschyli Amphidromum aliosque esse. Non puto eum hoc cuiquam persuasisse: quocirca satis erit, magnum qui in his est eumque duplicem errorem aperuisse. Amphidromus quidem daemon quidam fuit: Antaeum autem Welckerus et Th. Bergkius creaverunt. Nullus enim fuit, sed est illud nomen adiectivum, dicebaturque *ἀνταῖος θεὸς* et *ἀνταία θεός*. Non magis ullus daemon *Ἐναροκτάντας* fuit, sed hoc quoque nomen adiectivum est, ut, nisi substantivum addatur, nesciamus quis deus aut homo sit *ἐναροκτάντας*. Tametsi vero nullus est iste daemon, tamen eum assumam, ut videam quid eo fiat. Quum apud Hesychium lacunosa scriptura sit *φθογγ...κότος*, id Welckerus putat *φθογγοσκότος* fuisse, quo vocem celans significetur, pariter ut *σκοτομήδης* et *σκοτομήνιος* dicatur, qui consilium, qui iram celet. Has interpretationes a me refelli aut ullum verbum de portentoso illo *φθογγοσκότος* addi nemo postulabit. Sed tamen his usus Welckerus scribit: *Ἐναροκτάντας δὲ φθογγοσκότος ὑψοῦ τέλος ἀθανάτων ἀπολείψει*. His vero ad metri rationem pes deest, ut is, qui vituperavit insertum a me *αὐχαῖς*, tamen et ipse aliquid inserere debeat. Ecquem igitur dissentientem habebo, si mihi haec omnia videntur cupidius quam pensitate prolata? Apparebit id magis etiam ex iis, quae meae emendationi opponit. *Ἐναροκτάνταν* a me pro adiectivo haberi ait, mirabundus, ut videtur. Sane pro adiectivo habui, quia non est substantivum: vituperandus enim fuissem, si credidissem substantivum esse. Deinde valde mirum esse, quod id epitheton esse invidiae vel re-

prehensionis voluerim, ut invidia dicatur trucidatrix, quae sic nihilo minus, ut mortem quam apud inferos habitare conveniat in se comprehendens, venire ex alto dicatur, ubi meram invidiam non suo in loco esse, quia illa invidia, qua nimiam felicitatem hominibus invideant dii, plane aliud sit, quam quae vulgo universe invidia appelletur. Nihil horum dixisset vir doctissimus, si tranquilliore animo rem considerasset: vidisset enim se fingere quae mihi ne potuerunt quidem in mentem venire. Apud Hesychium haec leguntur: *ἐναραφόρος, σκυλοφόρος·* sequuntur Aeschyli ex Nereidibus verba: deinde: *οἱ ὑπομνηματισταὶ παρὰ τὸ οὐχ ὁσίη φθιμέ-* p. 5
νοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι· ἵνα ᾖ ὁ νοῦς, ὁ δὲ ἐναροκτάντας θάνατος (errore scribae positum est *θάνατον*) *μὴ ἐπικαυχώμενος τὸ ἐκ τῶν θεῶν τέλος ὑψοῦ ἀπολείψει, τὰ τῶν ἀθανάτων ὕψη, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥξει.* Etiam Eustathius: *ἐκ τοῦ ἐναίρειν καὶ κτείνειν ἐναροκτάντας ὁ θάνατος.* Cur non credibile sit *θάνατον* dici *ἐναροκτάνταν*, ostendi in illa de Nereidibus dissertatione. Poteram aliud ex ipsis his nominibus addere argumentum, si *ἐναροκτάντας* trucidatorem significaret. Nam qui trucidat *Φόνος* est, non *Θάνατος*, qui aut sequitur trucidationem, aut, si ipse mortis auctor est, aufert animam sine trucidatione. Sed pergam. Commentatores illi, quos dicit Hesychius, eam sententiam testantur expressam esse, quae est in versu Homerico Odyss. XXII. 412.

οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

Propterea scribebam *ἐναροκτάντας φθόνος*, monebamque sermonem esse de Hectore, qui detracta Patroclo Achillis arma induisset iisque se efferret, unde Homerum Iliad. XVII. 198. dicere:

τὸν δ᾽ ὡς οὖν ἀπάνευθεν ἴδεν νεφεληγερέτα Ζεύς
τεύχεσι Πηλείδαο κορυσσόμενον θείοιο,
κινήσας ῥα κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν·
ἆ δείλ᾽, οὐδέ τί τοι θάνατος καταθύμιός ἐστιν·
ὃς δή τοι σχεδόν ἐστι.

Non opus est, ut reliqua adscribam, quae dicit Iuppiter invidens Hectori illam qua se iactat felicitatem. Iam igitur ubi est illa, quam vituperat Welckerus, invidia, quae tamen mors sit? Immo eam apparet illam ipsam esse, quam non

putat a me significatam, qua nimiae hominum felicitati invideant dii. Itaque dum contra me dicere sibi videtur, pro me dicit. Iam vero in claram lucem prodibit etiam iste ἐναροκτάντας θάνατος. Quoniam enim indignatus Iuppiter mortem minatur Hectori, ἐναροκτάνταν φθόνον grammatici interpretati sunt θάνατον, quod, si invidia deorum relinquat caelestia templa et ad hostes Graecorum veniat, id fiat eo consilio ut Hector morte luat superbiam. Ceterum quod Welckero etiam αὐχαῖς et ἔγκοτος displicet, quid aliud esse dicam, quam quaerere quod reprehendat etiam in iis, in quibus nemo alius caussam vituperandi inveniat? Ex his
p. 6 aestimari poterit, uter nostrum, ut p. 1510. ait, multa imaginatus sit, quae omnibus modis incredibilia sint.

Venio nunc ad Ἰλίου πέρσιν. Nullus scriptor aliquam Ἰλίου πέρσιν Aeschyli memorat, nisi forte id fecit Aristoteles in loco aperte corrupto. Scholiastes Hermogenis ex Persis Aeschyli affert vocabulum, quod non legitur in ea tragoedia. Alia verba ex Persis Aeschyli, quae non exstant in illa fabula, affert Athenaeus. Nunc Welckerus versum invenisse sibi visus est, qui pertineret ad Ἰλίου πέρσιν. Eo argumento non solum exstitisse isto titulo tragoediam Aeschyli, sed etiam apud scholiastam Hermogenis et Athenaeum ἐν Περσίδι scribendum iudicavit. Has ego ratiocinationes non accipiebam, nec nunc accipio. Certe quidem, etiam si testaretur Ἰλίου πέρσιν Aristoteles, non sequetur reddendum hoc nomen Athenaeo esse et scholiastae Hermogenis, sed potuisse illos ἐν Περσίδι scribere. Potuit enim aut alio modo in titulo fabulae aut in nomine scriptoris, ut saepenumero factum scimus, erratum esse; potest etiam nullus apud illos error esse, si verba, quae ex Persis afferunt, scripta in ea tragoedia fuerunt: non enim sine lacunis ad nos pervenit. Haec quidem sic se habent, si scripsit Ἰλίου πέρσιν Aeschylus. Quid vero si non scripsit? Tum quidem certo ἐν Περσίδι nusquam debebit reponi. Videndum est ergo ante omnia an scripserit. Aristotelis verba in libri de arte poetica cap. 18. sic in codd. scripta leguntur: χρὴ δὲ ὅπερ εἴρηται πολλάκις μεμνῆσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν ἐποποιϊκὸν σύστημα τὴν τραγῳδίαν· ἐποποιϊκὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον· οἷον εἴ τις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιοῖ μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρέπον μέγεθος· ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν

ἀποβαίνει. σημεῖον δέ· ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥςπερ Εὐριπίδης Νιόβην, καὶ μὴ ὥςπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται, ἐπεὶ καὶ Ἀγάθων ἐξέπεσεν ἐν τούτῳ μόνῳ. In vulgatis editionibus post *Νιόβην* addebatur *ἢ Μήδειαν*, quod patet ex *καὶ μὴ* factum esse. Georgius Valla in vertendo pro Nioba posuit Hecubam. At vix dubitari potest, quin lector aliquis in margine apposuerit *Ἑκάβην*. Acutissimi viri, Th. Tyrwhittus et Fr. Volg. Reizius, intellexerunt Aeschylum non potuisse in illis numerari, qui *πέρσιν Ἰλίου ὅλην* scripsissent. Itaque Reizius dedit: *καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥςπερ Εὐριπίδης ἢ ὥςπερ Αἰσχύλος*: eodemque modo scribi voluit Tyrwhittus, nisi quod servandum putabat *Ἑκάβην*. Pergerem reliqua ordine p. 7 persequi, nisi Welckerus, ut solet, ad alia avocaret. Negat enim in Museo Rhen. V. 3. p. 491. quod Aristoteles dicit *τῆς Ἰλιάδος* de Homeri Iliade dictum esse, sed intelligi vult parvam Iliadem Leschei. At ipsa luce clarius est, id non magis fieri posse, quam ut qui Homerum nominet, non Iliadis et Odysseae scriptorem, sed ex Pleiade tragicum dicat, nisi aut hoc ipsum addat, aut ante de tragico Homero sit locutus. Quare si de parva Iliade sermonem esse volebat Welckerus, excidisse *μικρᾶς* dicere debebat. Id non facit, sed docere conatur factum esse quod fieri nequit. Atque in Cyclo epico p. 132. ea caussa Aeschinis contra Timarchum §. 128. verba affert: *καὶ τὸν Ὅμηρον πολλάκις ἐν τῇ Ἰλιάδι λέγοντα πρὸ τοῦ τι τῶν μελλόντων γενέσθαι, φήμη δ' εἰς στρατὸν ἦλθε*, parvam Iliadem ab illo cum Homerica confusam putans. Ad id si accidisset Aeschini, tamen, quia Homerum nominat, huius eum Iliadem in mente habuisse patet. Omnino autem ille non esset parvae testimonio usus, sed homo fervore abreptus, quum versatus in poetis esset, in Iliade Homeri se legisse putabat verba ista, quae talia sunt, in quibus facillime fallat memoria. At producit Welckerus alium testem, scholiastam Platonis ad Reip. X. p. 421. in Cyclo epico p. 236., ubi de Creophylo narratur, *ὅτι ὑποδεξάμενος Ὅμηρον ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τὸ ποίημα τῆς Ἰλιάδος.* Hic quidem aut excidisse *μικρᾶς* dicit, aut Iliadem simpliciter pro parva nominari: reiicit tamen, quod necessarium est; arripit, quod fieri non potest. Absurdus enim fuisset scholiastes, si non dixisset utram Iliadem Homerus donasset Creophylo. Reliqua est alia

Iliadis, quae non est Homeri, memoria apud Aristotelem de arte poetica c. 15. sive meae ed. 18, 12. *φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν.* Hic quidem, etsi Iliadis parvae ultima pars *ἀπόπλους* fuit, tamen, quod non appareat quomodo de machina in carmine epico cogitari possit, Welckerus in Mus. Rhen. V. 3. p. 492. cum Graefenhanio tragoediam quamdam, cui *Ἰλιὰς* nomen fuerit, significari suspicabatur. Mihi hoc non videtur veri simile, non solum quod nusquam tragoedia isto nomine memorata est, sed etiam quod, si fuisset aliqua, poetae nomen ut in haud valde celebrato carmine addidisset Aristoteles. Quare sic existimo, librariorum
p. 8 errore in Iliadis nomen abisse nomen Iphigeniae, quam ut claram Euripidis fabulam etiam alibi sine nomine poetae laudat. In ea autem et *ἀπόπλους* est et cum eo coniunctus deus ex machina. Ingratus labor est explicare, quae per se aperta sunt: nondum tamen eo liberatus sum. Sollicitum enim habuit Welckerum illud, quod, ut apud Aristotelem, ita etiam in verbis, quae vitae Aeschyli in ed. Robortelli p. 12. inserta sunt, coniuncta inveniuntur Niobae et Iliadis nomina: de qua re multa coniectat p. 494. Nihil illa ad Aristotelem, poterantque facile ex re ipsa emendari. Sed, ut brevissime absolvam, quum eadem in tribus codicibus scripta invenerim, quorum in duobus etiam magis quam in ed. Robortelli corrupta sunt, ponam ut in tertio codice sine vitiis leguntur: *τῶν ποιημάτων ἃ μέν ἐστι διεξοδικὰ καὶ διηγηματικὰ καὶ ἀπαγγελτικά, ἃ δὲ δραματικὰ καὶ μιμητικά, ἃ δὲ δι' ἀμφοῖν, ἃ δὲ μόνον δραματικά· αὐτὰ γὰρ ἐνεργεῖ καὶ λέγει τὰ πρόςωπα, καὶ αὐτὰ τὸ κῦρος ἔχει. διὰ τοῦτο αἱ τῶν δραμάτων ἐπιγραφαὶ προγράφονται τοῦ ποιητοῦ, Νιόβη Αἰσχύλου, Ὁμήρου δὲ Ἰλιάς.*

Revertor ab hac digressione ad Aristotelem. Ac Welckerus in Mus. Rhen. V. 3. p. 490. haec verba *ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος*, ut ab interpolatore profecta, uncinis circumscripsit, de quibus dixit p. 495 seq. Ita vero evertit fundamentum, quo fulta erat *Ἰλίου πέρσις*. Unico enim de ea testimonio sublato nulla fuit, nisi restitui alio aliquo artificio potest. Id suppeditavit versus Aeschyli apud Aristophanem in Ranis 1431.

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,

quem de Astyanacte dictum esse eo effici putat, quod Ulixes
et apud Arctinum de illo puero dixerit

νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει,

et apud Euripidem in Troad. 718. de eodem Ulixe scriptum sit

λέξας ἄριστον παῖδα μὴ τρέφειν πατρός.

Potuisse istum versum de Astyanacte dici neque ego negavi
nec facile alii negabunt. At quae potuerunt fieri, eo non
etiam facta sunt. Esse igitur factum defendit Welckerus in
diurnis scholasticis a. 1831. p. 1712 seqq. primum eo quod
scripserit *'Ιλίου πέρσιν* Aeschylus: nam id ibi testatum ab
Aristotele sumebat: nunc vero, postquam uncinos posuit,
ipse illud testimonium sustulit, ut iam nullum testem habe- p. 9
amus. Quod si nemo testatus est *'Ιλίου πέρσιν* Aeschyli, quo
modo cognoscimus versum istum in fabula scriptum fuisse,
quam nescimus utrum scripserit Aeschylus necne? Credo
ego neminem qui rationem concludere didicerit, aliud istius-
modi demonstratione effici intelligere, quam ut, si fecerit
Aeschylus *'Ιλίου πέρσιν*, potuerit in ea esse iste versus. Sed
haec non curans Welckerus pergit ad eos qui sequuntur duo
versus:

μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν,

quos ab ipso Aristophane ingenium Aeschyli exprimente
adiectos censet. At hoc fieri non potest, nec credet quis-
quam qui et Aeschylum atque Aristophanem bene norit, et
sciat quid linguae ratio postulet. Nam non solum ipsi hi duo
versus tantum inter se distant, quantum comoedia et tragoe-
dia, verum etiam verba aperte ostendunt, priorem eorum
non dici ab Aeschylo, sed, si a quoquam, ab interloquente
Baccho, ut corrigat illud quod de catulo leonis dixit Aeschy-
lus. Quod si ipse se corrigeret Aeschylus, non modo ineptus,
sed insanus esset, qui filium leonis non et ipsum videret
leonem esse. Ex quo consequitur, Aeschyli hanc fuisse gra-
vissimam sententiam:

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Ita vero corruit eversum ab ipso Aeschylo fundamentum, in
quo suam *'Ιλίου πέρσιν* exstruxit Welckerus. Nam si cohae-
rebant primus et tertius versus, nullo pacto de Astyanacte

sermo esse potuit qui puer de muro est deiectus, sed de aliquo, cuius leoninis moribus obsequi civitatem, postquam eum adolescere siverit, necesse sit. Ac dicuntur haec apud Aristophanem in Alcibiadem. Ceterum quid ad hos versus faciant quae paullo post leguntur longe alia de re dicta,

πῶς οὖν τις ἂν σώσειε τοιαύτην πόλιν,
ᾗ μήτε χλαῖνα μήτε σισύρα ξυμφέρει,

neque ego video, et vereor ut alii perspiciant. Affert vero aliud, cui multum tribuit: nam et Plutarchum in vita Alcibiadis c. 16. et Valerium Maximum omisso illo versu

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,

p. 10 solos posuisse alteros duos. Valerius quidem nullius pretii auctor est, qui quum Periclem remissum ab inferis, quod factum est in Eupolidis *Δήμοις*, apud Aristophanem dixisse narrat *non oportere in urbe nutriri leonem, sin autem sit alitus, obsequi ei convenire*, ne satis certum quidem pro omissione primi versus testimonium praebet, quia, si tantummodo sententiam reddere volebat, non opus erat ut catulum leonis nominaret. Quid vero Plutarchus? Is ubi insanam mollitiem et luxuriam Alcibiadis descripsit, ita pergit: *ἅπερ ὁρῶντες οἱ μὲν ἔνδοξοι μετὰ τοῦ βδελύττεσθαι καὶ δυςχεραίνειν ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα, τοῦ δὲ δήμου τὸ πάθος τὸ πρὸς αὐτὸν οὐ κακῶς ἐξηγούμενος ὁ Ἀριστοφάνης ταῦτ' εἴρηκε· ποθεῖ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεται δ' ἔχειν; ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ ὑπονοίᾳ πιέζων, μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν, ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.* Quid de his statuemus? Num omisisse Plutarchum illud *οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν*, quia de Alcibiade non ut alumno Periclis loqueretur, an ne scriptum quidem apud Aristophanem eum versum invenisse, an omnes tres versus, sicut etiam in Anthologia Palatina X. 110. et duobus locis apud Suidam coniuncti leguntur posuisse, sed primum eorum a scriba oculis ad alterum *τρέφειν* aberrante esse neglectum, an denique haec *μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν* non Aristophanis, sed ipsius Plutarchi verba esse, sententiam primi versus his verbis complexi? Nam quis non assentiatur Brunckio, qui medium versum ut ineptum eiecit, falsus ille quidem memoria, quum a Plutarcho eum omissum dixit, quapropter visus est pariter errasse, quum se in tribus codicibus nullam eius vestigium

invenisse affirmavit. At nescio an id tamen verum sit, quando I. Bekkerus, qui legi istum versum in codd. Ravennate et Mutinensi adnotavit, tacens de optimo cod. Veneto, in hoc libro deesse eum videtur significare. Credat quis fortasse defendi illum versum posse, si Baccho inepte ut solet interloquenti tribuatur: verum ita non tam Bacchus, quam ipse Aristophanes se stultum omnisque iudicii expertem praebuisset. Nam quum quaesivisset Bacchus, quid de Alcibiade sentiret Aeschylus, non modo importune interpellaret quam audire volebat Aeschyli sententiam, sed etiam arguta illa leonis et catuli leonini distinctio, qua gravissima Aeschyli sententia interrumpitur, tam nihil acuminis, nihil salis, nihil leporis, omnino nihil utilitatis habet, ut non illustret, non p. 11
roboret, non augeat vim dicti Aeschylei, sed turbet, debilitet, frangat. Quin ipsa verba qui consideret, *μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ἐν πόλει τρέφειν*, numquid aliud quam scholiastae se legere verba putabit, ex cuius ea enarratione fuerint scribae alicuius inscitia cum poetae verbis coniuncta? Hunc igitur versum recte a Brunckio eiectum omissumque a Bekkero fateri debebimus. Ac sunt etiam alia in ista Aristophanis comoedia ab interpolatoribus adiecta, quo in numero nescio an sit etiam versus editionis Brunckianae 1429. nam versus 1437—1441. 1452. 1453. aperte suppositicii sunt. Iam vero si iste, de quo dictum est versus non est Aristophanis, consequitur ut non sit Aeschylus de Astyanacte locutus. Itaque multa quidem multoque plura quam opus erat disputata sunt, sed si quis quaerat quid effectum sit ut aliqua *Ἰλίου πέρσις* in lucem prodiret, confitendum erit effectum esse nihil, quaerique etiamnum aliquod eius tragoediae certum vestigium.

Igitur alio modo rem aggreditur Welckerus in Suppl. Mus. Rhen. II. 1. p. 39 seqq. Ibi pro certo exploratoque sumit scripsisse Aeschylum *Ἰλίου πέρσιν*. At ex eo quod nec demonstratum nec concessum est nulla promi argumenta possunt. Verumtamen putat me concessurum: quod sic se assecuturum sperat. Quamdiu nulla nota sit Aeschyli, multae autem Sophoclis et Euripidis tragoediae, quae non trilogice, sed *κατὰ μέρος* compositae sint, aut acquiescere me debere in illa opinione, fecisse Aeschylum *Ἰλίου πέρσιν ὅλην*, aut refutare eum rationibus non sophistarum exemplo captiosis,

sed rei convenientibus. Nam quum concesserim versum de Astyanacte dictum, plus inde sequi quam putaverim. Hic quidem nescio an ipse vir doctissimus se sophistam praebuerit, captiosaque ratiocinatione me circumvenire studuerit, quum ambiguis verbis dicit concessisse me dictum de Astyanacte versum. Non enim dictum esse concesseram, sed potuisse dici. Pergit, quum nulla nota fuerit Aeschyli de excidio Troiae tragoedia, primum ex isto versu apparere tractatum ab Aeschylo hoc argumentum esse; quumque totum componere me ipso concedente sciverit Aeschylus, non esse me negaturum, verisimile esse ut ista *πέρσις Ἰλίου ὅλη* Aeschyli sit. Haec scripsit p. 41. Ad ea respondi in diurnis Darmstadiensibus a. 1839. p. 638. dixique me nec quid *κατὰ μέρος* significare vellet, nec quid totum componere
p. 12 diceret intelligere. Contra quae disputans in Suppl. Mus. Rhen. II. 3. p. 1520. callide rem ita videtur convertere, ut mea se interpretatione istorum verborum usum esse subindicaret. At apertissimum est, si Aristoteles dixit *ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος*, hos eum dicere, qui totum excidium Ilii complexi sint, et non singulas eius partes singulis tragoediis descripserint. Sic et ego haec intellexi, et quis tandem aliter intelligat? Quomodo ergo trilogice, h. e. credo in trilogiis, et *κατὰ μέρος* inter se opponi possunt, quum qui argumentum aliquod in trilogiam distribuit, eo ipso id faciat, quod est tractare *κατὰ μέρος*? Vere ergo me dixisse puto, aliud ei *κατὰ μέρος* esse videri quam ceteris interpretibus omnibus. Porro quomodo consequitur, si totum quid componere scivit Aeschylus, eum *πέρσιν Ἰλίου ὅλην* scripsisse? Immo, nisi ego omni sensu iudicioque destitutus sum, sequitur contrarium, sapientissimum poetam non elegisse sibi argumentum quod maius esset multoque pluribus ex partibus compositum, quam ut una posset tragoedia absolvi, ideoque non scripsisse *Ἰλίου πέρσιν ὅλην*, sed, si scribenda fuisset *Ἰλίου πέρσις*, scripturum fuisse *κατὰ μέρος*. Planum esse arbitror, ne hac quidem via ad *Ἰλίου πέρσιν* perventum esse, etsi rursus in auxilium vocatum erat reiectum antea Aristotelis testimonium.

At quasi extremo denique impetu perrupturus p. 1517. Welckerus versum illum, in quo tota eius caussa vertitur, necessario de Astyanacte dictum contendit. Necessitati qui-

dem resisti non poterit. Sed in quanam re cernitur ista necessitas? In eo, inquit, quod versus ille non solum cum Arctini et Euripidis Troadum versu congruit, sed etiam nullus in fabulis Troicis homo invenitur, in quem expetat: nam si quis Paridem significari censeat, Priamus fera belua vocaretur, qui tamen minime talis fuit, Paris autem non propter originem suam, sed propter indolem periculosus est. Iuvabit haec singula considerare. Primo, ut concedamus, quod non concedimus, neminem esse in fabulis Troianis praeter Astyanactem, in quem quadret iste versus, quid cogit ut de rebus Troianis cogitemus? Apertum est sumere hoc Welckerum sine caussa, ut habeat a quo proficiscatur. Nam quis ostendet neque ante bellum Troianum nec postea ullum vixisse leonis instar metuendum adolescentem? Deinde versum illum, qui a multis scriptoribus ut proverbium affertur,

νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας παῖδας καταλείπει, p. 18

quis dixit Arctini esse? C. G. Muellerus in eo libro, quem de cyclo epico scripsit p. 98. Nam veterum scriptorum, qui solus poetam nominat Clemens Alexandrinus Strom. VI. p. 747. Stasino eum tribuit. Muelleri coniecturam ut non dubiam arripuit Welckerus, quia ne in Cypriis quidem carminibus, quantum ex Procli relatione existimare licet, locus fuisse versui illi videatur. Nolo his adversari, quamquam de proverbio, cui usurpando plurima ubique atque omni tempore opportunitas fuit, non ausim Clementem erroris arguere. Exempla ipse Welckerus p. 1218. attulit, quibus addere poterat Eurysthei verba in Heraclidis v. 1005.

οὐκοῦν σύ γ' ἂν λαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας
ἐχθροῦ λέοντος δυςμενῆ βλαστήματα
ἤλαυνες ἂν κακοῖσιν, ἀλλὰ σωφρόνως
εἴασας οἰκεῖν Ἄργος.

Sed esto: sit ille versus Arctini; sit de Astyanacte dictus: unde tandem prodibit necessitas, ut, si eadem sententia usus est Aeschylus, hic quoque de Astyanacte sit locutus? Nihil aliud sequitur, quam potuisse eum de Astyanacte loqui. Atqui quae haec est ratiocinatio: quod potuit fieri, factum est necessario? Nimirum tota Welckeri disputatio fluctuat quasi inter duos scopulos, quorum semper ab altero repulsa reiicitur ad alterum: quia Aeschylus *Ἰλίου πέρσιν* scripsit, versus eius de Astyanacte dictus est: quia versus dictus est

de Astyanacte, scripsit Aeschylus *Ἰλίου πέρσιν*. At neutrum demonstratum est, nec potest demonstari. Quemadmodum autem necessitas illa, quam ostensurus erat, nulla inventa est, ita etiam concidet, quod Parim removere studet. Quod enim ait, ea interpretatione Priamum feram beluam dici, id, si alius diceret, fallere voluisse suspicarer: ipsum sincere dixisse credo, sed quum cupidius opinionem suam defenderet, non satis circumspecte. Nam si tenerum leonem significare voluit poeta, non potuit eum *λεοντιδῆ*, quod a tragico sermone alienum est, vocare, sed necessario *σκύμνον λέοντος* dicere debuit, quo non creatum leone, sed leonina indole in ipsa adolescentia praeditum indicaret. Quumque plane Aeschyli ingenio conveniat, quae adiecto altero versu efficitur gravissima sententia:

p.14 *οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,*
ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν,

quid veri similius est, quam Heleni aut Cassandrae haec verba fuisse in perdita aliqua Aeschyli tragoedia? Welckerus quidem quum in Trilogia praeterisset Philoctetam, in Supplem. Mus. Rhen. II. 1. p. 29. trilogiam composuit, in qua fuerint Lemnii, quae fabula eadem fuerit cum Philocteta, de qua re nullum exstat testimonium; Philoctetes ad Troiam, cuius non magis ullum notum est vestigium; denique *Πέρσις*, quam ex Aristotele finxit. Multo probabilius, ut ego quidem arbitror, ex illis quos posui versibus coniiciemus exstitisse tragoediam Aeschyli, in qua illi versus de Paride dicti fuerint. Quo nomine ea fabula fuerit, atque adeo quas tota trilogia fabulas habuerit quaerere, id est piscari in aere.

Sed pergit Welckerus p. 1519. repetens tamquam alterum pro sua opinione argumentum, id quod iam alio loco dixerat, si de Astyanacte dictus sit ille apud Aristophanem versus, plus sequi quam locutum de Astyanacte poetam esse: dictum enim illud alicuius ex Achivis esse; deliberatum esse ergo utrum interficeretur Astyanax necne; quumque non dubium sit quid decretum fuerit, necatum esse puerum: haec res autem quum et natura sua et consensu scriptorum in media expugnationis saevitia acciderit, consequi ut excidium Ilii tractaverit Aeschylus, sive ille Astyanactem eam tragoediam vocaverit sive *πέρσιν*, quod probabilius esse, quia pueri infantis caedes in tantis turbis vix argumentum integrae

tragoediae praebere potuerit. Haec quidem multo magis mirabilia sunt. Primo quomodo potuit tanquam alterum argumentum afferri, quod totum ex priore suspensum est? Illud vero nullum esse apparuit: ergo cadit etiam quidquid ex eo derivatur, ut tacere de his possem, nisi tantum abesset ut communiant Ἰλίου πέρσιν Aeschyli, ut eam potius evidenter refutent. Sane, si de Astyanacte dicta est illa sententia, quod tamen non est ullo modo demonstratum, loqui aliquem necesse est qui necandum esse puerum censebat. Sumit ergo Welckerus deliberasse de ea re Achivos. At vero non videtur cogitasse plane contrarium ex hac coniectura consequi quam putabat. Sic enim qui in ista tragoedia agerent Graeci essent, non Troiani; victores, non victi; secunda usi fortuna, non adversa. Difficile profecto vel summo ingenio p. 15
fuerit ex his elementis tragoediam componere. Praeterea is qui diceret

οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,

aut stultus esset, si de puero in eversa funditus atque excisa urbe educando loqueretur, aut diceret illud alicui, cui puer sorte ex captivis obtigisset, monens ne eum in Graeciam secum abduceret: cuiusmodi inter homines privatos deliberatio valde ab Aeschyli arte abhorret. Relinquitur tertia ratio, de qua statim dicam. Si aliqua Aeschyli Ἰλίου πέρσις fuit, Troiani necesse est introducti fuerint urbis suae excidium lugentes, ut ab Euripide in Troadibus factum est. Ita vero non Achivi consultantes in scena conspici potuerunt, sed aut nuntius de necando necatove Astyanacte referre debuit, aut Neoptolemus oranti Andromachae, ut filius a se ne avelleretur, atrox illud responsum dare. Atque haec sola ratio talis est, ut versus ille de Astyanacte recte apteque dici potuerit, postquam quidem esse de eo dictum aliquis demonstraverit, quod nondum est factum. Ceterum hoc quoque permirum est, quod Welckerus mortem Astyanactis, ut rem nimis parvam, vix potuisse argumentum tragoediae praebere putat. Quis enim credat materiam defuisse Aeschyli ingenio, si Andromacham non solum captivam tradi Neoptolemo, sed etiam orbatam crudelissime filio suo in scenam producere voluisset? Contra quid hoc est, quod putat excidium Troiae totum ab eo esse descriptum? Num omnes illas res, de quibus in parva Iliade expositum erat, eum in

unam tragoediam compegisse existimabimus? Haud facile credo persuaderi sibi quisquam patietur, illum poetam, qui Persas fecit, tam absurdum consilium animo concepisse. Quod si est ab eo Ἰλίου πέρσις scripta, quod apparet nullo prorsus argumento esse ostensum, non debebit dubitari, quin ea tragoedia similiter ut Persae luctum de urbis excidio continuerit.

Iam postremum redeo ad Aristotelem, ut hanc disceptationem ad finem perducam. Remotis quae ex lectorum adnotationibus illata sunt nominibus tragoediarum haec verba habemus: *ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται.* Euripidem excidium Troiae *κατὰ μέρος* tractasse constat: itaque quae de hoc tradit
p. 16 scriptor recte se habent. De Aeschylo res non est explorata, sed ex ipsis demum his verbis coniicitur. Quo igitur referuntur haec *καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος*? Num ad *ὥσπερ Εὐριπίδης*? Hoc quidem absurdum est. Nam si Aeschylus non ut Euripides in aliquot tragoedias excidium Ilii distribuit, sed una fabula totum complexus est, fuit et ipse in iis, quorum tragoediae eo nomine vituperantur. Cur ergo nominatur? Nemo tam inepte scripsisse Aristotelem credet: qui si nominare Aeschylum voluisset, sic scripsisset: *ὅσοι ὥσπερ Αἰσχύλος πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν.* Num igitur ad *κατὰ μέρος* referenda sunt ista verba, ut hoc dicat: qui non per partes ut Euripides, neque eo modo, quo Aeschylus totum urbis excidium perscripserunt? Hoc praeberet quidem bonam et Aeschylo honorificam sententiam, qui quod alii perperam fecissent, recte facere sciverit: at non est Graece dictum: debebat enim *μηδὲ ὥσπερ Αἰσχύλος*. Ergo ne haec quidem interpretatio admitti potest: ex quo consequitur verba corrupta esse. Ac videtur alterum *καὶ μή*, ex quo in vulgatis libris *καὶ Μήδειαν* factum est, ex priori *καὶ μὴ* per scribae negligentiam esse iteratum; quodque sequitur *ὥσπερ Αἰσχύλος*, quum pari oscitantia vel in eodem codice pro *ὥσπερ Εὐριπίδης* scriptum, vel repertum in alio libro esset, reliquis esse adiectum, ita ut haec verba *καὶ μὴ ὥσπερ Αἰσχύλος* plane delenda sint. Atque hoc quidem ego verum esse arbitror, quia sic ea dicere Aristotelem patet, quae vera esse dubitari non potest.

Perventum igitur eo est, ut prorsus nihil esse appareat, quo Ἰλίου πέρσιν ab Aeschylo scriptam esse evincatur. Itaque etiam ab Athenaeo scholiastaque Hermogenis arcenda est emendatio, quae istud fabulae nomen restitutum eat. Sed quae ab his scriptoribus ut ex Persis Aeschyli afferuntur, quum potuisse in Persis scripta esse dixissem, locosque ostendissem, in quibus potuissent posita esse, non solum irridere ea placuit Welckero, sed etiam refutare. Non defendam ego quae certo demonstrari nequeunt, quum praesertim quod apud Athenaeum III. p. 86. B. scriptum est *Αἰσχύλος δ' ἐν Πέρσαις τίς ἀνήρει τοὺς* (nam *τὰς* in aliis libris correctio videtur) *νήσους νηριτοτρόφους εἴρηκεν*, fortasse alia etiam Aeschyli verba in isto *τίς ἀνήρει τοὺς* contineat; sed vellem non talia mihi obiecta esse, quale est *περί*, quod non circa Psyttaleam, sed in Psyttalea multi Persae perierint, omninoque quod de insulis deque anaritis est prolatum. Neglexit prae pugnandi cupiditate vir doctissimus, quod p. 17
praeter Psyttaleam etiam aliam insulam ipse Aeschylus memorat; neglexit quod ea commemoratione etiam *περὶ* defenditur: nam v. 309. scriptum legimus:

οἵδ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα
νικώμενοι 'κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα.

Recte tamen vituperavit hoc, quod *πού* posueram. Haec enim vocula sane languet. Puto autem id potius reprehendendum fuisse, quod non eo loco qui haud paullo probabilius indicium omissionis habet excidisse videri illa verba dixerim. Est is in proxime antecedentibus verbis, in quibus non solum ad sententiam aliquid desiderari videtur, sed etiam versus exspectatur paroemiacus. Multo illa aptius sic procederent v. 916.

λέλυται γὰρ ἐμῶν γυίων ῥώμη
τήνδ' ἡλικίαν ἐςιδόντ' ἀστῶν,
τὰς ἀμφιρύτους ἢ περὶ νήσους
νηριτοτρόφους ἀπόλωλεν.

Quod autem ad *ὑπόξυλος* attinet, quoniam *ὑπόξυλαν γόον* ferendum negat, alium locum indicabo, ubi quum aliquot versus exciderint, non poterit negari ipsam rem quae ibi describitur oportunissimam ei vocabulo esse. Nam ante v. 780.

ἕκτος δὲ Μάραφις, ἕβδομος δ' Ἀρταφρένης

iam alii viderunt deesse ea, quae de coniuratione contra magos dicta erant, in quibus nomina posita fuerunt quinque priorum de coniuratis, qui falsum Smerdin, hominem verissime ὑπόξυλον, obtruncarunt.

DE PROMETHEO AESCHYLEO.*)

p. 3 Aetas nostra, postquam et philosophos et theologos ad avia progressos vidit, fluctuantibus animis ita in diversum trahitur, ut alii omni religione animos exsolvere conentur, alii autem, sive illi ex animo, sive consultius rati, omnia ad religionem referant. In his etiam philologi quidam, similiter ut olim patres ecclesiae, apud veteres Graecorum poetas praesensionem quamdam sibi videntur Christianae religionis invenire. Nimirum veritas, cuius fons est in ratione, non fuit alia ante Christum quam nunc est: religio autem, quae quidem divina sit, non potest non consentire cum veritate. Quod si veteres illi de quibusdam rebus ita ut Christiani senserunt, senserunt illi quidem vera, sed non praesenserunt doctrinam Christianam. Quae qui permiscent non mirum est si denique adducuntur, ut paene Christianos sibi fingant eos qui multis ante Christum saeculis fuerunt. Id factum est nuper ab iis qui de fabula Promethei scripserunt. Ex quibus C. L. Schoemannus, vir eximiae eruditionis elegantissimique iudicii, quum in Aeschyli tragoedia Prometheum admirabilem esse invicti animi altitudine, Iovem autem non modo immemorem accepti beneficii, sed etiam saevum atque crudelem videret, molestissime tulit hos mores, quod neque religionis tanta perversitas esse potuerit, ut summus deorum improbus esse crederetur, neque Aeschyli, quem poesis sua reverentissimum dei ostenderet, temeritas tanta, ut religionem populi ludibrio haberet. Itaque ut pium poetam ab impietatis criminatione vindicaret, non solum de tragoedia

*) Edita est a. 1845.

illa accuratissime admirabilique cum apparatu doctrinae disseruit, sed etiam ipse composuit Prometheum solutum, non quo quasi restituere conaretur tragoediam, quam Aeschylus isto titulo cum Prometheo vincto coniunxisset, sed ut ostenderet, qua ille ratione conciliare inter se ea quibus pugnare secum visus esset potuerit. Sciebat autem, dixitque, dissensuros ab se esse et eos, qui veteres Graecos ut adversantes praeceptis Christianis contemnendos censerent, et illos, qui suis quibusdam opinionibus constricti aurem praebere nollent verioribus. Sunt hi sane vituperandi, si opiniones eorum falsae sunt: quid autem, si verae? nam non magis liberum p. 4 iudicium est animi novis placitis capti, quam tenentis ac defendentis vetera. Atque exstitit iudex nullius partis studiosus Iulius Caesar, qui in Diurnis antiquariis huius anni fasciculo IV. tam circumspecte considerateque adversus Schoemanni sententiam disputavit, ei ut ego quidem omnino assentiendum existimem. Sed quoniam illum summatim ista disserentem quaedam consulto praeterisse video, non inutile fuerit caussam illam denuo paucis cognoscere, ne immeritam laudem Aeschylo tribuentes eripiamus laudem meritam. Patet autem duo huius disputationis capita esse, unum, quo quaeratur rectene iudicatum sit de iis quae offensioni esse in Aeschyli tragoedia visa sint; alterum, quo consideretur, an soluti Promethei tale potuerit quale propositum est argumentum esse.

Ac verum quidem est quod p. 13. dicit Schoemannus, non debere tragoediam pugnare cum religione populari, nec quae sancta et venerabilia sint privare illa sanctitate atque in contemptum adducere: sed quod statim addit, non magis licere poetae tragico Iovem ut odio dignum tyrannum fingere quam statuario in templo signum Iovis forma satyri aut vultu malevoli daemonis ponere, nec recte et cupidius iudicatum videtur. Non enim comparari inter se ista possunt, quia nec ridiculi quidquam in Aeschylei Iovis persona, ut in satyro, nec tetri, ut in malevolo daemone, invenitur. Quod autem p. 14. ait, quidquid defendendo Aeschylo afferatur, non posse magnae temeritatis culpam ab eo averti, si in summo deorum exemplum proposuisset morum pravitatis, id documento est aliter eum de animo Iovis quam Aeschylum sentire, qui non putavit se aliquid de maiestate Iovis detrahere. Componere

igitur hanc repugnantiam studet Schoemannus ita, ut videri
quidem pravos esse Iovis mores, sed non esse doceat: at ne
videri quidem pravos voluisse censendus est Aeschylus: non
tulissent enim aequo animo spectatores, nescientes in ea
demum quae secutura esset tragoedia Iovem qualis re vera
esset apparíturum. Ex quo apertum est Schoemannum ho-
diernas aut Christianas de bonitate et pravitate morum opi-
niones Aeschylo supposuisse. Quid vero eum adduxit ut id
faceret? Potissime, ut videtur, nomen Iovis, cuius non dis-
tinxit duplicem usum. Significat enim nomen illud nunc
unum ex diis, qui supremus habetur, nunc omnino divinam
naturam, ut in Agamemnonis et Supplicum versibus, a quibus
p. 21. profectus videtur Schoemannus. Ipsa id verba docent,
Ζεὺς ὅςτις πότ' ἐστίν. Illis in versibus Aeschylus, ut omnes
antiqui, quum universe de deo loquuntur, summa id reve-
p. 5 rentia facit, aeque ut Christiani perfectissimum et sanctissi-
mum omnisque labis expers numen venerans. Valde ab eo
deo diversus est is Iuppiter, quem unius ex diis personam
sustinentem potentia quidem praevalidum, cetera autem
homini similem iisdem quibus humanam naturam affectioni-
bus animi obnoxium cogitabant. Hos non distinguens Schoe-
mannus fieri non potuit quin pugnare secum Aeschylum
crederet, qui quem alibi ut sapientissimum et iustissimum
gubernatorem mundi praedicaret, in Prometheo ingratum,
iniustum, saevum, crudelem fecisset. Itaque deum, qualem
Christiani colimus, Aeschyli animo obversatum ratus, neces-
sario in eam incidere opinionem debuit, ut ista, quae in Iove
vituperanda putaret, re vera non vitia, sed furto Promethei
provocatam iustam dei iram esse statueret, idque ostensum
esse crederet ea tragoedia quae soluti Promethei nomen
gerens illam quam integram habemus sequebatur. Eo factum
est autem, ut etiam in Prometheum iniquus esset, quem
pariter nostri aevi sensus Christianamque disciplinam ad-
hibens eo vituperat, quod quas artes hominibus impertiverit,
eae omnes non ad morum probitatem atque animi virtutem,
sed ad vitae necessitates et commoditates spectent, ita ut
homines ad solum utilitatis studium informaverit, eoque non
de bonitate vitae cogitantes pellexerit ad vitium: in quo est
p. 54. usque eo progressus, ut Prometheum vel diabolo
aequipararet.

Τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;

Aliter, non aequius tamen, falsa ratiocinatione Reisigii adductus, iudicavit Franciscus Ritterus, qui quum in vol. CIX. Annalium Vindobonensium suam de Schoemanni libro sententiam diceret, vanum meritorum suorum iactatorem esse putavit Prometheum.

Consideremus et Iovem et Prometheum non quales hodiernus quis theologus aut philosophus fingat, sed quales Aeschylus et ab antiquioribus poetis acceperat, et popularium suorum opinione ferri sciebat. Iuppiter ei ille est quem modo diximus, similis homini, ut omnes dii, in quibus tantum pars quaedam divinae naturae inest. Igitur quum Titanes inter se deliberarent utrum Saturnum an Iovem regnare oporteret, Prometheus effecit ut ereptum Saturno regnum traderetur Iovi: quo ille potitus, Titanibus in tartarum detrusis, munia singulis diis sua assignavit. Ei, quum deletis hominibus aliud novum genus creare vellet, Prometheus miseritus hominum obstitit, subductumque clam ignem cum mortalibus communicavit, quo compotitos artes docuit, quibus ab agresti feritate ad commodae et iucundae vitae cultum veherentur.
Quapropter iratus Iuppiter eum in Scythiae deserto rupi p. 6
affigi iussit. Quid in his est, quod aut morum pravitatem Iovis arguat, aut probitatem suspectam reddat Promethei? Ingratus, inquit, Iuppiter est erga Prometheum, per quem est regnum adeptus. Prometheo ita videri non est mirum. Num vero, si regnat per Prometheum Iuppiter, propterea ferat adversantem regnanti, nec puniat propter ignem clam surreptum datumque hominibus? Dominator mundi est Iuppiter, pro arbitrio suo cuncta regens, *παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων*, asper novitate imperii, *ἄπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ*, eoque inexorabilis, *ἀκίχητα γὰρ ἤθεα καὶ κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει;* ceterum nec facto maior nec futurorum omnium gnarus. Similia legimus in Eumenidibus v. 620.

τὰ δ' ἄλλ' ἄνω τε καὶ κάτω
στρέφων τίθησιν οὐδέν, ἀσμένῳ μένει.

Eiusmodi ingenium durum quidem est et violentum, sed nihil habet ignaviae, nihil quod indignum aut indecorum sit regi deorum. Severus est: severitas autem etsi non amatur, tamen per se ne odii quidem caussas habet. Cui traditum est rerum omnium arbitrium, iure suo postulat ut sibi

obediatur; iure suo etiam non obedientem punit: quod si Prometheo crudelissimas imponere poenas videbitur, non obliviscendum est immortales esse et qui punit et qui punitur, ut poenis quoque non potuerit Prometheus qualibus inter mortales affici. Talis igitur quum sit Iuppiter, quid in eo est quod indignum tragoedia sit?

Quid vero Prometheus? Misericordia motus clam raptum ignem impertivit hominibus, artiumque scientia instructos omnibus vitae commoditatibus beavit. Quid iis traderet amplius? Morum virtutisque praecepta, inquit. Id vero si fecisset, mirati essent spectatores supervacanea et quae nemo exspectasset proferentem. Exemplis homines antiqui et monitis pro re ac tempore iactis ad virtutem instituebantur, non praecepta morum in doctrinae formam redacta ediscebant, aut si quid huiusmodi, id poetarum carminibus expositum memoriae mandabant. Ita domi doctus scire unusquisque putabatur quid fas et nefas, quid iustum et iniustum, quid aequum et iniquum, quid honestum et turpe, decorum et indecorum, bonum et malum esset, et recte quidem: est enim huius scientiae fons ratio, quae non aliunde accipitur, sed una cum homine nascitur, ut sine ea ne cogitari quidem homo possit. Non igitur diaboli instar Prometheus est, neque artibus quas tradidit hominibus ad pravitatem eos voluit pellicere, sed viam monstrare bene beateque vivendi, usum
p. 7 illarum artium arbitrio cuiusque relinquens, quod denique illi quoque facere coguntur, qui vel maxime praeceptis inculcare virtutem student. Quin tantum abest ut impius dici possit qui ritus sacrorum quibus dii placarentur praeivit mortalibus, ut eos ea ipsa re de pietate erga deos admonuerit apertissime. At hoc quoque in Schoemanni Prometheo soluto v. 647. sqq. eo deflecti videmus, ut sacra quae Prometheus facere docuerit non pietatis et reverentiae testificationes, sed animorum in malis desperantium ultimum perfugium fuerint. Absit vero ut calumniis bonam caussam in malam vertamus et, quoniam Christiani sumus, diabolicam mentem tribuamus magnanimo adiutori generis humani, qui atrocissimas misericordiae poenas luens non frangi se patitur cruciatibus, sed indignabundus saevitiam accusat eius, a quo tantis est suppliciis affectus.

Veniat nunc in contemplationem Io, quam Aeschylus

introduxit, quia et liberator Promethei Hercules ex eius posteris exstiturus esset, et alio exemplo saevitiam Iovis volebat declarare. Eam ab Iove amatam, ab Iunone autem in vaccam mutatam oculatoque custodi Argo traditam, quumque is interemptus esset, oestro percitam orbem terrarum peragrasse, donec in Aegypto gravida ab love facta humanam formam recuperasset, veteres fabulae memoraverant. His quoque rebus Schoemannus substituit quae antiquo poetae certo non in mentem venerunt. Nam quod fingit, Iovem, quem perfectissimum et sanctissimum Deum esse statuit, ut humanum genus ad similitudinem cum diis extolleret, ex mortalibus feminis filios in quibus humana natura cum divina coniuncta esset voluisse procreare, id neque auctore ullo testatum est, nec re comprobatum, sed si quis homo alios virtute multum antecelleret, is videbatur ab deo originem ducere, ut Tantalidae illi,

οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγύς, οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,
κοὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

Affert quidem et Hesiodi in Scuto v. 29. et Diodori Siculi IV. 9. testimonia, qui Iovem non tam libidinis explendae caussa, quam ut Herculem procrearet, cum Alcmena congressum dixerint. Sane: et Diodorus quidem quod ex antiquissimis poetis refert, *καθόλου τὴν ὁμιλίαν ταύτην οὐκ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας ἕνεκα ποιήσασθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖον τῆς παιδοποιΐας χάριν,* aperte id ipsum est, quod ei Hesiodus suppeditaverat:

πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε p. 8
ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσίν, ὄφρα θεοῖσιν
ἀνδράσι τ' ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι.
ὦρτο δ' ἀπ' Οὐλύμποιο δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
ἱμείρων φιλότητος εὐζώνοιο γυναικός,
ἐννύχιος.

At numquid hic de genere humano ad deos evehendo, et non de gignendo deorum atque hominum propugnatore dictum est? Sed videamus qua via Schoemannus ad istam interpretationem pervenerit. Alcmena ei videtur volens sui copiam fecisse Iovi, Io autem, quod reluctata eius amori fuerit, poenas dedisse longis per orbem terrarum erroribus. Haec

si in mente habuisset Aeschylus, certe id aliquo modo indicatum videremus. At non ab Iove punita est Io, qui eam amare non desiit, sed per Iunonis iram in ista mala incidit. Narrat enim se somnia, quae suaderent ut Iovis cupiditati satisfaceret, patri aperuisse, cui oracula consulenti responsum sit, ni filiam domo et patria expelleret, universum genus suum perditum iri; itaque expulsae terras pervagandi necessitatem per iram Iunonis esse impositam. In his nihil invenio, quod Schoemanni interpretationem tueatur. Nam in Epapho, quem Io ex Iove peperit, nihil profecto est, quod hominem diis similiorem prodat quam quivis alius homo est; qui autem multis post generationibus ex Epaphi posteris natus est Hercules, eius matrem, maritum suum Amphitruonem se amplecti ratam, captiosa fallacia Schoemannus volentem cum Iove concubuisse finxit. Virginem Alcmenam ex Iove concepisse solus prodidit, nescio quo casu, Ernestus de Lasaulx in eleganti de Prometheo dissertatione p. 6. Iam ergo non magis Alcmena quod Iovem admiserit laudari poterit, quam Io quod casta manere maluerit vituperari, totumque illud Iovi tributum consilium per filios ex mortalibus feminis genus humanum ad deorum similitudinem adducendi in sola unius Herculis creatione consumitur. Ergo suppositum est Aeschylo, de quo ille non cogitavit, et, si cogitasset, operam perdidisset non intellectus.

Perventum est ad alterum disputationis nostrae caput. Quaerendum est enim potueritne tali modo solvi e vinculis Prometheus, qualem Schoemannus composuit. Sumpserat Iovem non posse ingratum, iniustum, crudelem esse; eapropter in proxima tragoedia curandum fuisse ut iure se punitum confesso Prometheo ignosceretur, liberatusque vinculis in gratiam cum Iove rediret. Nam conciliationem gratiae debere
p. 9 et plenam et veram esse, hoc est talem, quae ex agnitione veritatis et iustitiae prodeat, removeatque ipsam caussam, ex qua inimicitia fuerit exorta. Etenim si Iuppiter iram ponat ut malum quod ei fata minentur effugiat, finem quidem fieri rixae, non effici autem integrationem amicitiae, esseque in tali exitu indignam summo deorum ignaviam et ne Prometheo quidem decoram caussam liberationis. Acute sane haec disputata sunt: at enim quum suspensa sint ex commenticia illa perfectissima sanctitate Iovis, temeritate autem et perver-

sitate Promethei, nec per se poterunt pro veris haberi, multo minus autem, si mores et ingenium quum aevi quo vixit Aeschylus, tum ipsius Aeschyli respicimus. Quem enim Schoemannus ingeniosissime sane et elegantissime composuit Prometheum solutum, is conciliat quidem planissime concordiam atque amicitiam inter Iovem et Prometheum, verum neque tragoedia est, quia metu et miseratione caret, neque antiquitatis colorem habet, quia tota fabula ad hodiernae est disciplinae mores conformata. Omnes enim quae in ea prodeunt personae, Titanes, Tellus, Hercules, Themis, non spirant solum illam communis caritatis plenam virtutem, quam Christiana doctrina praecipit, sed etiam sermonibus suis cohortantur ad eam sic ut Christiani oratores in ecclesiis. Id vero Aeschylum nec fecisse nec facere potuisse certissimum esse arbitror. Quantum differant discreta temporibus non videtur illustriore exemplo posse ostendi, quam comparatione Herculis et Christi. Uterque summi dei ex mortali femina filius, uterque salutifera vita inter diros cruciatus finita in coelum receptus, in utroque omnibus numeris absolutae virtutis exemplum propositum hominibus, in altero strenuitatis et severitatis in exercenda iustitia, in altero aequanimitatis et lenitatis in ferenda ignoscendaque iniuria; in altero fortitudinis et constantiae in arcendis propulsandisque malis, in altero diligentiae et perseverantiae in bene faciendo; in utroque infatigabilis pro hominibus labor, sed alterius in agendo, alterius in patiendo magis conspicuus. Quod si quis forte sit, qui Herculem de sola sibi clava et pelle leonina cognitum nefas putet cum Christo comparari, audiat quae quinto abhinc saeculo homo Christianus, Ioannes Diaconus, Hesiodi in Theogonia de Prometheo narrationem interpretans scripsit p. 477. (581) commemorata etiam Schoemanno p. 139. *οὐκ ἄτοπον δὲ εἴ τις ὀρθῶς ἐθέλει νοεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ ἐς τὴν ἡμετέραν αὐλὴν παρεισάξαι τὸν μῦθον, καὶ ἐπὶ τοῦ προπάτορος ἐκλαβέσθαι τὸ νόημα εὐσεβῶς, ὡς ἠπάτησε μὲν τὸν δημιουργὸν ὁ πρωτόπλαστος, τὴν ἐντολὴν παραβάς, ἐξόριστος δὲ γέγονεν ἔκτοτε τῆς Ἐδὲμ καὶ τοὺς δερματίνους ἀμφιέννυται χιτῶνας τὴν παχυτέραν ταύτην* p. 10
σάρκα, καὶ τὴν ἐπίπονον διαγωγὴν κληροῦται καὶ τὴν ἐς τὸ κλαυθμῶνος πέδον κατάκρισιν καὶ τὴν ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου βρῶσιν τοῦ ἄρτου καὶ τὰς παλαμναίας ἀρὰς καὶ τὸ δὴ τελευ-

ταῖον ἐπιτίμιον τὸν θάνατον, ἕως οὗ Ἡρακλῆς ἐλθὼν ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς τῶν δεσμῶν ἠλευθέρωσεν.

Apparere puto quid intersit inter Christiana praecepta et eos sensus quibus antiqui illi ducebantur. Christiana enim doctrina tota ad diviniorem humanae naturae partem, quae est in ratione, pertinet: itaque reiectis cupiditatibus tantum quid per interpretem divinae mentis deo probetur quaerit. In antiquorum autem illorum virtute, quos quidam contemptim paganos vocant, illi quoque parti, qua ceteris animantibus similes sumus, ius suum est concessum: quare fluctuat cupiditatibus et modo huc modo illuc impellitur, ut, si vincat melior pars, tamen non pudeat alteri quoque aliquid indulsisse, fortesque illae animae non prae se ferre amorem omnium, sed amare amicum, inimicum odisse laudi sibi ducant. Plus satis, credo, pii sumus, si mittimus qui feras gentes in ultimis terrarum oris doctrina Christiana imbuant: quod etsi nullo iure facimus, (ipsi enim num ferremus, si ab Indis Brachmanae venirent suas nobis religiones obtrusuri?) tamen probabilem caussam praeteximus, si sine fraude et benevola mente fit, quia viventibus ea cura adhibetur et quos spes sit ad humaniores cultus adductum iri: at etiamne mortuos, et mortuos quidem aliquot ante Christum saeculis magnos paganos, quorum ingenia cum summa admiratione suspicimus, in sepulcris suis vexare, evocatosque inermes eorum manes violento baptismate Christianos facere oportet? Omittamus potius quod serum est, sequamurque exemplum T. Livii, qui sibi antiquas res tractanti animum fieri antiquum scripsit.

Iam si quaerimus Aeschylus quodnam soluto Prometheo argumentum fecerit, reliquiae illius fabulae haec pauca subministrant: venisse longo itinere Titanes in Caucasum ad visendum Prometheum; coram his illum cruciatus suos conquerentem exposuisse quae homines ab se beneficia acceperint; dein Herculi ad aurea Hesperidum mala misso iter descripsisse; Herculem invocato Apolline sagitta transfixisse exedentem iecur Promethei aquilam; soluto vinculis Promethei iniunctum esse ut signum gestaret commeritae poenae. In his nihil de eo invenitur, quod maxime scire vellemus, quo modo factum sit, ut aut Prometheus animi obstinationem deponeret aut Iuppiter ad mitiorem sententiam ad-

duceretur. Certe quae Hyginus in Poet. Astron. II. 15. p. 456. refert, non sunt ex Aeschyli fabula petita. Ea haec sunt: *quum Iuppiter Thetidis connubium pulcritudine corporis inductus peteret neque a timida virgine impetraret, neque ea* p. 11
re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur cecinisse fata quae perfici natura voluit rerum: dixerunt enim quicumque Thetidi fuisset maritus, eius filium patria fore laude clariorem: quod Prometheus non voluntate, sed necessitudine vigilans auditum Iovi nuntiavit: qui veritus ne id quod ipse Saturno patri fecisset in simili caussa pati regno privatus cogeretur, destitit Thetin velle ducere uxorem, et Prometheo pro beneficio meritam rettulit gratiam, eumque vinculis liberavit: neque id quod fuerat iuratus remisit, vacuum omni alligatione futurum, sed memoriae caussa ex utraque re, hoc est lapide et ferro digitum vincire sibi iussit: qua consuetudine homines usi, quo satisfacere Prometheo viderentur, annulos lapide ferro concluso habere coeperunt. Repugnat enim voluntaria periculosae uxoris nominatio non solum inexorabili animo Promethei, sed etiam ipsis eius in priore fabula verbis ubi, quum quaesivisset Io nullumne Iovi effugium fatalis sortis esset, v. 752. respondet,

οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς.

Neque isto solum versu, sed saepe et gravius etiam has minas eloquitur, ut v. 167—177. 186—192. 503—517. 887—920. 969—971. Quae dubitare non sinunt quin perseveraverit in proposito, nec prius quam soluta essent vincula indicaverit quae illa esset coniux, a cuius filio exutum iri oporteret potestate sua Iovem. Quod si Promethei invictum cor sibi constitit, necessario cedere debuit Iuppiter. Atque hoc quoque illis quae dixi locis tam aperte tamque gravibus verbis significatum est, ut quin factum sit dubitari nequeat. Quae igitur tanta necessitas coegit Iovem missa superbia se feroci submittere Promethei pertinaciae? Scite provisum est ut hoc quoque coniicere possimus. Nam si Prometheus simpliciter dixisset nasciturum Iovi ex uxore filium qui eum regno expelleret, contemnere eius minas poterat Iuppiter, si nullum iniret connubium. At certae tantum coniugis filium metui ab eo voluit, ut ex his versibus, 746—748, cognoscitur:

ΠΡ. γαμεῖ γάμον τοιοῦτον, ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.
ΙΩ. θέορτον ἢ βρότειον; εἰ ῥητόν, φράσον.
ΠΡ. τί δ' ὅντιν'; οὐ γὰρ ῥητὸν αὐδᾶσθαι τάδε.

Itaque quum ille amore ardens Thetin uxorem ducere cuperet, dubius haec an alia esset quam vitare deberet, opus habebat responso Promethei. Quod quum impetrare ab illo
p. 12 non posset, nisi eum prius vinculis solvisset, curandum erat ut salva tamen maiestate se victum praeberet. Nam etsi Prometheus v. 188. dicit,

ἀλλ' ἔμπας μαλακογνώμων
ἔσται ποθ', ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ,
τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν
εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει,

et v. 887.

ἦ μὴν ἔτι Ζεύς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν,
ἔσται ταπεινός,

tamen regem deorum non decebat suppliciter demisseque orare. Ei rei duobus modis cautum erat, uno, quod Iuppiter sine dubio, ut in Prometheo vincto, non ipse, sed per Mercurium res suas gerebat: quo spectant haec verba Mercurii v. 930.

μηδέ μοι διπλᾶς
ὁδοὺς, Προμηθεῦ, προςβάλῃς·

altero, quod non gratuito liberavit Prometheum, sed dato sibi piamenti loco Chirone, qui illius solutionem immortalitatis suae iactura redimeret. Hoc quoque indicatum est a Mercurio v. 1006.

τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προςδόκα,
πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
φανῇ, θελήσῃ τ' εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅιδην κνεφαῖά τ' ἀμφὶ ταρτάρου βάθη.

Quo modo haec acta sint latet nos, nisi quod vix dubitandum videtur quin Chironi quaedam partes datae fuerint. At is saucius iacebat in antro Peliaco, ut Apollodorus refert II. 5, 4, 6. *ἀνίατον ἔχων τὸ ἕλκος εἰς τὸ σπήλαιον ἀπαλλάσσεται, κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενος καὶ μὴ δυνάμενος, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδόντος Προμηθέως τὸν ἀντ' αὐτοῦ τεθνηξόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε.* Sic postrema verba emendavit Welckerus in Trilogia p. 48. Non pugnat cum his,

quod §. 12. Hercules mortem Chironis obtulisse Iovi dicitur, siquidem id mandatu Promethei fecit: *καὶ τὸν Προμηθέα διέλυσε, δεσμὸν ἑλόμενον τὸν τῆς ἐλαίας, καὶ παρέσχε τῷ Διῒ Χείρωνα θνήσκειν ἀθάνατον ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα.* Nec puto, ut Schoemannus p. 148. mori debuisse Prometheum his verbis significari, sed mortem Chironis mercedem fuisse solutionis e vinculis. Si tentanda coniectura est, quo modo rebus illis usus videatur Aeschylus, habemus quidem, quibus ex lege ab Heerenio patefacta praeter Prometheum opus est p. 18 tribus personis, Herculem, Iovis vicarium Mercurium, Chironem, sed hunc procul a Caucaso in antro montis Pelii iacentem, ut aut transferendus in Caucasum fuisse, aut pars tragoediae in Thessalia agi debere videatur. Utrumvis ita debuit comparatum esse, ut numquam tertio interlocutore opus esset, quoniam haec trilogia duo tantum histriones habebat. Haud facile tamen credam aut unum in media tragoedia actum aut totam alteram partem tragoediae in Pelio monte agi, quia, ut alia incommoda praeteream, chorus Titanum nec transferri illuc neque commutari cum alio choro potuit: qui enim potius quam Titanes liberationem cognati sui celebrent? Quare veri similius est, ut Iuppiter Chironem immortalitatis pertaesum, quum de eo inter Prometheum et Herculem sermo fuisset, aliquo mirabili modo ad Caucasiam rupem transportandum curaverit. Ita nec loci mutatione nec temporis intercapedine opus erat ad peragendam tragoediam.

Ex his si summam colligimus, sic statuendum videtur, voluisse Aeschylum in Prometheo exemplum proponere magni animi, qui recte facti sibi conscius ne atrocissimo quidem supplicio se vinci pateretur, sed fortiter cruciatus illos perferret, donec necessitate coactus ei Iuppiter poenas remisisset, qui ne prorsus impunitam esse sineret ferocem eius et superbiae plenam pertinaciam, quam et chorus et Oceanus et Io, maxime autem Mercurius reprehenderant, hoc ei imposuerit, ut posthac conspiceretur

extenuata gerens veteris vestigia poenae,
quam quondam silici restrictus membra catena
persolvit pendens e verticibus praeruptis.

Fuit id signum annulus lapide incluso, ut supra ex Hygino relatum est, aliique scriptores Munckero ad fab. 144. memorati testantur. Esse id autem etiam in Aeschyli tragoedia

narratum fidem facit Athenaeus XV. p. 672. E. de Caribus oraculum consulentibus scribens: *θεσπίσαι τὸν Ἀπόλλωνα ποινὴν αὐτοὺς ἀποδοῦναι τῷ θεῷ δι᾽ ἑαυτῶν ἑκούσιον καὶ χωρὶς δυςχεροῦς συμφορᾶς, ἣν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἀφώρισεν ὁ Ζεὺς τῷ Προμηθεῖ χάριν τῆς κλοπῆς τοῦ πυρός, λύσας αὐτὸν ἐκ τῶν χαλεπωτάτων δεσμῶν, καὶ τίσιν ἑκούσιον ἐν ἀλυπίᾳ κειμένην δοῦναι θελήσαντος, ταύτην ἔχειν ἐπιτάξαι τὸν καθηγούμενον τῶν θεῶν. ὅθεν ἀπ᾽ ἐκείνου τὸν δεδηλωμένον στέφανον τῷ Προμηθεῖ περιγενέσθαι καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ τοῖς εὐεργετηθεῖσιν ἀνθρώποις ὑπ᾽ αὐτοῦ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς δωρεάν.* Nam Aeschylo haec tractata esse apparet ex iis quae idem
p. 14 scriptor p. 674. D. refert: *Αἰσχύλος δ᾽ ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησιν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, καίτοι ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπών,*

τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀρχαῖον στέφος,
δεσμῶν ἄριστος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Scilicet annuli imitatio est corona. Hinc Hyginus illis quae supra posuimus addit p. 457. *nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret: itaque homines in maxima laetitia victoriisque coronas habere instituerunt: id in exercitationibus et conviviis perspicere licet.* Ita debitus Prometheo honos habitus, quod et ipsum indicatum videtur his chori verbis v. 500.

ὡς ἐγὼ
εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ᾽ ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

Ac profecto Aeschylus suum ipse opus destruxisset, si fecisset magnanimum Titanem, cuius fortitudinem triginta milia annorum frangere non potuissent, postremo se turpi ignavia contemnendum praebere.

Postquam et de Prometheo vincto et de soluto dixi, non abs re videtur esse, ut etiam de ignifero pauca adiiciam. Communis opinio est, de cuius veritate non videtur dubitandum esse, trilogiam fuisse, quae omnem de Promethei rebus fabulam complexa fuerit ignifero Prometheo et vincto et soluto. Sed quum de ignifero, ex quo praeter quoddam obscurum vocabulum hic unus versus servatus est,

σιγῶν θ᾽ ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια,

nihil memoriae proditum sit, quam quod scholiastes ad vincti

v. 94, tradidit: *ἐν τῷ πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν*, vacuum campum habuerunt coniectores, quem commentis quum aliunde tum ex ea quam habemus tragoedia conquisitis implerent, neque Oceanides neque Cabiros neque Cyclopes adspernati: qui lusus quam vani sint ostendit Schoemannus p. 72. seqq. Illud quidem recte iudicarunt, non negligendum esse, si quid indicii ex vincto Prometheo peti posset, modo ne ea fere arripuissent, quae vel nullam ad probandum vim habent, vel aperte non erant adhibenda, ut Oceanidum in nuptiis Promethei cantus, cuius ne mentionem quidem facerem, nisi monendum putarem, Hesionam, quae v. 539. uxor Promethei dicitur, neque Oceani filiam Aeschylo esse: alioqui posuisset *ἐμὰν ὁμοπάτριον*; neque nomen habere a navibus: obstat enim contra legem inserta littera. Pauca habemus similiter composita nomina: *ἡσιεπής*, p. 15
de quo Etym. M. p. 669, 8. *σημαίνει δὲ τὸν εὔστοχον ἐν τῷ λέγειν, παρὰ τὸν ἥσω μέλλοντα*; *ἡσίπεπον*, apud Hesychium quod sit *εὐτραφές*; *ἡσίχειρ*, quod idem interpretatur *δαψιλής*; *Ἡσίοδος*, de quo in Etym. M. p. 438. una falsa explicatio posita est, *ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος*, altera vera, *παρὰ τὸν ἥσω μέλλοντα*. Ex his facile intelligitur *Ἡσιόνην* ab *ὄνη* dictam esse, quae usitatiore forma *ὄνησις* est. Et profecto num quod aptius dari nomen potuit vel Promethei coniugi, artium omnium repertoris, vel Atlantis, perseverantiae praemia laturi, vel filiae Laomedontis, patriae servandae caussa monstro marino expositae? Sed redeo in viam. Unum recte adhibitum est dictum Mercurii v. 944. ut ad praegressam tragoediam referendum:

τοιοῖσδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασιν
ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.

Attamen eo nihil aliud proficimus, quam ut in illa quoque tragoedia superbius et ferocius locutum esse Prometheum cognoscamus, relinquitur autem, in quo maxime haesitatum est, quo modo clam surreptus ignis argumentum praebere potuerit dignum tragoedia. Non puto difficile esse ad hanc quaestionem respondere. Mirum est enim, quod quantum sciam non est animadversum, ipsum Prometheum gravissimis verbis extulisse facinus, ad quod magna opus fuerit audacia, quodque maxime in caussa fuerit, ut rupi affixus excruciaretur, v. 228.

ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
ἀρχήν· βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
οὐκ ἔσχεν οὐδέν, ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
τὸ πᾶν, ἔχρηζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.
καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ.
ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'· ἐξερυσάμην βροτοὺς
τοῦ μὴ διαρραισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.
τῷ τοι τοιαῖςδε πημοναῖσι κάμπτομαι,
πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν·
θνητοὺς δ' ἐν οἴκτῳ προθέμενος, τούτου τυχεῖν
οὐκ ἠξιώθην αὐτός, ἀλλὰ νηλεῶς
ὧδ' ἐρρύθμισμαι Ζηνὶ δυςκλεὴς θέα.

Quod si ex his recte videor coniicere, illam de perdendo aut servando genere humano controversiam in ignifero Pro-
p. 16 metheo agitatam esse, non solum argumentum habemus convenientissimum tragoediae, sed apparet etiam omnes tres tragoedias hoc uno vinculo contineri atque ad hanc unam rem conspirare, ut virtus Promethei et de genere humano merita splendido ornentur praeconio. Hoc, si Aeschylum novi, dignum eius ingenio fuit consilium.

DE RE SCENICA IN AESCHYLI ORESTEA.*)

p. 3 Ex quo Volgangus Goethius Euripidis Iphigeniam nostri aevi ingenio accommodatam in scenam emisit, Fridericus autem Schillerus recentioris historiae argumentis imitari Graecorum tragoedias studuit, ex parte via videbatur monstrata esse quam ingrederentur qui posthac essent tragoedias scripturi. Non exstitit tamen qui rem inchoatam perficeret: quippe nec satis cognitae erant leges Graecae tragoediae, et deterrebat chori usus, quem Goethius scite effugerat choricis partibus in Iphigeniam translatis. Nuper demum ipsa Graeca

*) Edita est a. 1846. [cf. Sommerbrodtii Scaenica p. 134 sq.]

tragoedia laudabili conatu in theatrum producta, quamquam in potissimis quibusdam rebus erratum erat, tamen ita hominibus ostendit quanta vis sit antiquae simplicitatis, ut etiam qui novitate primo stupuerant tardiores et hebetiores animi, mox incredibiliter se commotos esse faterentur. Iam vero audimus etiam integram illam trilogiam, quae sola servata est, in brevius contractam theatro traditum iri: quam in patriam linguam transferre iussum Ioannem Franzium quum videam auctoritate O. Mülleri et I. Gust. Droysenii permotum adscivisse quae hi viri incredibilia commenti sunt, operae pretium duxi de re scenica in istis tragoediis pauca disserere. Accidit enim illis, ut, quum omnia quam accuratissime exornare cuperent, antiqua cum hodiernis commutarent, putarentque, quae nunc fortasse placeant, etiam Graecis ante plus quam duo annorum milia placuisse. Verum in ea re levitas et cursim peragratae antiquitatis ostentatio, non peritia et studium veritatis cernitur. Facile est fingere quae facta esse potuerint (et non haec tantum, sed etiam quae ne potuerunt quidem fieri pro veris vendita videmus): verum qui non lusus luxuriantium ingeniorum, sed res testatas aut iusta ratiocinatione inventas repraesentare volent, eos non decet proferre quae neque an fuerint sciunt, et, si quaererent, aut non fuisse, aut multo aliter comparata invenirent. Ita quis credat Furias in Eumenidibus foeda illa specie intro- p. 4 ductas esse quam pictam dedit C. Böttigerus, neque intelligat refutari istud inventum multis illis antiquae artis operibus, in quibus Furiae Orestem persequentes conspiciuntur? aut quis credat aram Delphicam in scena positam esse illis quas Euripides nominavit deorum imaginibus ornatam, quod Müllero visum est, quia deos Delphis cultos sacerdos Pythia invocet? Naturam imitabantur Graeci, eoque in omne aevum pro exemplis veri rectique erunt. Atqui naturae legem esse constat, quod paucis fieri possit, non efficere per multa, hoc est, ut aliis verbis dicam, nihil instituere quod non sit necessarium. Et quam in picturis Graecorum caelaturisque simplicitatem cernimus, in quibus quae non necessaria sunt vel plane omittuntur, vel significantur magis quibusdam notis quam contemplanda exhibentur, ita quis dubitet quin idem etiam factum sit in rebus scenicis? Immo ne coniectura quidem opus est, quum apertissimum documentum praebeat

chorus, qui prius ex duodecim, post ex quindecim hominibus constans non solum ubique fere pro multo maiore hominum multitudine est, sed etiam pro certo eoque maxime dispari numero, ut in Supplicibus Aeschyli et Danaidibus pro quinquaginta filiabus Danai totidemque earum ancillis. Hinc aestimari licet, splendidum et magnificum illum apparatum, quem isti quos dixi viri excogitarunt, relinquendum esse vana somnia simplici veritati praeferentibus, neque inferenda in theatrum, quae Athenienses, qui Aeschyli tragoedias agi viderunt, non solum stupuissent, sed etiam risissent.

In Agamemnone conspici ait Franzius, ut omittam quae Droysenio ludere placuit, regiam Argorum, cuius duarum alarum in dextra domestici habitent, in sinistra autem hospites accipiantur. Recte hoc quidem, si dextram sinistramque dicit, quae spectatoribus ad dextram sinistramque sint. Nam veteres pugnantia inter se memorant, in iisque qui sua ex diversis scriptoribus excerpsit Pollux. Apud eum IV. 125. haec leguntur: *ἐν δὲ τραγῳδίᾳ ἡ μὲν δεξιὰ θυρὰ ξενών ἐστιν, εἱρκτὴ δὲ ἡ λαιά.* Credet quis, quoniam dextra ubique potiora habentur, dextram dici quae exeunti ex regia ad dextram sit. At §. 126. ita scriptum est: *παρ' ἑκάτερα δὲ τῶν δύο θυρῶν τῶν περὶ τὴν μέσην ἄλλαι δύο εἶεν ἂν, μία ἑκατέρωθεν, πρὸς ἃς αἱ περίακτοι συμπεπήγασιν, ἡ μὲν δεξιὰ τὰ ἔξω πόλεως δηλοῦσα, ἡ δ' ἑτέρα τὰ ἐκ πόλεως, μάλιστα τὰ ἐκ λιμένος. — τῶν μέντοι παρόδων ἡ μὲν δεξιὰ ἀγρόθεν ἢ ἐκ λιμένος ἢ ἐκ πόλεως ἄγει, οἱ δὲ ἀλλαχόθεν πεζοὶ ἀφικνούμενοι κατὰ τὴν ἑτέραν εἰςίασιν.* Haec aperte diversorum scriptorum verba sunt: nam si dextra *περίακτος* quae extra urbem sunt,
p. 5 sinistra autem quae ab urbe et portu apparent ostendit, non possunt, ut alter dicit, qui ex urbe aut rure aut a portu veniunt, quae pertinent ad urbem, e dextro aditu, peregrini autem e sinistro prodire: ex quo consequitur alterum ut in proscenio, alterum ut inter spectatores stantem esse locutum: et hic quidem etiam illud recte scripsit, qui pedibus veniant, eorum esse sinistrum aditum: nam qui peregrini navi appulerunt, ex portu qui ad urbem est ea qua ipsi cives via veniunt. Cum priore illorum scriptorum consentit is qui scripsit quae in vita Aristophanis p. XIV. b. in Küsteri editione de choro dicta sunt: *καὶ εἰ μὲν ὡς ἀπὸ τῆς πόλεως ἤρχοντο ἐπὶ τὸ θέατρον, διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἁψῖδος εἰςῄει, εἰ δὲ ὡς*

ἀπὸ ἀγροῦ, διὰ τῆς δεξιᾶς: non enim repugnat illud *ἐξ ἀγροῦ*, quia chorum intelligit non ex suburbiis, sed ex remotis ab urbe locis venientem. Cum altero autem patet Photium facere, qui scripsit: *τρίτος ἀριστεροῦ· ἐν τοῖς τραγικοῖς χοροῖς τριῶν ὄντων στοίχων καὶ ζυγῶν, ὁ μὲν ἀριστερὸς στοῖχος ὁ πρὸς τῷ θεάτρῳ ἦν, ὁ δὲ δεξιὸς πρὸς τῷ προσκηνίῳ· συνέβαινεν οὖν τὰν μέσον τοῦ ἀριστεροῦ στοίχου τὴν ἐντιμοτάτην καὶ τὴν οἷον ταῦ πρωτοστάτου χώραν ἐπέχειν καὶ στάσιν.* Eadem fuit scholiastae Aristidis sententia p. 535. 536. Nimirum plerumque ex civibus urbis constabat chorus, quem consentaneum est, si quando ex peregrinis compositus erat, ut Titanum ille in Prometheo soluto, altero aditu in orchestram prodisse. Et haec quidem quae de choro tradita sunt non sinunt dubitari quin dextra et sinistra in re scenica rectius ea dicantur, quae spectatoribus ad dextram et sinistram sunt. De qua re non videtur aut Droysenio constitisse aut Franzio, qui nusquam quid dextrum sinistrumve dicant indicarunt, sed ubique viam civium et peregrinorum nominaverunt. Habemus vero etiam de ipso proscenio luculentum testimonium in principio Electrae Sophoclis, ubi paedagogus Oresti, veniunt autem Mycenas ex Phocide, haec dicit:

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος· οὑξ ἀριστερᾶς δ' ὅδε
Ἥρας ὁ κλεινὸς ναός· οἷ δ' ἱκάνομεν,
φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

Nam peregre ab sinistra venienti ad sinistram monstrari poterat templum Iunonis: quod si ab dextra venirent, ad sinistram respicientibus non templum erat ullum, sed consessus spectatorum. Recte igitur Franzius, etsi haud scio an sinistra cum dextris permutans, in sinistra regiae ala hospitalia collocavit: convenitque cum ea re quod scholiastes Aristidis dicit p. 535. de solis ille quidem choris loquens: *ἐν μὲν χοροῖς τὸ εὐώνυμον τιμιώτερον, ἐν δὲ πολέμοις τὸ δεξιόν.* p. 6
Illud vero sine ulla caussa fictum est, excubitorem in tecto illius alae, quam domestici teneant, ex strato exsurgere. Nam neque indicatum est de ea re quidquam, et parum veri simile est, illius alae potius quam ipsius regiae tectum, ex quo ut altissimo loco longissime prospectus pateret, pro specula fuisse. Nam ne quis forte turriculam fingat observando igni exstructam, quia Pollux §. 127. 129. *φρυκτώριον*

commemoret, cogitare debebit eo nomine potius pharum significari, in qua accensus ignis navibus iter monstret.

Post v. 30. adnotatum est via civium in orchestram prodire chorum et circum thymelen ambulare. At ambulatio illa orta est ex vano commento Mülleri, thymelen in orchestra fuisse putantis, quam in lignea illa orchestra, quae fabularum agendarum caussa exstruebatur, nec fuisse ullam, et in quibusdam fabulis, ut in Prometheo, in Philocteta, in Cyclope, ne potuisse quidem aram, ut in locis desertis, cogitari, alibi demonstratum est. Anapaestos chori Droysenius suopte arbitrio tribus quos finxit chori ducibus distribuit.

Post v. 82. ex foribus regiis processisse accipimus sollemnem pompam famularum pateras et urceos tenentium, quae in orchestram descendat sacrificandi caussa; in proscenio autem apparere Clytaemnestram cum comitatu, quae dum sacra faciat, pronuntiare chorum anapaestos. Haec magnifica luxuriantis ingenii commenta, accepta illa a Droysenio, pariter ut ambulatio circa thymelen, alienissima sunt a Graecae tragoediae simplicitate: nec si quis quaerat unde sumpta sint, erit quod responderi possit. Nemo nisi ipsa regina prodit, quam duae comitantur famulae, ut mos est.

Sicuti post v. 345. (numeros sequor quos in margine posuit Franzius editionis Wellauerianae) et post v. 600. abitus Clytaemnestrae notatus est, sic etiam post v. 572. eam redire indicandum erat.

Post v. 756. narratur ex Droysenii inventione in curru triumphali Agamemnonem advehi in orchestram; praecones, milites hastatos, iumenta clitelaria spoliis onusta, vehicula cum captivis mulieribus Troianis aliaque advenire; in curru regis sedere Cassandram. Quis haec miracula tradidit? nemo. Immo non solum tacet de his rebus poeta, sed ex parte refutat etiam istum apparatum ipse. Nam istum triumphalem currum, quem chorus v. 1040. ancipiti vocabulo *ὄχον* vocat, Clytaemnestra v. 885. 1009. *ἀπήνην* et v. 1029. *ἁμαξήρη θρόνον* dicit, ut commune vehiculum, quali iter facientes utuntur, idque nescio an mulis iunctum intelligi debeat.
p. 7 Unde vero sumptum est illud, in orchestram advectum esse Agamemnonem? Scilicet aliud ex alio commentum nascitur. Quia cum exercitu ingentique comitatu impedimentorum advenisse rex visus est, non satis spatii tot hominibus, iumentis,

vehiculis in proscenio fuisse putabatur. Sane, si quidquam istorum introductum esset. At id vel per se ineptum fuisset: nam revertentem a Troia Agamemnomem quis non credat antevertisse tardius incedentem exercitum, quo citius domum suam reviseret? Quid igitur necesse erat ut vehiculum eius in orchestra consisteret, quum nihil impediret, quin in proscenium adveheretur? Sed contulit aliquid ad illud inventum opinio eorum, qui per orchestram illuc adscendere sibi persuaserunt eos, qui non ex aedibus in proscenio exeant: quae opinio quum ex male intellectis quibusdam poetarum locis, tum ex Pollucis perversitate orta est, qui quum §. 127. dixisset peregre advenientes ex sinistro aditu prodire, haec addidit: *εἰςελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαίνουσι διὰ κλιμάκων:* in quo loco duplex videtur error esse, alter ipsius Pollucis, ut alibi indicavi, qui illa, *εἰςελθόντες δὲ εἰς τὴν ὀρχήστραν* (sic enim codices haec scripta dare Kuehnius et Iungermannus testantur) illis quae §. 109. posuerat, subiungere debebat, quorum postrema sunt *ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ καθ' ἕνα ἐποιοῦντο τὴν πάροδον*: ad chorum enim pertinent: alter error scribae videtur esse, qui omiserit quaedam: nam illud, *ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαίνουσι διὰ κλιμάκων*, non poterat recte sic simpliciter de choro dici, sed ita tantum, ut adderetur, si quos ex choro aliquid in proscenio agere oporteret, tum eos illuc per gradus adscendere: qui gradus, ut hoc in transcursu addam, non transversum, ut in Antigona vidimus, ab utroque latere, sed rectum ex orchestra adscensum praebebant, ut ex Athenaei mechanici verbis picturisque vasorum intelligitur. Iam ergo, si quis ostendere volet, vehiculum, in quo Agamemno et Cassandra sedebant, in orchestram esse advectum, demonstrare debebit, iuxta periactos, quae non, ut quidam absurdissime crediderunt, frontes suas eadem in linea cum aedibus in scena conspicuis, sed ante frontem scenae obliquas spectatoribus ostendebant, non satis spatii iumentis et vehiculo ad ingrediendum in proscenium fuisse. Atqui ea spatia utrinque praebent aditus eos, qui *αἱ ἄνω πάροδοι* vocabantur, quos non est verisimile tam angustos fuisse, ut uni tantum homini accessio esset, siquidem saepe etiam plures, iique aliquid portantes, ut si afferendum vel efferendum corpus mortui esset, per eos ire necesse erat. Quod si nihil caussae erat cur Agamemno

p. 8 praeter morem non ex superiore aditu in proscenium adduceretur, falsum est illud quoque, quod ad v. 879. adnotatum est, Clytaemnestram per aliquot gradus descendere, ut obviam eat Agamemnoni.

Ad v. 1042. adnotatum est Cassandram oculos tollere et conspicere domum regiam. Quum nusquam indicatum sit quando descenderit Cassandra de vehiculo, lectorem putare necesse est omnem illam motus plenissimam scenam ab sedente peragi, quod apertum est fieri nullo modo potuisse, nisi et poetam et actorem et totum theatrum sensu caruisse putabimus. Itaque monendum erat eam post v. 1042. descendere, id quod ipsa quae praecedunt verba chori testantur. Et tamen Droysenius demum post v. 1267. eam currum relinquere adnotavit. Idemque post v. 1303. novam ambulationem chori circum thymelen cum tribus ab se creatis chori ducibus instituit.

Ad v. 1345. recte dictum est Clytaemnestram per ἐκκύκλημα conspici. Nam tractis tabulatis apparet illa intus in conclavi stans ad corpus mariti. Droysenius vult eam super humero securim gerere, et corpora Agamemnonis et Cassandrae puniceis velaminibus tegi. Quod ex eiusdem sententia ad v. 1559. adnotatum est, Aegisthum regio pallio amictum, circumdatum hastatis, ex hospitalibus prodire, in maius auctum est. Hastati enim isti non sunt plures quam duo ministri, neque intelligitur, cur ex hospitalibus prodire Aegisthus debeat. Certe non pro hospite apud Clytaemnestram absente Agamemnone videtur habitasse. Eum in Odyssea quidem legimus III. 272. Clytaemnestram ut uxorem in domum suam traduxisse, in qua est etiam Agamemno, ut IV. 532. narratur, occisus.

Pergo ad Choephoros, quarum scenae faciem eandem esse quam in Agamemnone verum est: illa autem, sepulcrum Agamemnonis in orchestra esse, in eamque etiam Orestem cum Pylade ingredi atque ante tumulum patris consistere, quae partim ad v. 21. repetuntur, ex Mülleri opinatione accepta sunt. Commemorat quidem Franzius in addendis contrariam sententiam, sed defendit Müllerum duobus argumentis, uno, quod sicut interdum chorus in proscenium adscendat, ita poeta etiam actores potuerit aliquamdiu in orchestra commorantes facere: Electram quidem solam esse,

quae de proscenio in orchestram descendat: quod argumentum patet pro nullo esse, quia nihil continet nisi potuisse fieri ut actores in orchestram veniant: nam etiam quod de Electra adiectum est, eo redit, ut illa propterea in orchestram descendisse putetur, qui sepulcrum sine caussa ibi collocatum est. Non plus ponderis habet alterum argumentum, quod hoc est, ipsam chori parodum ostendere chorum comitatum esse Electram, quum in orchestram descenderet. p. 9
Primum enim hic quoque pro certo sumptum est id quod ante omnia demonstrandum fuerat, in orchestra fuisse sepulcrum. Droysenio placuit thymelen, quae nulla erat, pro sepulcro esse, in eaque urnam quasi cum cineribus esse positam. Deinde vero quid dictum est in parodo, quod Electram in orchestram descendisse prodat? Nempe de se dicit chorus *ἰαλτὸς ἐκ δόμων ἔβην*. At ex his verbis plus licito conclusum est. Mulieres choricae famulitium sunt Clytaemnestrae (haec enim inferias mittit), vocanturque ab Electra v. 82. *δμωαὶ γυναῖκες δωμάτων εὐθήμονες*. Itaque in aedibus regiis habitant, ut non incredibile sit ex his eas prodeuntes in orchestram descendisse. Verum quum se missas ex aedibus dicunt ad comitandas inferias, eo non significant Electram simul cum iis ex regia esse egressam: immo parum veri simile est ut adstet Electra dum parodum canunt, sed potius praemissae videntur, ut, si ex aedibus exeuntes conspiciuntur, putandae sint ex ea parte aedium, in qua famulitium habitat, prodire: quod ipsum quum statuat Franzius ad v. 9. eo frangit vim argumenti sui. Nam si comitarentur Electram, simul cum ea ex foribus regiae prodirent. Atque ipsa etiam Electra, quum v. 83. dicit,

> *ἐπεὶ πάρεστε τῆσδε προστροπῆς ἐμοὶ*
> *πομποί,*

nunc demum se venire indicat, quum illas iam praesentes videt isto in loco, in quo carmen cecinerant. Igitur qua tandem caussa sepulcrum in orchestra collocatum est? Crederem, si chorus inferias ferret Agamemnoni. At id non facit, sed potius Electram admonet, ut id recte pieque faciat, et non ea mente, qua Clytaemnestra voluerat. Itaque obsequens ei Electra verbis minime dubiis sese dicit inferias effundere v. 127.

κἀγὼ χέουσα τάσδε χέρνιβας φθιτοῖς
λέγω.

Quae quum ita sint, non est dubitandum, quin sepulcrum Agamemnonis in margine proscenii sit, neque aut Electra contra morem tragoediae in orchestram descendat, aut Orestes cum Pylade non ex superiore aditu in proscenium prodeat.

Ad v. 861. adscriptum est chorum se post thymelen recipere. Scilicet Droysenius eum considere vult ad aversum a proscenio latus thymelae. At thymele in area theatri erat, quae et ὀρχήστρα et κονίστρα vocabatur, non in ea orchestra, quae super conistra ex trabibus ad usum chori tragici et comici exstructa, dimidio minor illa inferiore, a proscenio
p. 10 usque eo pertinebat, ubi in conistra erat thymele. Omnino non videtur veri simile ut chorus, qui iam necem imminere Agamemnonis interfectoribus videns secedit, in propatulo orchestrae consistat, quo loco spectator potius facinoris esse velle, quam nihil vidisse videretur. Multo aptiores ad secedendum aditus orchestrae sunt: quumque ubique poetae scenici paria paribus componere soleant, non fallemur credo, si putabimus chorum in diversa discessisse, ut alterum hemichorium se in dextrum, alterum in sinistrum aditum receperit, ex quibus paullo post quum vacuum est proscenium, prodeuntes alterna canunt.

Ad v. 883. dictum est, in genua procidere Clytaemnestram. Vereor ego quidem ne id neque ingenio Clytaemnestrae conveniat, neque aut cum iis quae modo elocuta est aut cum illis quae deinceps dicit apte conciliari possit. Commota quidem vehementer est mulier, sed ut non supplex contremiscat, nec deponat insitam animo ferociam.

Ante v. 967. recte quidem dictum est ἐκκυκλήματος ope conspici Orestem: de illis vero, eum manu tenere ramum oleae, in capite gestare coronam, secum ferre pallium sub quo Agamemnonem trucidaverit Clytaemnestra, quae non habet Droysenius, nihil verum est nisi quod viridem ramum fert. Corona alienissima est: quae enim tam impudens foeditas esset, si filius interfecta matre se ut victorem corona ornasset, idque dum ipse facinus illud ut detestabile abominatur? Unde hoc sumptum sit non video. Crederem ex his eius verbis v. 1031. coniectum esse,

ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προςίξομαι
μεσόμφαλόν θ' ἵδρυμα, Λοξίου πέδον,
πυρός τε φέγγος ἄφθιτον κεκλημένον,

nisi interpretatio doceret *στέφος* recte de vitta lanea ramo circumdata esse intellectum, de qua est in Eumenidibus v. 43.

ἔχοντ' ἐλαίας ὑψιγέννητον κλάδον
λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον.

Pallium autem mortiferum Agamemnoni non ipse Orestes fert, sed famuli eius, quibus dicit *ἐκτείνατ' αὐτό*. Aliud finxit Droysenius, Aegisthi et Clytaemnestrae corpora semioperta iacere, quod foedum est.

Denique ex falsa opinione *τὰς ἄνω παρόδους* ignorantium ad v. 1058. Orestes dicitur per orchestram via peregrinorum abire, qui non magis quam quisquam alius actorum per orchestram abit.

In Eumenidum exordio hanc habemus descriptionem: templum Apollinis Delphicum conspici cum vestibulo: ex porticu ad dextram prodire sacerdotem Pythiam, quam prius p. 11 quam tripodem conscendat ut oracula accipiat, preces facere, venerarique primo deos, qui a principio deinceps oraculum tenuerint, dein ceteros in vicinia deos: orchestram esse spatium ante regionem templo consecratam. Satis erat templum dici cuius fores apertae essent. Hoc enim, nihil aliud testatum habemus. Vestibulum Mülleri videtur inventum esse, cuius commenta de ara Delphiea eiusque signis recte reiecta sunt. Alias picturas commentus est Droysenius. Sacerdos unde exeat, non est a poeta indicatum, sed credibile est ex porticu vel aedificio ad templum pertinente prodire. De orchestra autem non est recte iudicatum, si regio circa templum non area, in qua templum est, sed *περίβολος* qui dicebatur intelligitur. Is enim amplissimus erat, ut locus ante eum longissime a templo remotus fuerit.

Ad v. 64. dicitur Apollo cum Oreste et Mercurio ex interioribus templi prodire, cuius adspectus per *ἐκκύκλημα* spectatoribus patefiat. Sane etiam Müllerus, Droysenius, alii audiendum putarunt scholiastam, cuius ad hunc versum haec verba habemus: *ἐπιφανεὶς Ἀπόλλων συμβουλεύει Ὀρέστῃ καταλιπεῖν μὲν τὸ μαντεῖον, φυγεῖν δὲ εἰς Ἀθήνας· καὶ δευτέρα δὲ γίνεται φαντασία. στραφέντα γὰρ τὰ μηχανήματα εὔδηλα*

ποιεῖ τὰ κατὰ τὸ μαντεῖον ὡς ἔχει. καὶ γίνεται ὄψις τραγική, τὸ μὲν ξίφος ἡμαγμένον ἔτι κατέχων Ὀρέστης, αἱ δὲ κύκλῳ φρουροῦσαι αὐτόν. Nec falsa ille tradidit, sed, si quid video, quae de versis machinis dicit, non ad hunc versum, sed ad v. 94. pertinent, eodem modo, quo ad v. 47. adnotata sunt, quae ad ipsum tragoediae initium ponenda fuerant. Nam, ut et in censura Mülleri Eumenidum p. 163. et in Annalium Vindobonensium vol. CXI. p. 246 sqq. ostendisse videor, non solum nulla caussa erat cur nunc Furiae conspicerentur, sed etiam inepte atque importune poeta animos spectatorum novo isto ac terribili adspectu Furiarum avocasset ab audiendo Apollinis et Orestis colloquio.

Ad v. 94. mira narrat Droysenius, sublatam ex ianua Stygia umbram Clytaemnestrae ad thymelen ferri, ex eaque alloqui iacentes in templo Furias. Credibiliore modo haec descripsit Franzius. Sumpta sunt ex falsa opinione Mülleri. De ea in censura eius Eumenidum dixi p. 153. Multo aptius putabitur Clytaemnestrae umbra per *ἀναπίεσμα* quod in proscenio erat emissa esse.

V. 375. recte Franzius satis habuit Minervam dicere per auras advenire. Droysenio placuit inventus a Müllero currus cum aeriis equis: quo in curru eam post v. 467.
p. 12 rursus avehi iubet. Franzius simpliciter eam dicit per auras abire via domuitionis. Pugnant haec inter se. Est enim Minerva iam domi, siquidem templum hoc domus eius est. Et cur per auras abeat, quum se possit in interiora templi recipere? Neque enim puto cuiquam placiturum esse, ut ex templo suo in proximum collem Areopagi avolet. Ibi enim tum demum ea opus erit, quum iudicium Areopagitarum instituet: quo consilio ipsa v. 465. dicit *ἥξω*, quod non debebat ex H. L. Ahrensii parum considerato iudicio in *ἵζω* mutari.

A v. 536. res agitur in Areopago, verumque videtur, quod adnotatum est, ex urbe adventare iudices (Droysenius eos a praecone duci facit). Nam si forte quis credat scenae mutationem factam esse sublatis aulaeis, iisque demissis iam congregatos apparere iudices, vereor ne id parum probabile sit. Commemorant quidem grammatici *αὐλαίαν*, quae sit *παραπέτασμα τῆς σκηνῆς*, quorum testimonia collegit G. C. Guil. Schneiderus in libro quem de rebus Attici theatri scripsit

p. 81 sqq. sed Hyperides, qui ex antiquis auctor memoratur, ut verba eius apud Pollucem IV. 122. ostendunt, non est de theatro locutus, ceteri autem Romanorum theatra videntur in mente habuisse, ut ex ista tam tenui et dubia memoria potius colligere debeamus nullum omnino in veterum Graecorum scena usum aulaeorum fuisse, sed sicut ἐκκύκλημα ante oculos spectatorum fiebat, sic etiam tractis versisve tabulatis scenae mutationem esse in conspectu theatri factam. Mullerum quidem patet pro suo arbitrio p. 105. finxisse aulaeum: quod fideliter servavit Droysenius. Hic quidem ille iudices in templi gradibus, Furias in gradibus thymelae considere facit, Minervam autem mox, quum verba facere iubet Furias, hastam inclinare, ut hodie milites salutant: post v. 680. idem iudices facere dicit, quae a Müllero inventa qualia sint, alibi dictum est.

Ex coniectura non satis probabili dicuntur post v. 956. ad nutum Minervae mulieres sacerdotes cum facibus prodire. Nam nec de nutu Minervae quidquam indicii apparet, nec prodeunt mulieres istae sed aliquanto post demum Minerva dicit se eas comitandis Furiis missuram, v. 976.

πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελασφόρων
εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους
ξὺν προσπόλοισιν, αἵτε φρουροῦσιν βρέτας
τοὐμὸν δικαίως.

Immo, ut hostias, quarum simul mentio fit (verba infra afferam), nemo facile credet, quamvis affirmet Müllerus in appendice p. 27. in conspectum productas esse, ita putandae erunt mulieres istae in aditu opperientes stare, ut aliquid p. 13 earum conspici possit, quia pronomine demonstrativo indicantur.

Postremo ad v. 987. adnotatum est Minervam cum istis mulieribus in orchestram descendere; tum sequi Areopagitas, qui chorum Furiarum comitentur, turbamque virorum et mulierum Atheniensium. Sic etiam Droysenius. Haec quoque sumpta sunt ex iis, quae Mülleri fervida imaginatio ebullit. Non decere Minervam ut in orchestram descendat ipsaque se ducem praebeat Furiis, iam in censura Mülleri Eumenidum p. 121. dixi; immo eam, postquam valedixit Furiis, abire de scena, ut eas advenientes excipiat destinatamque iis sedem assignet, idque ipsam dicere verbis minime ambiguis v. 956.

χαίρετε χὐμεῖς· προτέραν δ' ἐμὲ χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν
πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπῶν.
ἴτε καὶ σφαγίων τῶνδ' ὑπὸ σεμνῶν
κατὰ γῆς σύμεναι.

Nam *προτέραν στείχειν* non significat primorem in comitatu ire ut ducem, sed prius abire. Porro autem illud num credibile est, praeter istas sacrorum administras, quae certissime perpaucae fuerunt, chorum quindecim Furiarum, tum Areopagitas, post hos autem agmen virorum et mulierum per orchestram incessisse? Unum *παραχορήγημα* aliquot locis poetarum commemoratum novimus (dico autem *παραχορήγημα*, ut scholiastes Aristophanis, chorum qui praeter legitimum chorum introducitur: apud Pollucem enim permutata esse *παρασκήνιον* et *παραχορήγημα* ostendi in Opusc. VII. p. 346.), hic vero insolentissime duo simul, atque adeo, si *προπομποὶ* seorsim numerantur, tria haberemus *παραχορηγήματα*, sacerdotes quae dictae sunt, Areopagitas, populum Atheniensem. Portentosius etiam Müllerus in appendice p. 27. pompam hoc modo adornavit: Minervam, Areopagitas, *προπομπούς*, Furias, agmen cum facibus hostias ducentium, liba, pateras, puniceas vestes in manibus ferentium, quod postremum agmen ultimum tragoediae carmen canat. Licebit vero, ut mactandas pecudes omittam (equos et canes viderunt theatra nostra; videantne etiam boves?), hanc tantam hominum multitudinem haud mediocriter minuere. Areopagitarum *παραχορήγημα*, in iudicio quidem, testatus est scholiastes in cod. Med. ad v. 542. (555.) ut Franzius p. 313. refert: *ἐν περιχωρήματι αὐτῷ εἰσιν οἱ ἀρεοπαγῖται μηδαμοῦ διαλεγόμενοι.* Id enim ex *παραχωρήματι* et hoc ex *παραχορηγήματι* cor-
p. 14 ruptum est, ut apud Hesychium atque alibi. Nunc vero quid Areopagitis opus est? Non dico hoc, quod homines istos, qui illas partes egerant, removere a comitatu velim, sed nunc eos simpliciter virorum Atheniensium officio fungi par est, ut non indigeamus aliis viris Atheniensibus. Nec profecto magis laborandum, unde mulieres Athenienses capiamus. Nam quum legitimus Furiarum numerus sit illarum trium, quarum nota sunt nomina, non dubitandum videtur, quin hae tantum sacratas sedes acceperint cultaeque sint Athenis. Atque vix effugisset, credo, Aeschylus impietatis accusatio-

nem, si pro tribus illis quindecim punitrices deas recipi fecisset. Ita duodecim, ut defunctae munere suo in persecutione Orestis, iam mutatis vestibus interea dum Minerva v. 975—985. orationem habet, ut mulieres Athenienses adhiberi poterant. Quare si Areopagitae, ut quidam volunt, numero duodecim fuerunt, totidem habebimus mulieres, omnisque comitatus ex viginti quattuor Atheniensibus constabit, quibus accedunt, quae certissime perpaucae fuerunt, sacerdotes istae, vel potius ministrae sacrorum. Hic comitatus carmen ultimum canere creditur: non est tamen putandum omnes viginti quattuor canere, sed illos tantum, qui proprie sunt choreutae, hoc est duodecim numero, quorum dimidia pars pro viris, altera pro mulieribus canit. Nam carmen ipsum hemichoria prodit.

Et quoniam de chori divisionibus nihil est a Franzio adnotatum, breviter indicabo rationem, qua in his tribus tragoediis choro usus est poeta. Agamemnonis parodus, quae continetur versibus 104—154. quum ex tribus strophis constet, quae eodem epiphonemate finiuntur, singulas strophas a quinis choreutis, hoc est ab uno *στοίχῳ* cani ostendit. Sequitur stasimon chori v. 155—248. Alterum stasimon v. 358—474. in fine epodum habet, quam quattuor deinceps singuli senes canunt, de qua dixi in Opusc. vol. VII. p. 46. Disceptari potest de partibus chori, ubi Cassandrae res agitur. Et quamquam in hoc genere haud facile quis afferet quod liquido affirmari possit, tamen aliquam probabilitatem numerus choreutarum coniicienti suppeditat. Coryphaei videntur esse, quae praesente Clytaemnestra choro data sunt, v. 1017—1039. Ubi Clytaemnestra discessit, summa arte elaboratum chori cum Cassandra colloquium a v. 1040. undecim disticha iambica praebet, quorum duo ultima v. 1090. 1101. adiunctos habent dochmios, tum sine iambis bina chori antistrophica, ita ut omnino quindecies chorus audiatur. Hinc videtur recte coniici singulos deinceps choreutas, et primos quidem novem solos iambos dicere: decimum et undecimum, magis iam commotos ab iambis transire ad dochmios; reliquos quattuor denique vehementissime perturbatos solis dochmiis horrorem suum prodere. Quae postea chorus in altercatione cum Clytaemnestra canit, singulas

strophas hemichoriis tribui vel hoc suadet, quod quaedam earum eadem verba continent.

Choephoron parodus quum tria stropharum paria atque epodum habeat, non inepte statuetur singulas strophas a duabus mulieribus, epodum autem a tribus cani. Inter hemichoria autem distribuendum erit breve carmen ex duabus strophis, quod est a v. 150. In luctu Agamemnonis liberorum et chori, cuius initium post coryphaei anapaestos est v. 313. quod carmen vehementer corruptum est, illud facile intelligitur, quae chori strophae sunt, hemichoriis esse tribuendas, anapaestos autem qui sunt in medio v. 366. coryphaei esse; illos denique qui sunt v. 336. et 394. utrum idem, an unus ex utroque hemichorio recitet dubium est. Sequitur v. 580. stasimon. Sed a v. 772. liberioris formae carmen ex quattuor stropharum partibus et mesodo est, ut incertum sit quot choreutae singulas strophas cecinerint. Huic carmini an simile sit illud, quod est a v. 923. videndum erit criticis. Lacunosum enim est, ut illud tantum pateat, quia fere ex dochmiis compositum est, non recitari a coniunctis multorum vocibus.

In Eumenidibus quomodo distribuenda sint carmina chorica dixi in Mülleri Eumenidum censura.

Omnium vero difficillimum est nostris hominibus modos cantuum ad Graecorum exemplum componere, quod eius rei vix tenuem notitiam habemus. Praeterea qui hodie modos faciunt, multo minus adduci possunt, ut instrumenta cantui, non cantum instrumentis servire cogant. De isto musicorum vitio iam apud veteres Graecos Pratinas graviter questus est, cuius versus rettulit Athenaeus XV. p. 617. C. Quod nisi inveniri poterit, qui instrumentis non obstrepat voci cantorum auresque obtundat, sed satis habeat, duabus citharis duabusque tibiis adiuvare canentes, ut quid canant percipere auditores possint, non referent cantorum carmina imaginem antiquae tragoediae. Sapienter Pratinas: ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω· καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτας κώμων μόνον.

UEBER EINIGE TRILOGIEN DES AESCHYLUS.*)

Es ist eine natürliche und daher nicht seltene Er- p. 117
scheinung, dass, wenn von einer Sache eine neue Ansicht gefunden ist, man in deren Anwendung die gehörigen Gränzen überschreitet. Bei dem Entdecker ist das am erklärlichsten, da ihn das aufgegangene Licht am lebhaftesten erregen und zu dem Versuche demselben immer weiter zu folgen anreizen muss. Bei Andern ist es oft nur Eitelkeit, dass sie, um mit den neuesten Fortschritten nicht unbekannt zu scheinen, sich den eröffneten Weg zu nutze machen. Diese pflegen ihn als hinlänglich gesichert zu betreten, und verfehlen daher noch leichter das Rechte. Doch haben auch Irrthümer ihren Nutzen. Denn es ist das Loos aller menschlichen Unternehmungen, dass das Rechte erst durch verunglückte Versuche an den Tag kommt. Ein merkwürdiges Beispiel giebt der sinnreiche Gedanke des Herrn Welcker in Bonn, dass die Sitte der griechischen Tragiker, an einem Tage mit vier Stücken, dreien Tragödien und einem Satyrspiel, aufzutreten, aus der Gewohnheit hervorgegangen ist, zwischen den dithyrambischen Chorgesängen die einzelnen Theile einer zusammenhängenden Handlung vorzutragen. Dieser sowohl durch die noch jetzt vorhandene Trilogie als durch einige andere keinem Zweifel ausgesetzte Beispiele bestätigte Gedanke berechtigte zu der Vermuthung, dass dieses, wenigstens in der älteren Zeit, ein feststehendes Gesetz für die tragische Dichtkunst gewesen sei. Es war daher ein lobenswerthes Unternehmen, zu untersuchen, ob sich dieses Gesetz in den sämmtlichen Schauspielen des Aeschylus nachweisen lasse. Unverkennbar standen dem Erfolge grosse Schwierigkeiten entgegen, da theils das von einem unbekannten Scholiasten verfertigte Verzeichniss der Stücke des

---

*) Gelesen in der Sitzung der philol.-hist. Classe der K. S. Gesellschaft der Wissensch. zu Leipzig am 5. December 1846. (Abgedruckt aus den Berichten über die Verhandl. der K. S. Ges. d. W. zu Leipzig I p. 117 ff.)

Aeschylus weder vollständig noch fehlerfrei ist, theils die Bruchstücke der hier und da angeführten Tragödien und Satyrspiele meistens in so geringer Anzahl vorhanden und so klein und unbedeutend sind, dass sich der Mythus entweder gar nicht, oder nicht mit Sicherheit errathen lässt. Hierzu kommt noch, dass von vielen Stücken selbst die Namen untergegangen, und von den erhaltenen Namen manche ungewiss sind. Es konnte daher nicht fehlen, dass der Versuch die zusammengehörenden Stücke aufzufinden und zu ordnen nicht überall glückte; und Herr Welcker selbst ist mehrmals bei wiederholter Prüfung, so wie auch durch später bekannt gewordene Zeugnisse genöthigt worden, manche Stücke andern Trilogien als den früher angegebenen zuzutheilen, ingleichen in manchen Trilogien die Stellung der Stücke abzuändern. Ich will nur von drei Stücken sprechen, um zu zeigen, dass sie in den Trilogien, denen sie zugeschrieben werden, nicht können gestanden haben.

Bei jeder zu beantwortenden Frage ist die Hauptsache die, dass man von dem Verfahren, das zu beobachten ist, eine klare Vorstellung habe. Das gesammte Alterthum liegt nur in Bruchstücken vor uns, und das Geschäft des Alterthumsforschers besteht darin, diese Bruchstücke richtig zu erkennen, und, so weit es möglich ist, so unter einander zu verbinden, dass sich daraus ergebe, was vorhanden gewesen sei. Dazu wird nun zuvörderst die richtige Erkenntniss des wirklich Gegebenen erfordert, zu dem man weder etwas hinzuthun noch davon wegnehmen darf, wenn man nicht gleich von vorn herein auf Abwege gerathen will. Denn da jede vereinzelte Sache mannigfaltige Beziehungen zulässt, wird jeder Zusatz so wie jedes Uebersehen eines Punktes einerseits die Zahl der möglichen Beziehungen vermindern, andererseits aber Veranlassung zu irrigen Beziehungen geben. Es bedarf daher grosser Vorsicht und Enthaltsamkeit, um sich lediglich an das Gegebene zu halten. Dieselbe Vorsicht ist auch bei Zeugnissen aus dem Alterthum selbst nöthig, bei welchen ebenfalls wieder vorausgesetzt wird, dass man sie richtig verstanden habe, oder, wenn sie verdorben sind, was nicht selten der Fall ist, erst kritisch berichtige. Allein
p. 119 wenn nun auf solche Weise der Stoff der Untersuchung bestimmt und gereinigt ist, und man zur Behandlung dieses

Stoffes fortschreiten kann, d. h. wenn man das verschiedene Gegebene verbinden und zu einem Ganzen zusammensetzen, mithin die nicht gegebenen Mittelglieder auffinden will, so tritt hier, wo es auf Vermuthen und Errathen ankommt, der Punkt ein, der am meisten Besonnenheit erfordert, weil man hier, wo man ganz freie Hand hat, sehr leicht durch einen scheinbar glücklichen Einfall geblendet und verführt werden kann. Das sichere Schutzmittel gegen solche Verirrungen ist ein logisches Verfahren, damit man nicht Möglichkeit für Wirklichkeit nehme, und so sich entweder den Weg verschliesse, das, was man angenommen hat, ferner gebrauchen und da anwenden zu können, wo es vielleicht mit mehrerem Rechte eine Stelle einnehmen würde, oder, wenn man auf einer solchen Annahme fortbaut, nicht ein Gebäude errichte, das, sobald ihm die Grundlage weggezogen wird, sofort in sich selbst zusammenstürzt.

In dem Verzeichniss der Schauspiele des Aeschylus wird eines unter dem Namen *Δικτυουργοί* aufgeführt, womit gewissermassen in der Vulgata des Pollux VII. 35 das Citat *ἐν Δικτυουργικοῖς* übereinstimmt. Aber die Handschriften des Pollux geben *ἐν Δικτυουλκοῖς*, und *Δικτυουλκοί* wird das Stück auch von Aelian in der Thiergeschichte VII. 47, von dem Photius in dem Worte *ὄβρια*, und vom Hesychius in dem Worte *θῶσθαι* genannt. Schon hieraus folgt, dass gegen die drei zuletzt genannten Schriftsteller die offenbar verdorbene Vulgata des Pollux und das unzuverlässige Schauspielverzeichniss gar kein Gewicht haben. Es tritt noch hinzu, dass diese für ein so einfaches Geschäft, wie das Verfertigen von Netzen ist, unpassende Benennung weiter nicht vorkommt, sondern diese Leute, wie Pollux VII. 179 angiebt, *δικτυοπλόκοι*, Netzstricker, genannt wurden. Gleichwohl hat Herr Welcker, und mit ihm Andere, angenommen, das Stück des Aeschylus habe *Δικτυουργοί* geheissen. Fragt man nach dem Grunde, so ist es der, dass diese Benennung zu dem Mythus vom Athamas passe, in welchem man dieser Tragödie, weil Aeschylus einen Athamas geschrieben hat, eine Stelle anwies. Fragt man weiter, aus welchem Grunde Netzstricker zu diesem Mythus passen, so ist die Antwort folgende. Wie Apollodor III. 4, 3 erzählt, tödtete Athamas im Wahnsinne seinen ältesten Sohn, indem er ihn für einen p. 120

Hirsch ansah. Nun sagt der wahnsinnige Athamas bei dem Ovid Metam. IV. 512

io comites, his retia tendite silvis.

Also gehört das Stück, das *Δικτυουργοί* heisst, und aus welchem die Worte *δικτύου δ' εὐήτρια* erhalten sind, zu dem Mythus des Athamas. Zwischen diesen Sätzen liegen aber drei unerwiesene Mittelsätze: erstens, dass die Netze, von denen die Rede ist, nicht Fischernetze, sondern Jägernetze gewesen seien; zweitens, dass, gesetzt sie wären Jägernetze gewesen, sie auch die des Athamas gewesen seien; drittens, dass, wenn Athamas bei dem Ovid Netze zu stellen befiehlt, auch Aeschylus von aufgestellten Netzen Gebrauch zu machen für nöthig erachtet habe. Dass das Wort *ὄβρια*, womit junge reissende Thiere bezeichnet werden, in dem Stücke vorkam, wird wohl niemand für Beweis einer Jagd nehmen. In gleicher Bedeutung sind *ὀβρίκαλα* in Agamemnon genannt, wo weder von Jagd noch von Netzen etwas zu finden ist. Wollte man aber auch alles, was ohne Beweis angenommen ist, als erwiesen gelten lassen, so würde immer noch die grosse Unwahrscheinlichkeit übrig bleiben, dass zu einer Jagd, wo es bloss auf das Stellen der Netze ankam, Netzstricker, und nicht Netzsteller, *ἀρκυστάται*, wären angewendet worden. Auf diesen Schluss nun, dass, weil Ovid in der Erzählung vom Athamas Netze erwähnt, eine Tragödie, in der ebenfalls Netze vorkommen, denselben Stoff betreffe, ist zugleich stillschweigend noch ein anderer eben so unhaltbarer Schluss gegründet worden. Dieser lautet in bestimmten Worten ausgesprochen so: da die *Δικτυουργοί* ein Theil der athamantischen Trilogie sind, so kann das Stück nicht *Δικτυουλκοί* geheissen haben, weil dies Netzzieher, mithin Fischer bedeutet, und es ist deshalb gegen den Aelian, den Photius, und den Hesychius die Lesart der corrupten Vulgata des Pollux und des ungenauen Schauspielverzeichnisses, *Δικτυουργοί*, die wahre. Durch diesen zweiten Fehlschluss ist nun die Möglichkeit ausgeschlossen den richtigen und auf guten Zeugnissen beruhenden Namen *Δικτυουλκοί* einer Tragödie des Aeschylus beizulegen, und wenn sich eine findet, der diese Benennung mit Recht zukommen würde, muss der, der sie bereits anderwärts verbraucht hat, unver-

meidlich einen falschen Namen ergreifen. Dass dies wirklich geschehen ist, wird sich sogleich zeigen.

Aeschylus hat auch den Mythus des Perseus behandelt, p. 121
wovon die *Φορκίδες* nach dem, was Athenäus IX. 402 B. anführt, den Beweis geben. Es ist nun von Herrn Welcker und Andern eine Trilogie angenommen worden, die aus der Danae, den Phorciden, und dem Polydektes, von welchem bloss der Name erhalten ist, bestanden habe. Die Danae hat man aus dem Citat des Hesychius, *καθαίρομαι γῆρας, Αἰσχύλος Δανάῃ*, genommen. Aber dies ist bloss eine Vermuthung von Musurus. Denn die Handschrift hat *ἐν δαίσι*, was unverkennbar aus *Δαναΐσι* verschrieben ist. Die Danaiden waren eine berühmte Tragödie des Aeschylus, wogegen von einer Danae dieses Dichters niemand etwas weiss. Der Name Danae ist also völlig unbegründet, obwohl er dem Inhalte des Stückes angemessen sein würde. Denn die Sage war, dass Acrisius seine Tochter Danae, nachdem sie den Perseus geboren hatte, zusammen mit ihrem Kinde in einen Kasten eingesperrt und dem Meere preisgegeben habe. Wie wenig aber hieraus folge, dass die Tragödie Danae geheissen, und nicht vielmehr einen ganz andern Namen gehabt habe, mögen die Worte zeigen, mit denen Herr Welcker selbst in der Trilogie S. 379 das Weitere erzählt: »sie wurden nach der Insel Seriphos hingetrieben, wo mit Fischernetzen Diktys, d. h. der Netzler, den Kasten mächtig (darum *ὁ Περισθένους*) herauszog, und auf der Danae Flehen ihn öffnete, darauf sie und den Perseus nährte wie Verwandte, er und sein Bruder Polydektes, d. i. der aufnehmende.« Schon diese seine eigenen Worte würden Herrn Welcker erinnert haben, hier die in dem Namen Diktys angedeuteten *Δικτυουλκούς* zu erkennen, die »mächtig« ziehen mussten, um den schweren Kasten, den ihr Netz gefangen hatte, ans Land zu bringen. Aber da er die *Δικτυουλκούς* in die unhaltbaren *Δικτυουργούς* verwandelt und der athamantischen Trilogie einverleibt hatte, waren sie hier, wo ihnen Anerkennung mit Recht zukam, nicht mehr vorhanden, und ihr Platz wurde dem unberechtigten und auf eine leere Vermuthung von Musurus angenommenen Namen Danae zu Theil.

Ein anderes Beispiel ist folgendes. Aus der Iphigenia

des Aeschylus haben wir noch einige Bruchstücke, und mit grosser Wahrscheinlichkeit hat Herr Welcker gezeigt, dass mit dieser Tragödie die Priesterinnen, Ἱέρειαι, verbunden waren. Dazu sollen noch die Θαλαμοποιοί kommen. In
p. 123 seinem Buche über die Trilogie S. 408 gab er die Ordnung so an: Ἱέρειαι, Θαλαμοποιοί, Ἰφιγένεια. Im Rheinischen Museum V. S. 447 ff. berichtigte er dies und ordnete die Stücke so: Θαλαμοποιοί, Ἰφιγένεια, Ἱέρειαι. Dies hat er in dem Supplementbande beibehalten.

Als die Griechen auf dem Zuge nach Troja in Aulis durch widrigen Wind zurückgehalten wurden, gebot Kalchas die Iphigenia zu opfern. Man schickte deshalb einen Boten nach Argos, Klytämnestra solle ihre Tochter nach Aulis bringen, wo sie dem Achilles werde vermählt werden. Weil nun einen Thalamus bauen und Hochzeitmachen gleichbedeutend sei, schliesst Herr Welcker, dass die Θαλαμοποιοί zu dieser Trilogie gehört haben. Allein erstens ist nicht jeder Thalamus ein Brautgemach. Als Danae den Perseus geboren hatte, »da baute der König einen ehernen Thalamus unter der Erde in dem Hof des Hauses, und schloss Danae mit ihrer Amme ein und bewachte sie.« Das sind Herrn Welckers eigene Worte in der Trilogie S. 378. Da nun von dem Thalamus in den Θαλαμοποιοῖς nichts bekannt ist als was ein Bruchstück dieses Schauspiels sagt, dass die Decke mit künstlichem Netzwerk getäfelt werden solle, so hören wir nur von einem prachtvollen Thalamus, erfahren aber nicht ob es der unterirdische Thalamus der Danae, oder ob es ein Brautgemach, oder zu welchem Gebrauch es sonst bestimmt sei. Es fehlt daher der Beweis dass der Thalamus für die Hochzeit des Achilles und der Iphigenia gebaut werden solle. Zweitens, wozu bedürfen diese einen Thalamus, da an eine wirkliche Hochzeit gar nicht zu denken ist, sondern nur Klytämnestra, die von der beschlossenen Opferung ihrer Tochter nichts wissen durfte, durch das Vorgeben einer Hochzeit getäuscht werden musste? Drittens, wollte man auch annehmen, die Täuschung sollte noch selbst in Aulis durch wirkliches Errichten eines Thalamus fortgesetzt werden, so würde das schon in sich selbst einen Widerspruch enthalten, weil einen Thalamus bauen und Hochzeitmachen nur da gleichbedeutend sind, wo von dem auch fernerhin

zu gebrauchenden ehelichen Schlafgemach die Rede ist, nicht aber wo der Bräutigam auf dem Heereszuge begriffen vielleicht schon den Tag nach der Hochzeit mit dem Heere aufbrechen muss. Viertens endlich, wer sollte getäuscht werden? Klytämnestra, die nothwendig enttäuscht werden musste? Oder das Heer, das aus Begierde an Troja Rache p 123
zu nehmen der Opferung kein Hinderniss würde in den Weg gelegt haben? Oder endlich Achilles selbst? Aber dieser konnte gar nicht getäuscht werden, sondern hätte Antheil an dem Betruge nehmen müssen, was dessen hochherziger, jede Hinterlist verabscheuender Sinn mit Zorn würde von sich gewiesen haben, wie er denn auch in der euripideischen Tragödie über den Missbrauch seines Namens entrüstet wird und die Iphigenia in Schutz nimmt. Herr Welcker scheint selbst die Misslichkeit der Annahme von Erbauern eines Thalamus gefühlt zu haben, da er in dem Rheinischen Museum S. 449 noch einen negativen Grund in folgenden Worten, die ich nicht völlig zu deuten weiss, anfügt: »da die Hochzeit aber gewiss nicht wirklich wurde, wie in der Komödie, so ist nach dem Verhältnisse der Tragödie des Aeschylus zu dem Epos und den Mythen im Allgemeinen ein Zeugniss dafür, dass die vorgebliche Heirath des Achilles und der Iphigenia behandelt worden sei, so lang entbehrlich, bis eine andere tragische Fabel nachgewiesen ist, worin Hochzeitsanstalten zu einer erschütternden Katastrophe führen.« Man kann sich diese Worte nur aus der Begeisterung erklären, mit der Herr Welcker einen einmal gefassten Gedanken liebgewinnt. Denn ihm, der die ausgebreitetste und bis zu den entlegensten Spuren sich erstreckende Kenntniss der Mythologie besitzt, hätte es sonst nicht entgehen können, dass es nicht eben schwer ist die gestellte Bedingung zu erfüllen. Den wenn auch nicht hochzeitlichen Thalamus der Danae habe ich schon erwähnt, und wenn jemand die erste Stelle in jener Trilogie den *Θαλαμοποιοῖς* gegeben hätte, würde doch weder das wirkliche Erbauen eines Thalamus, noch die erschütternde Katastrophe vermisst werden. Auf gleiche Weise dürfte es nicht schwer fallen in der Trilogie, die den Ixion und die Perrhäberinnen enthielt, das Anfangsstück, das noch gesucht wird, mit einiger Wahrscheinlichkeit in den *Θαλαμοποιοῖς* zu finden. Eine grössere Wahr-

scheinlichkeit aber wird sich bei einem andern Falle ergeben.

Denn ein drittes Beispiel endlich giebt eine Trilogie, von der wir noch die Schutzflehenden übrig haben. A. W. Schlegel hatte diese Trilogie aus den Aegyptern, den Schutzflehenden, und den Danaiden zusammengesetzt. Ihm sind Herr Welcker und Andere gefolgt. Meiner Behauptung, dass die
p. 124 Schutzflehenden die erste Stelle eingenommen haben, weil nichts darin auf eine vorhergegangene Tragödie hinweise, und alles, was den Zuschauern zu wissen nöthig ist, in dem Stücke selbst erzählt werde, widersprach Herr Welcker in der Trilogie S. 390 f. Nachmals hat er selbst in der ersten Abtheilung des zweiten Supplementbandes zum Rheinischen Museum die Schutzflehenden zu Anfang, die Aegypter aber in die Mitte gestellt. Wenn demnach der erste Grund, den man angeführt hatte, dass die Schutzflehenden ein vorhergegangenes Stück erforderten, bereits aufgegeben ist, so bleiben nur der Name selbst, den auch das Verzeichniss giebt, und ein einziges Citat eines Grammatikers übrig, um ihnen eine Stelle in dieser Trilogie zu sichern. Nun stehen aber die von jenem Grammatiker als aus den Aegyptern angeführten Worte in den Schutzflehenden V. 147. Dieser Umstand ist zu folgendem Schlusse benutzt worden: weil ein Scholiast sich einmal auf den Agamemnon des Aeschylus wegen einer Sache bezieht, die nicht in dem Agamemnon, sondern in dem folgenden Stücke, den Choephoren vorkommt, so wird das Citat aus den Aegyptern auf dem gleichen Irrthum beruhen, und anzunehmen sein, dass die Aegypter mit den Schutzflehenden zusammengehangen haben. Es leuchtet ein, dass hier bloss aus der Möglichkeit auf die Wirklichkeit geschlossen wurde, wozu um so weniger Grund vorhanden war, da bekanntlich die Namen der Schauspiele, wie der Dichter, häufig verwechselt worden sind. Indessen, ehe man eine Namenverwechselung annahm, musste man die offenbar verdorbene Stelle des Grammatikers kritisch prüfen. Sie steht in dem Etymologicum Gudianum S. 227, 40 etwas vollständiger als in Cramers Anecdotis Oxoniensibus II. S. 443, 12 aus einer andern Handschrift. In dem Etymologicum lautet sie so: *Ζαγρεύς, ὁ μεγάλως ἀγρεύων.*

ὡς*) πότνια γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων ὁ τὴν Ἀλκμαιονίδα γράψας ἔφη.**) τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασίν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σκύφῳ,***) Ζαγρεῖ τε νῦν με †) καὶ πολυξένῳ χαίρειν. ἐν δὲ Αἰγύπτῳ††) οὕτως αὐτὸν διά†††) p. 125 τὸν Πλούτωνα καλεῖ, τὸν ἀγραῖον, τὸν πολυξενώτατον διὰ§) τῶν κεκμηκότων. Da der Vers aus dem Sisyphus nicht beweist, was er beweisen soll, dass der Zagreus Sohn des Hades genannt worden, dachte Lobeck im Aglaophamus S. 621 an eine Versetzung der Worte. Dieser bedarf es nicht, sondern der Ergänzung des Verses. Die Stelle des Grammatikers ist so zu berichtigen: Ζαγρεύς, ὁ μεγάλως ἀγρεύων.

πότνια Γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων,

ὡς ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας ἔφη. τινὲς δὲ τὸν Ζαγρέα υἱὸν Ἅιδου φασίν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ·

Ζαγρεῖ τε νῦν με καὶ πολυξένῳ πατρὶ
χαίρειν.

Hierauf folgen die Worte, die das Citat aus den Aegyptern enthalten sollen: ἐν δὲ Αἰγυπτίοις οὕτως αὐτὸν τὸν Πλούτωνα καλεῖ, τὸν ἀγραῖον u. s. w. Sind hier statt der Schutzflehenden die Aegypter genannt, so musste in der angeführten Stelle der Name Ζαγρεύς vorkommen, wie denn auch ein Kritiker τὸν Ζαγρέα statt τὸν ἀγραῖον als eine ganz sichere Emendation aufgestellt hat, wobei jedoch nicht bedacht ist, dass der Dichter wohl den Artikel würde weggelassen haben. In der handschriftlichen Lesart der Schutzflehenden τόνταιον, wovon τὸν ἀγραῖον wenig abweicht, kann kaum etwas anderes liegen als das von Wellauer gesetzte τὸν γάϊον, dem der Homerische Ζεὺς καταχθόνιος entspricht. Betrachtet man nun das in dem Etymologicum an unrechter Stelle eingeschobene διά, das in Cramers Handschrift zu-

*) Bei Cramer ὤ.
**) πάντων — ἔφη fehlen.
***) ἐν Σκύφῳ fehlt.
†) μοι.
††) Nicht im Etymologicum Gudianum, wie Cramer angiebt, steht Αἰγυπτί, sondern wohl in der Handschrift, die er vor sich hatte, aber mit dem Etymologicum verwechselte.
†††) οὕτως αὐτὸν διὰ fehlen.
§) τὸν Δία.

gleich mit den beiden vorhergegangenen Worten *οὕτως αὐτόν* fehlt, so dürfte die Stelle, wie so häufig, zwei mit einander vermischte Excerpte enthalten, deren eines bloss aus den Worten bestand *ἐν δὲ Αἰγυπτίοις οὕτως αὐτὸν τὸν Πλούτωνα καλεῖ*, das andere aber so lautete, *ἐν δὲ Ἱκέτισι τὸν Δία,*

> *τὸν γάιον,*
> *τὸν πολυξενώτατον*
> *Ζῆνα τῶν κεκμηκότων.*

p. 126 Damit fällt die Namenverwechselung und der schon an sich schwache Beweis, den man darauf gegründet hatte, weg. Es bleibt daher nur noch der Name der Aegypter selbst übrig, der einer so benannten Tragödie eine Stelle in dieser Trilogie verschaffen könnte.

Belus, der über Aegypten herrschte, hatte der Sage nach zwei Söhne, Aegyptus und Danaus. Den Aegyptus schickte er nach Arabien, Danaus blieb in Aegypten. Aegyptus erzeugte funfzig Söhne, Danaus funfzig Töchter. Später geriethen die beiden Brüder in Streit über die Regierung, und da die Söhne des Aegyptus als Freier der Töchter des Danaus auftraten, flüchtete sich Danaus mit seinen Töchtern nach Argos. Mit dieser Flucht beginnt die erste Tragödie. In Argos werden sie aufgenommen und ihnen Schutz zugesagt. Ein Herold der Aegyptiaden kommt und versucht die Danaiden mit Gewalt fortzuführen. Er wird nachdrücklich zurückgewiesen, und geht ab Krieg androhend. Damit endigen die Schutzflehenden. Aegyptus, wie Hygin, vermuthlich aus dem Aeschylus, erzählt, schickt seine Söhne nach Argos mit dem Befehl den Danaus umzubringen, oder ihm nicht wieder vor Augen zu kommen. Die Aegyptiaden bekriegen den Danaus in Argos, der zu schwach um Widerstand zu leisten ihnen die Töchter verspricht, wenn sie vom Krieg abstehen wollen. Sie nehmen das an; er aber, ihnen misstrauend, befiehlt seinen Töchtern ihre Männer in der Hochzeitnacht zu ermorden. Alle vollziehen den Befehl, die einzige Hypermnestra ausgenommen. Diess muss der Inhalt des zweiten Stücks gewesen sein, da das dritte Stück, die Danaiden, dem berühmten Gericht über die Hypermnestra und wohl auch über die Schwestern gewidmet war. Waren nun, wie man kaum zweifeln kann, die Söhne des Aegyptus

die handelnden Personen, so werden sie, wie in den Schutzflehenden die Danaiden, den Chor gebildet haben. Dann würde das Stück die Aegyptiaden heissen, und könnte nicht die Aegypter genannt sein. Aber, wird vielleicht jemand einwenden, wenn der Chor aus den Aegyptiaden bestand, und diese doch in dem Stücke ermordet wurden, so würde der letzte Akt keinen Chor gehabt haben. Entweder muss daher überhaupt der Chor aus dem ägyptischen Heere bestanden haben, das die Aegyptiaden nach Argos geführt hatten, oder diese Aegypter mussten nach der Ermordung der Aegyptiaden in die Stelle des Chors eingetreten sein. p. 127
Dagegen lässt sich weder etwas einwenden, noch kann man mehr als die Möglichkeit zugeben. Denn dass die Ermordung der Aegyptiaden in dieses Stück falle, darf man wohl um so zuversichtlicher annehmen, da ein Bruchstück der Danaiden, worin vom Erwecken der Bräutigame gesprochen wird, aus einer Erzählung des im vorhergegangenen Stücke Vorgefallenen genommen zu sein scheint. Dass die Handlung nicht an Einem Tage vollendet wird, hat der Dichter gewiss eben so geschickt von allem Auffallenden zu befreien gewusst, wie in den Eumeniden, wo die Flucht des Orestes von Delphi nach Athen zwischen die beiden Theile des Stückes fällt. Wenn wir also weder für den Namen der Aegypter noch gegen denselben einen Grund haben, so wird auch jeder andere passende Name in Frage kommen können. Ich kehre daher, ohne jedoch mehr als eine blosse Wahrscheinlichkeit behaupten zu wollen, zu den oben genannten *Θαλαμοποιοῖς* zurück. Es wurde für dieses Stück die Nachweisung einer Hochzeit erfordert, die zu einer erschütternden Katastrophe führe. Da nun wohl niemand im Stande sein wird, einen bedeutendern Bau von Hochzeitgemächern, ein grösseres Bedürfniss vieler Bauleute zu diesem Geschäft, und eine erschütterndere Katastrophe zu nennen, als dieser Fall darbietet, wo funfzig Paare an einem Tage Hochzeit machen, und neun und vierzig Männer ermordet werden, so wird die gestellte Forderung durch die Hochzeit der Danaiden als erfüllt angesehen, und behauptet werden können, dass, so lange nicht ein diese Hochzeit an Grösse und Schrecklichkeit übertreffender Fall namhaft gemacht werde, der Name *Θαλαμοποιοί* für keine Tragödie

besser zu passen scheine, als für das Mittelstück zwischen den Schutzflehenden und den Danaiden. Zugleich würden, nach dem, was bereits über dieses Stück gesagt worden ist, die *Θαλαμοποιοί* als der Chor zu betrachten sein, der nach der Ermordung der Aegyptiaden deren Stelle eingenommen habe, auf ähnliche Weise wie in den Eumeniden diese durch ihre Begleiter vertreten werden.

RETRACTATIONES ADNOTATORUM AD SOPHOCLIS PHILOCTETAM.*)

Quum Sophoclis Philoctetam iterum ederem, fieri non p. 3
potuit quin, brevi ad eam operam tempore concesso, alia me vitia laterent, alia minus feliciter tollerem, aliquando autem etiam quae sana sunt pro corruptis haberem. Ea igitur, quoniam muneris officium aliquid a me scribi postulat, retractare atque corrigere volo.

Ulixes postquam loci naturam descripsit, in quo habitaret Philoctetes, Neoptolemum accedere illuc iubet et videre sintne ea quae enumeravit isto in loco, an non sint. Id quibus verbis dicit, ea in libris sic scripta leguntur v. 22. *ἅ μοι προςελθὼν σῖγα σήμαιν' εἴτ' ἔχει χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ.* Illud *ἔχει* glossator interpretatus est *κατοικεῖ.* At tam insolens est ista locutio, *ἔχει πρὸς χῶρον*, ut non videatur ferenda esse. Neque vero coniungi possunt *προςελθὼν χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γε*, quae verba si coniungenda essent, non debebant alia, quae eorum coniunctionem impedirent, interponi. Latuit unius litterae levis corruptio, qua sublata restituitur verbis suus nitor:

ἅ μοι προςελθὼν σῖγα σήμαιν', εἴτ' ἐκεῖ
χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ.

Simul patet non opus fuisse ut Elmsleius scriberet *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδ' ἔτ'.*

Choro quaerenti quid se facere velit Neoptolemus, tam accommodate ille v. 144. respondet sex versuum anapaesticorum systemate, ut nulla appareat suspicio vitii. At mirum

*) Edita est a. 1841.

tamen est, quod non eadem est illorum ratio anapaestorum, qui antistropham sequuntur. Est quidem ibi quoque sex versuum, quos Neoptolemus dicit, systema, eiecto monometro, quem et propter verba et auctoritate codicis, quamquam unius, delendum iudicavi, sed praecedunt tres versus, quorum unus et dimidiatus Neoptolemi, tertius chori est. Quid igitur, si totidem versus, qui illis responderint, post stropham exciderunt? Id si factum est, facile quomodo negligi po-
p. 4 tuerint explicari potest. Nam quum *νῦν μὲν* prima sint illius systematis verba, idem duorum Neoptolemi dictorum initium caussa fuisse videatur, ut scribae oculi a priore ad alterum aberraverint. Consentaneum erat enim, ut ad ea, quae chorus quaerebat, responderet Neoptolemus, nunc quidem exspectandum esse usque dum adveniret Philoctetes, chorus autem porro quaereret, quid se interea facere oporteret. Apparet, recte tum Neoptolemum dicere: *νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον ἐσχατιαῖς προσιδεῖν ἐθέλεις ὅν τινα κεῖται, δέρκου θαρσῶν.*

V. 201. et 210. numeros habent plane inusitatos, quales non est credibile ab Sophocle esse profectos:

HM. εὔστομ' ἔχε, παῖ. NE. τί τόδε; HM. προὐφάνη κτύπος.
HM. ἀλλ' ἔχε, τέκνον. NE. λέγ' ὅ τι. HM. φροντίδας νέας.

Videtur uterque versus trimeter fuisse iambicus:

HM. εὔστομ' ἔχε, παῖ, μοι. NE. τί τόδε; HM. προὐφάνη κτύπος.
HM. ἀλλ' ἔχε, τέκνον, δή. NE. λέγ' ὅ τι. HM. φροντίδας νέας.

V. 214. Audacius compositum vocabulum est *ἀγροβότας*, in agris pascentem significans. Eo usus est etiam Euripides in Cyclope v. 55., nisi ibi propter adiectum *μηλοβότας* scribendum est *ἀγροβάτα*. Eiusdem generis in Philocteta v. 1148. est *χῶρος οὐρεσιβώτας*. Ceterum admirabili arte Sophocles, quoniam parum tragico habitu proditurus erat Philoctetes, primo Neoptolemum fecit inopem eius habitationem explorantem, deinde eam choro monstrantem, tum autem chorum miseram viri vitam describentem, quo, si tandem ipse appareret, non tam specie, quam malis quae toleraret miserabilis esset.

Nihil adnotavi ad haec, quae Philoctetes v. 271. dicit:

τότ' ἄσμενοί μ' ὡς εἶδον ἐκ πολλοῦ σάλου
εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς ἐν κατηρεφεῖ πέτρῳ
λιπόντες ᾤχοντο.

Incredibile enim putabam, haec verba, *ἐκ πολλοῦ σάλου*, cuiquam visum iri de maris iactatione, et non de dolorum ex ulcere violentia dicta esse, corrigendumque esse scholiastam, qui rectissime scripsit *κινήματος, πόνου.* Exempla translati ad alia significatus vel ipse Sophocles praebet in Oed. R. 24. Antig. 163.

Non opus est ut v. 305. Philoctetes tamquam ex mente Neoptolemi dicere putetur:

τάχ' οὖν τις ἄκων ἔσχε.

Valde alienum a tragico sermone illud acumen est, quo p. 5
Buttmannus v. 314. dicta putabat haec:

τοιαῦτ' Ἀτρεῖδαί μ' ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
ὦ παῖ, δεδράκασ'· οἷς Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν.

Neque hic nec v. 593. *Ὀδυσσέως βία* aliter quam *βίη Ἡρακληείη* atque alia huiuscemodi dictum est, minime ut de vi ab Ulixe aliis fieri solita cogitet Philoctetes. Illud vero non debebam vituperare, quod idem Buttmannus *αὐτοῖς* interpretatus est *ipsis*. Habet enim sane hoc pronomen, quod ei oppositum sit, quoniam optat Philoctetes, ut illi, qualia sibi mala paraverint, talia ipsi experiantur. Itaque non opus est Porsoni coniectura *οἵ' Ὀλύμπιοι θεοί*: quam si cui firmare videntur haec v. 274.

ῥάκη προθέντες βαιὰ καί τι καὶ βορᾶς
ἐπωφέλημα σμικρόν, οἷ' αὐτοῖς τύχοι,

non minus ea librorum scripturam firmare apertum est.

Ad haec, quae statim sequuntur v. 317.

ἔοικα κἀγὼ τοῖς ἀφιγμένοις ἴσα
ξένοις ἐποικτείρειν σε, Ποίαντος τέκνον,

non satis conveniunt illa in Odyss. XXII. 348. *ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥστε θεῷ*, in quibus latet haec sententia: *videris mihi deus esse.* Apud tragicos primae illius verbi personae exempla exstant in Oed. R. 744. in Aeschyli Prometheo v. 1006. in Agam. 1170. in Choeph. 916. in Euripidis Hecuba v. 813. in Cyclope v. 99.

Recte legitur v. 319.

ἐγὼ δὲ κἀυτὸς τοῖςδε μάρτυς ἐν λόγοις
ὡς εἴσ' ἀληθεῖς οἶδα,

nec quidquam in his soloecismi est. Testem se in his rebus esse dicit Neoptolemus.

Multum differt, si quid video, ab illis, de quibus modo ad v. 214. dicebam, hoc v. 343.

ἦλθόν με νηῒ ποικιλοστόλῳ μέτα
δῖός τ' Ὀδυσσεὺς χὠ τροφεὺς τοὐμοῦ πατρός.

Nam quum omnino rarum apud tragicos vocabulum est *δῖος*, tum neque Ulixem usquam ita appellatum memini, et, qui *δῖοι* vocantur, fere proprio significatu Iove prognati intelli-
p. 6 guntur. Quare hic quidem cum ironia quadam Neoptolemus, quo similiora veris loqui videatur, Ulixem isto Homerico praedicato notare putandus erit.

V. 417. Wunderus, quum ubique in hac fabula Ulixem non Sisyphi, sed Laertae filium dici scriberet, non meminerat eorum, quae Philoctetes dicit v. 625. et 1311.

Certissimum esse puto, non scripsisse Sophoclem v. 421. *τί δ' ὃς παλαιὸς κἀγαθός, φίλος τ' ἐμός.* Rationem reddidi in adnotatione: sed non bene cessit mihi emendatio. Scribendi sunt hi versus hoc modo:

τί δ', ὃς παλαιός, ἀγαθὸς φίλος τ' ἐμός,
Νέστωρ ὁ Πύλιος, ἔστιν; οὗτος γὰρ τάχ' ἂν
κείνων κἀκ' ἐξήρυκε βουλεύων σοφά.

Quum scriptum fuisset, ut solet, *ἀγαθός*, imperitus corrector, ut metrum fulciret, pervertit sententiam. Recte autem apteque dicit Philoctetes *ὃς παλαιός*. Nam quum alios florenti aetate viros non amplius in vivis esse accepisset, veretur ne, qui multis illos annis antecederet Nestor, nisi bello, certe senio obierit. Respondet ad ea Neoptolemus:

κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν
Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδος, ὅςπερ ἦν γόνος.

Aliam scripturam, *ὅςπερ ἦν μόνος*, commemoravit scholiastes, historiae eam repugnare monens. Videtur ea correctio esse cuiuspiam, qui sentiret absurdum esse *ὅςπερ ἦν γόνος*. Filium enim Nestoris esse Antilochum satis compertum habebat Philoctetes, ut quem in exercitu viderat ante quam erat Lemni relictus. Nihilo melius est, ac pene deterius, quod quibusdam placuit: *ὃς παρῆν, γόνος.* Nam nec tollit, quod absurdum est, et dictionem reddit etiam languidiorem. Aper-

tum est, eiusmodi quid illis verbis significatum esse, quod caussam contineret, ob quam acerbior esset huius filii mors Nestori. Animadverteram hoc, sed, quum quam minimum ab antiqua scriptura recedere vellem, non posui eam vocem, quam a poeta profectam esse verisimile sit. Nunc scribendum puto *ὅςπερ ἦν μέλων*. Nam, ut seni, opus erat Nestori qui eius curam gereret propugnaretque pro eo in proeliis. Id autem Antilocho potissimum conveniebat, qui et natu maior et fortior fratre Thrasymede erat. Testatusque est pietatem suam ipsa morte, quum defendens patrem in pugna occubuit.

V. 426. non intercedam ne *δύ' αὖ τόνδ' ἐξέδειξας* scri- p. 7
batur, modo ne vitiosissimum esse censeatur quod in libris est, *δύ' αὔτως δεῖν' ἔλεξας*. Nam *αὔτως* recte sic usurpari ostendunt haec Iliad. XXIII, 268. de lebete, *λευκὸν ἔτ' αὔτως*, et Sophoclis in Oed. R. 931. *αὔτως δὲ καὶ σύ γ'* (*ὄλβιος γένοιο*).

Philoctetes quum orans Neoptolemum ut se domum deducat v. 475. dicit:

τοῖσι γενναίοισί τοι
τό τ' αἰσχρὸν ἐχθρόν, καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές,

patet, ut *αἰσχρὸν* et *χρηστὸν* opponi inter se potuerint, non recte tamen opposita esse *ἐχθρὸν* et *εὐκλεές*. Speciosa est Dobraei coniectura, *εὐχερές* pro *εὐκλεές* scribendum esse. Verum tamen ne sic quidem quae ex omni parte iusta sit distinctio restituitur. Exspectatur enim *εὐφιλές*. Quod quum nulla cum probabilitate reponi possit, adsciscendum puto, quod in adnotatione posui,

τοῖσι γενναίοισί τοι
τό τ' ἐχθρὸν αἰσχρόν, καὶ τὸ χρηστὸν εὐκλεές.

Quae et facillima est correctio, praesertim quum *αἰσχρὸν* et *ἐχθρὸν* saepissime a scribis permutata sint, et commendatur eo, quod hanc sententiam declarat Philoctetes iis, quae statim subiicit:

σοὶ δ', ἐκλιπόντι τοῦτ', ὄνειδος οὐ καλόν·
δράσαντι δ', ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας,
ἐὰν μόλω 'γὼ ζῶν πρὸς Οἰταίαν χθόνα.

In eadem oratione v. 486. haec dicit Philoctetes:

ἀλλὰ μή μ' ἀφῇς
ἔρημον οὕτω χωρὶς ἀνθρώπων στίβον,
ἀλλ' ἢ πρὸς οἶκον τὸν σὸν ἔκσωσόν μ' ἄγων,

ἢ πρὸς τὰ Χαλκώδοντος Εὐβοίας σταθμά.
κἀκεῖθεν οὔ μοι μακρὸς εἰς Οἴτην στόλος
Τραχινίαν τε δεράδα καὶ τὸν εὔροον
Σπερχειὸν ἔσται.

Non est veri simile ut in Scyrum potius, quam suam in patriam asportari cupiat Philoctetes. Quare Sophoclem scripsisse credo *πρὸς οἶκον τὸν ἐμόν*. In iisdem versibus quod ex Toupii coniectura recepi *δεράδα*, nec temere damnandum arbitror, nec tamen quo exemplo defendam habeo, quum et hic et ubicumque illud vocabulum invenitur libri *δειράδα*
p. 8 praebeant. Quod si non ferendum videatur *δεράδα*, certe quod Wunderus ponere ausus est *Τραχίνιόν τε πρῶνα*, non puto cuiquam probatum iri, sed rectius fortasse scribetur *Τραχινίαν τε δειράδ' ἐπὶ τὸν εὔροον Σπερχειόν*.

Homo quem naucleri habitu Ulixes ad Neoptolemum misit, v. 542. sic illum alloquitur:

Ἀχιλλέως παῖ, τόνδε τὸν ξυνέμπορον
ὃς ἦν νεὼς σῆς σὺν δυοῖν ἄλλοιν φύλαξ
ἐκέλευσ' ἐμοί σε ποῦ κυρῶν εἴης φράσαι.

Non putaveram quemquam, qui non argutias quaereret, *τόνδε τὸν ξυνέμπορον* aliter intellecturum esse, quam ut esset *hunc qui mecum huc venit.* Et tamen Buttmannus quibusdum persuasit, ut Neoptolemi socium navalem dici crederent. Est ille quidem unus ex illis, sed hic comes vocatur simulati naucleri.

Paullo post nauclerus iste dicit v. 549.

ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας ὅτι
σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες.

Ita libri: quae scriptura tantum abest ut vitiosa sit, ut Dobraeus, quamvis acuti vir iudicii, perversissime iudicaverit scribendum esse *ὅτι σοὶ πάντες εἶεν συννεναυστοληκότες*. Prorsus enim nihil ad rem attinebat omnes cum Neoptolemo navigasse sive Myrmidones sive Scyrios, sed hoc erat dicendum, Neoptolemi milites esse omnes qui cum eo navigassent, neque inter eos esse ullos ex ceterorum ducum popularibus. Nam sic demum nauclerus tuto referre poterat, quae erat narraturus. Aliter verendum erat, ne proditis Achivorum consiliis poenas daret.

V. 553. legitur ex Io. Aurati emendatione:

οὐδὲν σύ που κάτοισθα τῶν σαυτοῦ πέρι
ἃ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ νέα
βουλεύματ᾽ ἐστί, κοὐ μόνον βουλεύματα,
ἀλλ᾽ ἔργα δρώμεν᾽, οὐκ ἔτ᾽ ἐξαργούμενα.

In libris est *ἀμφὶ σ᾽ οὕνεκα.* Id quamquam et facillime et elegantissime correxit Auratus, non ausim tamen nihil verius ista emendatione esse contendere. Apparet enim non minus recte scribi potuisse: *ἐν τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σ᾽ οὕνεκα βουλεύματ᾽ ἐστί.*

Poenitet me quod versus 637. 638. Philoctetae esse sivi, neque, ut in prima editione feceram, choro dedi:

ἴωμεν· ἥ τοι καίριος σπουδή, πόνου p. 9
λήξαντος, ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.

Vellem Wunderus gravissima illa argumenta, quibus id non recte factum esse contendit, protulisset potius, quam tum se prolaturum dixisset, ubi ego, cur ab librorum auctoritate discessissem, exposuerim. Duae caussae sunt, quae chori, non Philoctetae esse hos versus postulent, una, quod nihil aliud continent, quam quod modo dixerat Philoctetes; altera, quod istiusmodi sententiosa dictio, quae propria est chori tragici, ubique inseri solet, ubi quae inter scenicas personas acta sunt ad mutandum rei statum inclinant.

Non recte procedunt haec v. 641.

ΦΙΛ. ἀεὶ καλὸς πλοῦς ἔσθ᾽, ὅταν φεύγῃς κακά.
ΝΕ. οὔκ· ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ᾽ ἐναντία.

Itaque Doederlini coniecturam *οἶδ᾽* in locum negativae particulae intulit Wunderus. Nihil opus erat ista mutatione, coniunctis verbis in unam sententiam interrogativam:

οὐκ ἀλλὰ κἀκείνοισι ταῦτ᾽ ἐναντία;

Quod saepennumero fit, ut, dum non videmus quod ante pedes est, longinqua quaeramus, id accidit in initio carminis chorici, quod est v. 676. Id sic est scribendum:

λόγῳ μὲν ἐξήκουσ᾽, ὄπωπα δ᾽ οὐ μάλα
τὸν πελάταν λέκτρων ποτὲ τῶν Διὸς
Ἰξίονα κὰδ δρομάδ᾽ ἄμπυκα δέσμιον ὡς ἔβαλεν
παγκρατὴς Κρόνου παῖς.

Finis quoque strophae corruptus est. Libri praebent: *τόδε θαῦμ᾽ ἔχει με, πῶς ποτέ, πῶς πότ᾽ ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων, πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν.*

In quibus haec, *τόδε θαῦμ' ἔχει με*, aliquid vitii per interpretes videntur contraxisse. *Πῶς ἄρα* autem quis non praegresso duplici *πῶς ποτὲ* languide adiectum censeat? Vitii suspicionem facit codex Riccardianus, in quo est *πῶς ἐστιν ἄρα*. Credo ego quidem finem strophae hos versus habuisse:

ἀλλ' ἴσος ἐν γ' ἴσοις ἀνὴρ
ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως· θαῦμα δ' ἔχει,
πῶς ποτέ, πῶς πότ' ἀμφιπλή-
κτων ῥοθίων μόνος κλύων,
p. 10 *εἶτ' ἄρα πανδάκρυτον οὕ-*
τω βιοτὰν κατέσχεν.

Ita in Oed. Col. 1744. *μόγος ἔχει.*

Gravioribus vitiis plena est antistropha. In qua primum illa, *οὐδέ τιν' ἐγχώρων, κακογείτονα παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν αἱματηρόν*, non modo pedis unius iacturam fecerunt, sed etiam omnem modum excedente audacia, qua *στόνος* dictus est *βαρυβρὼς* et *αἱματηρός*, corruptionem produnt. Restitui his et metra sua et iusta sententia potest invento quod excidit apto vocabulo:

ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος, οὐκ ἔχων βάσιν,
οὐδέ τιν' ἐγχώρων, κακογείτονα
παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον σφάκελον βαρυβρῶτ' ἀποκλαύ-
σειεν αἱματηρόν.

Non indiget exemplis usitatissimum tragicis genus loquendi, quo verbum accusativo iunctum alium regit accusativum, ut hic, quod dici poterat *παρ' ᾧ κακογείτονι στόνῳ ἀντιτύπῳ σφάκελον βαρυβρῶτα αἱματηρὸν ἀποκλαύσειεν*. In primo versu Bothius inventum suum, *πρόσουρον οὐκ ἔχων βάσιν*, quod sensu cassum est, ipse postea reiecisse videtur. Sunt illa *ἵν' αὐτὸς ἦν πρόσουρος* ad *ῥόθια* referenda, quibus ipse solus vicinus erat Philoctetes. Neque *οὐκ ἔχων βάσιν* corruptum putasset Wunderus, si cogitasset, aliud esse rectis pedibus utentem longius progredi usque dum habitata hominibus loca inveniat, aliud aegre et maximo cum tabescentis pedis cruciatu provolvi.

Multo magis depravata sunt quae sequuntur: *οὐδ' ὃς τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι, φορβάδος ἔκ τε γᾶς ἑλεῖν. ἕρπει γὰρ ἄλλοτ' ἄλλᾳ τότ' ἂν εἰλυόμενος, παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας, ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρχοι πόρον, ἀνίκ'*

ἐξανίησι δακέθυμος ἄτα. Sed in his quum bonam scripturam ἄλλοτ' ἄλλον, quod ad πόρον referatur, scholiastes servaverit, apte corrigi omnia possunt remoto, quod ab interpretibus adiectum esse vix dubitari potest ἕρπει γάρ. Nisi enim mea me fallit opinio, sic erant illa ab Sophocle scripta:

οὐδ' ὃς θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων
ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
κατευνάσειεν, εἴ τις ἐμπέσοι,
φορβάδος ἐκ δὲ γᾶς ἑλεῖν
ἄλλοτ' ἄλλον ἂν τότ' εὐλυόμενος, p. 11
παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθή-
νας, ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρ-
χοι πόρον, ἀνίκ' ἐξανεί-
η δακέθυμος ἄτα.

Cohaerent haec cum illis, οὐκ ἔχων βάσιν, οὐδέ τιν' ἐγχώρων, hac sententia: *non habens incedendi facultatem, neque incolarum quemquam, apud quem infestante vicina reciproco gemitu graviter exedentem cruentam gangraenam defleret, nec qui calidissimum sanguinis profluvium lenibus herbis sopiret, si quod incideret, sed, ut ex herbido loco decerperet, alio tempore alia tum provolutus, veluti puer sine cara nutrice, unde levamen esset via, quum remisisset animum excrucians malum.*

V. 725. scribendum ὄχθας ex Flor. 1., in quo est ὑπὲρ ὄχθας. Quae ibi sequuntur, ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς πλάθει πᾶσιν, in iis frustra defenditur perineptum illud nec strophico metro conveniens πᾶσιν. Si, quod ego posui, πάλαι, non verum est, eleganter scribi poterit: ἵν' ὁ χάλκασπις ἀνὴρ θεοῖς πλάθει θεός. Eoque fortasse spectant corrupta scholiastae verba: ὅπου ὁ ἐκθεωθεὶς ἀνὴρ πελάζεται πᾶσι.

V. 733. scribendum τί δ' ἔστιν; sic etiam v. 753.

Non adducor ut v. 734. vulgatam scripturam probem:

ΝΕ. μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς παρεστώσης νόσου;
ΦΙΛ. οὐ δῆτ' ἔγωγ'· ἀλλ' ἄρτι κουφίζειν δοκῶ.

Pugnant enim ipsa secum, quae Philoctetes dicit. Praeterea cur optima optimorum librorum scriptura ἴσχει in ἴσχεις mutata fuerit, apertum est. Itaque Philoctetae versus fortasse sic corrigendus est:

οὐ δῆτ' ἔτ', οὐκ· ἀλλ' ἄρτι κουφίζειν δοκῶ.

Ubi Neoptolemus ex Philocteta quaesivit, cur tantos eiulatus et gemitus edat, sic illi inter se colloquuntur v. 753.:

ΦΙΛ. οἶσθ', ὦ τέκνον. ΝΕ. τί δ' ἔστιν; ΦΙΛ. οἶσθ', ὦ παῖ. ΝΕ. τί σοι; ΦΙΛ. οὐκ οἶδα. ΝΕ. πῶς οὐκ οἶσθα; παππαπαππαπαῖ.

Vereor ne non recte *οὐκ οἶδα* Neoptolemo, *πῶς οὐκ οἶσθα* autem Philoctetae tribuerim. Quae dictorum distributio etsi bene cum praegressis conspirat, tamen nescio an altera multo accommodatior sit exprimendae doloris vehementiae. Quo acriores sunt dolores, quoque difficilius reprimitur eiulatus, eo parciores verborum sunt qui doloribus cruciantur, prae-
p. 12 sertim dissimulare cupientes. Ita Philoctetes formidans eloqui quod res est, primo iterat *οἶσθα,* quo coniiciendum relinquit Neoptolemo id, quod profari veretur. Amplius autem instante illo, simulque aggravescente vi doloris, vix sui compos, nescire se ait, quo plane respondendi necessitatem effugiat. Dum id miratur Neoptolemus, iam se amplius continere nequit, sed victus immensa vi cruciatuum terribili cum palpitatione oris ingentem eiulatum tollit. Sed quid fiet illis verbis, *τί σοι;* cuiusmodi quaestio plane insolita est? Quod si quis forte haec cum praecedentibus ita iungenda putabit, *τί δ' ἔστι, τί σοι;* facile sentiet, quam id languidum sit. Quare scribendum existimo *τί τοι;* Non habeo quidem exemplum in promptu huius particulae in quaerendo usurpatae, negatque inveniri A. Meinekius ad Theocrit. II. 20., sed tamen apta esse videtur quaestioni indignabundae, ob iterata inania responsa. Cuiusmodi quaestioni quam rara veniat opportunitas, per se patet.

V. 759. Philoctetes, ut in optimo codice *Γ* scriptum, ita de morbo suo loquitur:

ἥκει γὰρ αὕτη διὰ χρόνου πλάνης ἴσως
ὡς ἐξεπλήσθη. ΝΕ. ἰὼ ἰὼ δύστηνε σύ.

Plerique libri et scholiastes *πλάνοις:* deinde alii semel *ἰώ,* Tricliniani *φεῦ, ἰώ,* quae Triclinii correctio est. Recte Welckerus in museo philol. Rhenano I. p. 450. sqq. contra eos, qui *πλάνοις ἴσοις* scripserunt, monuit, nihil Sophoclem de paribus intervallis, quibus aestuet ulcus, dicturum fuisse, quod id nihil ad rem faciat. Sed quod ipse, quum *ἕως ἐξεπλήσθη* scribi vult, impetum doloris pariter ut vagos mendicos accedere, statimque ut iis satisfactum sit abire dici putat, non credo eum cuiquam persuasurum. Neque id Sophocles *πλάνοις ἴσως,* sed *πλάνου δίκην* vel *πλάνης ὅπως* dixisset.

Si sana est librorum scriptura, nam *πλάνοις* et *πλάνης* eodem redeunt, temere advenire, pariter ut temere expleatur, dicitur impetus doloris. *Ἰὼ ἰὼ* servandum duco, quod neque hiatus ex interiectione, ubi persona mutatur, neque correptio in priore *ἰὼ* habet quod iure vituperetur.

Versum 782. quum vix dubitari possit eo corruptum esse, quod *δέδοικα* ex interpretatione illatum erat, re denuo perpensa, verisimilius puto sic scriptum fuisse:

ἀλλ' ἤδε γ', ὦ παῖ, μὴ 'τελὴς εὐχὴ δέος. p. 13

V. 827. quamvis et libri et Eusthatius *ἀλγέων* tueantur, tamen scribendum puto metri antistrophici indicio:

ὕπν' ὀδύνας ἀδαὴς, ὕπνε δ' ἄλγεος.

Illa autem verba v. 830.

ὄμμασι δ' ἀντίσχοις τάνδ' αἴγλαν
ἃ τέταται τανῦν,

recte interpretari videtur Lobeckius, qui in Actis Soc. Gr. II. p. 311. haec scripsit: »equidem nescio an spectatores, quum Philoctetam plena luce diei circumfusum viderent, hanc potius significari crediderint, quam caliginem, quae dormientis oculos obsidebat; quapropter suspicor *ἀντίσχειν* significationem habere *ἐκ τοῦ παρεπομένου* obtendendo arcere: *obtenta nube soporis ab oculis Philoctetae prohibeas radios solis late splendentis.*« Qui sequitur versus, sic scribendus est:

ἴθι δ', ἴθι μοι παιών.

V. 850. vereor ne non recte versum integraverim. Est illa carminis pars sic potius scribenda:

ἀλλ' ὅτι δύνᾳ μάκιστον,
κεῖνο δή μοι, κεῖνο λάθρᾳ τούτου γ'
ἐξιδοῦ, ὅπερ πράξεις.
οἶσθα γὰρ ᾧ γ' αὐδῶμαι,
εἰ ταὐτὸν τούτῳ γνώμαν ἴσχεις,
μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη.

ταὐτὸν bona emendatio est Wunderi. Ne cui *γε* in *ᾧ γε* offensui sit, cogitet sententiam hanc esse: *εἰ τούτῳ γε, ᾧ αὐδῶμαι, ταὐτὸν γιγνώσκεις.*

Non videtur dubitari posse, quin quae v. 855. seqq. leguntur, systema dactylicum sint cum solito exitu in iambos. Eius partem ordine versuum mutando recte me restituisse puto, sed reliqui vitia quaedam, nominatim hoc, *οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων,* quod aut addi aliquid ad *οὔ τινος,*

aut *οὔ τινος* ante *οὐ χερὸς* poni, aut alia ratione emendari postulabat; deinde *ἀλεὴς ὕπνος*, quod exemplo caret; tum etiam quod *φθέγγει* eieci. Nunc illud systema sic scribendum puto:

οὖρός τοι, τέκνον, οὖρος· ἀνὴρ δ' ὅδ' ἀν-
όμματος, οὐδ' ἔτ' ἔχων τίν' ἀρωγὰν
οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔτινος ἄρχων,
ἀλλά τις ὡς Ἀΐδᾳ παρακείμενος
ἐκτέταται· νύχιος δ' ἀδεὴς ὕπνος
p. 14 *ἐσθλὸς ἐπ' ἔργῳ· ὅρα, βλέπε· καίρια δ'*
οὐ φθέγγει; τὸ δ' ἁλώσιμον ἁμᾷ
φροντίδι, παῖ, πόνος
ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος.

In his *ἀλλά τις ὡς Ἀΐδᾳ* Wundero debetur. *Ἀδεὴς* autem praeclara est emendatio, quam mecum communicavit G. Bernhardy. Quod *ἐπ' ἔργῳ* addidi, non feci quod id certo ab Sophocle positum putaverim, sed quod eo ducere videbatur explicatio scholiastae: *ὕπνος σύμφορος ἡμῖν ἐστι καὶ τοῖς πράγμασιν ἀγαθός.*

V. 895. scribere debebam:

τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἢ λέγοιν τοὐνθένδε γε;

Haec optativi forma, de qua Etym. M. in *τρέφοιν*, et Porsonus in Dobraei addendis ad Aristoph. Eccles. 607. aliique dixerunt, reposita a me in Euripidis Helena v. 271. restituenda est etiam Diphilo apud Athenaeum XIII. p. 581. F.

διὰ τοῦθ' ὑπέμεινα πολὺ λαβοῦσα χρυσίον,
ἐφιλοσόφησά θ', ἵν' ἄκρον ὡς μάλιστα καὶ
ἐλάχιστον αὐτοῦ περιλάβοιν τοῦ σώματος.

Quae v. 915. dicit Neoptolemus:

οὐδέν σε κρύψω· δεῖ γὰρ ἐς Τροίαν σε πλεῖν
πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τὸν Ἀτρειδῶν στόλον,

ex his tantum abest ut posterior versus eiiciendus sit, ut eius adiectione eximie ostenderit Sophocles, quam penitus perspectam habuerit animi humani naturam. Nam ubi quis semel ab se impetravit ut proferat quod celare iussus erat, iam, quasi expiaturus non recte factum, non aliquid, sed omnia cupit effundere. Nihil ad rem faciunt v. 112. 941.

Mirum, quod spuria, tamquam cadavera, olfacere gestientes nullus afflavit odor ex versu, qui medius est in his, quae v. 938. leguntur:

ὑμῖν τάδ᾽, οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ᾽ ὅτῳ λέγω,
ἀνακλαίομαι παροῦσι τοῖς εἰωθόσιν,
οἷ᾽ ἔργ᾽ ὁ παῖς μ᾽ ἔδρασεν οὑξ Ἀχιλλέως.

Potuit ille certe omitti.

V. 967. praestat, quod Flor. *Γ*. praebet:

ἐλέησον, ὦ παῖ, πρὸς θεῶν, καὶ μὴ παρῇς
σαυτὸν βροτοῖς ὄνειδος, ἐκκλέψας ἐμέ.

Ceteri libri σαυτοῦ.

V. 981. quum Philoctetes arcum ab Neoptolemo repe- p. 15
tivit, Ulixes haec dicit:

τοῦτο μὲν,
οὐδ᾽ ἢν θέλῃ, δράσει ποτ᾽· ἀλλὰ καὶ σὲ δεῖ
στείχειν ἅμ᾽ αὐτοῖς, ἢ βίᾳ στελοῦσί σε.

Non apparet qui sint illi, qui Philoctetam, nisi cum iis abeat, vi abducturi sint. Neque enim ulla eorum mentio praecessit. Satellites Ulixis esse sero cognoscimus, respondente Philocteta:

ἔμ᾽, ὦ κακῶν κάκιστε καὶ τολμήστατε
οἵδ᾽ ἐκ βίας ἄξουσι;

Hinc non dubitandum videtur, quin adiectum ab interprete αὐτοῖς expulerit verba quae necessaria erant:

ἀλλὰ καὶ σὲ δεῖ
στείχειν ἅμ᾽ ἢ βίᾳ στελοῦσιν οἵδε σε.

Non recte autem iste interpres: debebat enim αὐτῷ adscribere, quod cum Neoptolemo abeundum Philoctetae esse Ulixes dicit.

Recte G. Bernhardy v. 1003. scribendum censet ξυλλάβετον αὐτόν.

V. 1007. scribendum:

ὦ μηδὲν ὑγιὲς μηδ᾽ ἐλεύθερον φρονῶν,
οἷ᾽ αὖ μ᾽ ὑπῆλθες, ὅς μ᾽ ἐθηράσω, λαβὼν
πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδ᾽ ἀγνῶτ᾽ ἐμοί.

Ὅς μ᾽ admonuit me scribendum esse G. Bernhardy.

Non recte explicavi haec v. 1016.

καὶ νῦν ἔμ᾽, ὦ δύστηνε, συνδήσας νοεῖς
ἄγειν ἀπ᾽ ἀκτῆς τῆσδε.

Idem est enim ac si dixisset συνδεθέντα.

Quod v. 1076. scriptum est:

χρόνον τοσοῦτον, εἰς ὅσον τά τ᾽ ἐκ νεὼς
στείλωσι ναῦται,

usitata assimilatione dictum videtur pro *τὰ ἐν τῇ νηῒ ἐκ νεώς*, malum, vela, in navi reposita erectum atque in altum sublatum iri significans.

In vexatissimo loco, qui est v. 1092., in quo non dubium est de avibus sermonem esse, adiectivo *πτωκάδες* suum deest substantivum, illa autem, *εἴθ' αἰθέρος ἄνω*, metro non
p. 15 conveniunt. Videtur *αἰθέρος* ex interpretum explicationibus esse illatum. Quapropter scribendum coniicio:

ὅθ' αὗταί γ' ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἐλῶσ'· ἔτ' οὐ γὰρ ἴσχω.

Miser sum, inquit Philoctetes v. 1103.

ὅς ἤ-
δη μετ' οὐδενὸς ὕστερον
ἀνδρῶν εἰςοπίσω τάλας
ναίων ἐνθάδ' ὀλοῦμαι.

At neque *ὕστερον* ab *εἰςοπίσω* quidquam differt, et ultimam in *ὕστερον* oportebat longam esse. Quapropter scribendum *ὑστερῶν*. Eadem metri ratio suspicionem facit v. 1125. antiquum ordinem versuum hunc fuisse:

γελᾷ μου, χερὶ πάλλων
τὰν οὐδείς ποτ' ἐβάστασεν,
τὰν ἐμὰν μελέου τροφάν.

Ceterum non praeferam, quod Wesselingio in Obss. II. 17. placebat, *τροφόν*.

V. 1132. iam Erfurdtius in ed. maiore reposuerat *ἄρθμιον*.

V. 1138. scribere debebam:

μυρί' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ', ὅσ' ἐφ' ἡ-
μῖν κάκ' ἐμήσατο Ζεύς.

V. 1144. recte Georgius Thudichum *τῶνδ' ἐφημοσύνᾳ*.

Quod v. 1149. scriptum est,

φυγᾷ μ' οὐκέτ' ἀπ' αὐλίων
πελᾶτ'· οὐ γὰρ ἔχω χεροῖν
τὰν πρόσθεν βελέων ἀκμάν,

(sic enim nunc scribendum censeo) G. Bernhardy commodius quam alii interpretatur: *non amplius fugientes ab antro ad me accedetis*, accusativi cum *πελάζειν* iuncti exempla afferens Oed. Col. 1060. Eurip. Androm. 1167.

V. 1163. Antiqua quae huic loco inhaerent vitia quo-

modo removenda essent, nunc demum mihi videor perspexisse. Scribendum puto:

πρὸς θεῶν εἴ τι σέβει ξένον πελάσσαι p. 17
εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν,
ἄλλᾳ γνῶθ', εὖ γνῶθ' ὅτι, σ' οὐ
κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν.
οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν, ἀδαὴς δ'
ἴσχειν μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ.

Σέβειν et *σέβεσθαι* etiam infinitivis iungi notum est. *Εὖ γνῶθ' ὅτι* confirmandi caussa in medio posita sunt. Cohaerent enim haec: *ἄλλᾳ γνῶθί σ' οὐ κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν. Ἴσχειν* in ultimo versu est *cohibere*. Id per errorem in quibusdam libris in *ὀχεῖν* versum erat. Opposita inter se sunt *βόσκειν* et *ἴσχειν*.

Non potest credi Philoctetam, quamvis insanientem ulceris doloribus, haec dicere v. 1207.

κρᾶτ' ἄπο πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί.

Quis enim totum caput, quasi partem capitis possit, sibi abscindat? quin omnino caput quis sibi amputet? quod ne quo modo quidem se effecturum speret intelligitur. Id credo Sophocles scripserat:

χρῶτ' ἄπο πάντα καὶ ἄρθρα τέμω χερί.

V. 1243. scribendum erat e Cod. Laur. c. *ἐν δὲ τοῖς ἐγώ.*

V. 1247. scribere debebam:

καὶ πῶς δίκαια σ', ἄλαβες βουλαῖς ἐμαῖς,
πάλιν μεθεῖναι ταῦτα;

V. 1251. errore veteris scribae *φόβον* positum puto pro *στρατόν*. Nam sic haec dici consentaneum erat:

ΟΔ. στρατὸν δ' Ἀχαιῶν οὐ φοβεῖ πράσσων τάδε;
ΝΕ. ξὺν τῷ δικαίῳ τὸν σὸν οὐ ταρβῶ στρατόν.

Ita Euripides in Heraclidis v. 285 *τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ.*

Quod ad v. 1337. scripsi, magnae negligentiae culpam admisisse Sophoclem, si Neoptolemum hic fecisset Philoctetae de Heleno, tamquam de quo illi nihil dum auditum esset, narrantem, quum tamen eadem, quae nunc refert, Philoctetam iam ex simulato nauclero cognovisse ipse praesens audiverit v. 604. seqq. ea negligentia tanta est, ut nullo pacto imputanda esse consideratissimo poetae videatur, sed, quod iam tum significavi, ita debet haec dicere Neoptolemus

p. 18 ut vera esse, quae Philoctetes se ficta accepisse credebat, affirmaret. Nam quod Wunderus ait, sapienter Sophoclem non fecisse Neoptolemum ad naucleri dicta respicientem, ne Philoctetae in mentem revocaret turpissimam fraudem, id per se corruit, quia plane fieri nequit, ut Philoctetes, quum eadem ex Neoptolemo audit, quae paullo ante ab nauclero acceperat, non recordetur illius narrationis. Quapropter ego quidem sic scripsisse Sophoclem puto:

ἀνὴρ γὰρ ὄντως ἔστιν ἐκ Τροίας ἁλούς.

Quum excidisset *ὄντως*, integratus est versus inserto *ἡμῖν*.

Non debebam eiicere, quae de Aiace dicta sunt in his v. 1363.

χρῆν γάρ σε μήτ' αὐτόν ποτ' ἐς Τροίαν μολεῖν,
ἡμᾶς τ' ἀπείργειν, οἵ γέ σου καθύβρισαν
πατρὸς γέρας συλῶντες, οἳ τὸν ἄθλιον
Αἴανθ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ
Ὀδυσσέως ἔκριναν.

Falsum est enim, quod Brunckius putabat, Aiacem ante Achillem fato functum significari v. 412. Bene defensa sunt illa verba ab Erfurdtio et olim a Wundero, novissime autem a Sommero. Neque in verbis erat, quod indignum Sophocle esse censeretur. Quamquam vellem Aiacem hic *τὸν ἄλκιμον Αἴαντα* potius quam *τὸν ἄθλιον* vocari. Nam si, ut Sommero placet, propter arma ei non adiudicata *ἄθλιος* dicitur, perversi aliquid in sententia inest, quia non miser erat, antequam posthabitus est Ulixi, sed postquam ille ei est praelatus. Quare, si *τὸν ἄθλιον* scripsit Sophocles, nescio an id vocabulum rectius ad mortem Aiacis referatur, quam doleat Philoctetes: cui etsi ignota erat caussa eius mortis, tamen spectatoribus non poterat non in mentem venire.

Non pugnant inter se versus 1371. quo de patre suo ut vivo loquitur Philoctetes, et v. 1212. quo se eum apud mortuos quaesiturum dicit. Illo enim loco omnia desperavit.

V. 1384. fortasse aliquis scriptum fuisse suspicetur:

λέγεις δ' Ἀτρείδαις ὄφελος ἢ κἀμοὶ τάδε;

Quum v. 1407. in libris antiquis scriptum sit: *N. πῶς λέγεις; Φ. εἴρξω πελάζειν σῆς πάτρας. N. ἀλλ' εἰ δρᾷς ταῦθ' ὥςπερ αὐδᾷς, στεῖχε προςκύσας χθόνα*, in quibus cod. Ven. habet *εἰ δρᾷς τάδ' ὡς αὐδᾷς:* vereor ne plura resecta sint

quam debebant. Quid enim si istae reliquiae sunt attriti p. 19
antiquissimi codicis? Optime enim sic integrata procedent:

N. πῶς λέγεις; *Φ.* εἴρξω πελάζειν σῆς πάτρας. *N.* αἰνῶ
τάδ᾽, ὡς,
εἴ γε δρᾷς τάδ᾽ ὥςπερ αὐδᾷς, στεῖχε προςκύσας χθόνα.

Sic αἰνῶ τάδε supra dictum v. 889.

Non videntur vitio vacua esse haec v. 1428.

πέρσεις τε Τροίαν σκῦλά τ᾽ εἰς μέλαθρα σὰ
πέμψεις, ἀριστεῖ᾽ ἐκλαβὼν στρατεύματος,
Ποίαντι πατρὶ πρὸς πάτρας Οἴτης πλάκα.
ἃ δ᾽ ἂν λάβῃς σὺ σκῦλα τοῦδε τοῦ στρατοῦ,
τόξων ἐμῶν μνημεῖα πρὸς πυρὰν ἐμὴν
κόμιζε.

Nam illud τοῦδε τοῦ στρατοῦ, quod non potuisse de Graeco exercitu dici patet, debebat τοῦ Τρώων στρατοῦ dici, quum praesertim de Graeco exercitu modo dictum esset στρατεύματος. Omnino autem non poterat τοῦδε adiici, quasi aut de praesente, aut de quo modo sermo fuisset. Nimirum στρατοῦ alienum ab hoc loco est. Scripserat, credo, Sophocles τοῦδε τοῦ στόλου. Nam quae Philoctetes hac, in quam educitur, expeditione ipse sibi capturus est spolia, ad rogum Herculis deponere iubetur.

Valde nec sine caussa torserunt criticos illa v. 1443.

ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς,
κἂν ζῶσι κἂν θάνωσιν, οὐκ ἀπόλλυται.

Nullo modo admitti potest Tyrwhitti opinio, συνθνήσκειν esse *simul ad Orcum descendere*, quae ratio loquendi et usui et sanae rationi repugnat, quod mori cum aliquo non potest ullo pacto significare ita aliquem ad Orcum comitari, ut, quod comitatur, non moriatur, sed vivum vigere pergat. Itaque aut Toupii coniectura probanda esset, οὐ γὰρ ηὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς, quae neque ab libris quidquam praesidii habet, et facit ut abiiciendus sit qui sequitur versus, aut quaerenda est via, qua et hic versus et omissio negationis in praecedente versu possit sustineri. Ea sponte se offert, si adscita Ellendtii coniectura κἂν ζῶσι κἂν θανοῦσιν unius in priore versu litterae neglectu factum putabimus, ut corrector restituendae sententiae caussa in altero aliud ponendum pu- p. 20
taret verbum, quam quod a poeta scriptum fuerat. Aptissime enim haec sic corrigi possunt:

ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκειν βροτοῖς
κἂν ζῶσι κἂν θανοῦσιν οὐκ ἐπίσταται.

Et inter vivos et inter mortuos mori cum hominibus nescit pietatis honos. Manet enim vivitque apud utrosque pie factorum memoria. Ut ἀρετὴ saepenumero, atque hac ipsa in fabula v. 1420. de praemio et gloria virtutis dicitur, sic quae hic εὐσέβεια vocatur laudem pietatis esse apto exemplo monuit Wunderus Electrae versibus 968. 969.

πρῶτον μὲν εὐσέβειαν ἐκ πατρὸς κάτω
θανόντος οἴσει τοῦ κασιγνήτου θ' ἅμα.

Illa autem usitatissima est locutio, οὐκ ἐπίσταται: vid. Aeschyl. Prom. 1031. Agam. 971. 1075. Sophocl. Ai. 869. Eurip. Alc. 566.

EURIPIDES.

DE QUIBUSDAM LOCIS EURIPIDIS TROADUM.*)

Errare dicit Aristoteles eos qui Euripidem vituperent p. 3
quod multae eius tragoediae in res adversas exeant: id enim eum recte fecisse eo comprobari, quod tales tragoediae in theatrum productae atque in certamen commissae, si bene factae sint, maxime tragicae esse videantur. Quod etsi verum est, tamen quod addit, *καὶ ὁ Εὐριπίδης, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραγικώτατός γε τῶν ποιητῶν φαίνεται,* haud magnam continet laudem poetae. Quum enim multae eius tragoediae in iis argumentis versarentur, quae iam ab aliis erant poetis tractatae, ad cetera, quae illo tempore tragoediam ad communis vitae tenuitatem deprimebant, hoc quoque accedebat, ut quae prius et famae et naturae convenienter composita fuerant, augendis cumulandisque malis supra modum atrocia et miserabilia redderentur. Ita factum est ut Euripides saepius plurium fabularum argumenta in unam tragoediam coniungeret, ut in Hecuba, de qua id ipse professus est haud ambigue, quum illam mulierem dicentem fecit:

> *ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,*
> *ἂν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρήκην,*
> *ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων*
> *εἶδον.*

Est tamen ubi id non male instituerit, ut in Troadibus, in qui-

*) Edita est a. 1847.

bus luctuosissimum regni Troiani interitum eximie descripsit eo, quod captivas mulieres Troianas sortito Graecis distributas fecit, in iisque regias virgines Cassandram Agamemnoni datam, Polyxenam in tumulo Achillis iugulatam, nurum Hecubae Andromacham Neoptolemo nuptum concessam, filiumque eius Astyanactem de muro praecipitatum, ipsam grandaevam regis Priami coniugem Hecubam, orbatam omnibus quos suos numeraverat, servam detestatissimo inimico Ulixi destinatam, denique omnes quae superstites erant, praeter abductam modo ab Neoptolemo Andromacham, in-
p. 4 cendium vastatae urbis suae adspectantes deplorantesque. Atque etsi Polyxenae morte, quae sola integrae poterat tragoediae argumentum praebere, minus quam a materno amore exspectari poterat, commovetur Hecuba, tamen Cassandrae Troiam sua cum pernicie ulturae bacchatio praeclare et inventa et enuntiata est. Quin aliquid etiam Talthybii praeconis misericors animus ad augendum maerorem mulierum confert. Non recte enim suspicatur scholiastes ad v. 724. quod Hecuba nuntium accedentem conspiciens non Talthybium nominet, sed *τίν' αὖ δέδορκα τόνδ' Ἀχαϊκὸν λάτριν* dicat, hunc non esse Talthybium. Non solent tragici personas non necessarias introducere, et in tribus locis, in quibus praeconi in hac fabula aliquid agendum est, idem ingenium, eadem mens hominis apparet. In Helena vero, quae nec praeteriri nec non luere adulterium afflictamque tot funeribus Graeciam poterat, indulsit Euripides studio illi, quo populares eius oratorum in iudiciis altercationibus delectabantur, quum eam argutius quam prudentius se purgantem fecit. Nec laudaverim Menelai ignavam ferociam: sed hunc ut hominem Lacedaemonium istis moribus fingere solebant tragici. In universum autem haec tragoedia egregiam praebet imaginem tristissimae miseriae mulierum eversa excisaque patria urbe, ereptis interfectisque crudeliter omnibus quos caros habuerant, ad indignissimam apud victores hostes servitutem abeuntium. Id ipsum autem propositum habuerat poeta. Prologum ille de more potius suo addidit, quam quod fabula eo opus haberet. Non enim alium usum praestat, quam ut discant spectatores mulierem quam humi iacentem videant Hecubam esse. Id vero ex ipsius poterant Hecubae verbis cognoscere. Sed videtur Euripides aliquid ornamenti exor-

dio fabulae adiicere voluisse, eaque caussa etiam insolentius non modo deum, cuius in ipsa tragoedia nullae partes essent, ut in Hippolyto et Ione, sed duos deos, ut in Alcestide, prologum agentes in conspectum produxisse, illic quidem rectius, quia alter necessarius est, quod non est in Troadum prologo, in quo ut Neptunum eversione Troiae dolentem a Minerva ad classem Graecorum perdendam excitari fingeret, eo videtur adductus esse, quod in ista trilogia, quae ex Alexandro, Palamede, Troadibus composita erat, quasi summam totius belli Troiani a prima eius caussa usque ad urbis excidium ostendere spectatoribus volebat. At consistere debebat in fatis Troianorum, omittere autem quae Graecis essent post captam Troiam eventura, quum praesertim, ut Minervae condonari possit quod ulcisci non punitam a Graecis templi sui violationem cupit, Neptunum, summum illo usque Graeci exercitus patronum, non deceat tanta animi inconstantia, ut p. 5
haud cunctanter perdendae Graecorum classi operam suam polliceatur, similem illam officiosae ad capturas comitati eorum qui res hominum publicas regunt.

Hanc tragoediam quum nuper relegerem visus sum invenire aliquot locos, quos non recte scriptos esse etiam A. Seidleri eximiam diligentiam fugerat, qui ante hos quinque et triginta annos eam fabulam utilissimis instructam adnotationibus edidit. Ita enim sunt res humanae, ut nihil inveniatur quod omnibus numeris perfectum sit, summaque laus quam adipisci quis possit haec sit, non turpiter errasse. Est enim non ars quidem errandi, nam ars regulas habet, sed virtus quaedam, quae est in modo quo quis errat, plusque saepe navus error, quam non errantis ignavia profuit. De illis igitur locis, quoniam aliquid praefationis scribendum est vitis eorum, qui hoc annuo spatio in Academia nostra philosophiae doctores creati sunt, volo breviter quid sentiam exponere. Praeteribo autem ea, quae vel levia sunt ut quivis possit corrigere, vel correcta non debebant cuiquam dubia videri, ut v. 139. et 228., de quo Seidlerus in addendis dixit, vel in libris melioribus rectius aut ita scripta exstant, ut utra vera sint ambiguum maneat, veluti v. 35—37. Illud vero in universum monendum est, editionis Aldinae scripturas saepe praestantiores esse, quam quae postea sunt in codicibus

manu scriptis inventae. Numeros versuum sequor Seidleri.

V. 114. Consideranti haec verba, *νῶτ᾽ ἐν στεῤῥοῖς λέκτροισι ταθεῖσα*, vix dubium videri poterit non *νῶτα*, sed *λέκτροισι*, ut ab interprete adscriptum, delendum esse, ut scribendum sit:

νῶτ᾽ ἐν στεῤῥοῖσι ταθεῖσα.

V. 122. Apertum est turbatos esse numeros translato ex scholiis in alienum locum v. 127. *βαίνουσαι*, quod Euripides *βᾶσαι* scripsisse videtur, eaque re verbis male inter versus distributis. Scribendum erat:

πρῷραι ναῶν ὠκεῖαι
Ἴλιον ἱερὰν αἳ κώπαισιν
διά θ᾽ ἅλα πορφυροειδέα βᾶσαι
λιμένας θ᾽ Ἑλλάδος εὐόρμους
αὐλῶν παιᾶνι στυγνῷ
συρίγγων τ᾽ εὐφθόγγῳ φωνᾷ
πλεκτὰν Αἰγύπτου παιδείαν
ἐξηρτήσασθ᾽,
αἰαῖ, Τροίας ἐν κόλποις
p. 6 *τὰν Μενελάου μετανισσόμεναι*
στυγνὰν ἄλοχον.

V. 141. Quod mendose in libris scriptum est, *κουρᾷ ξυρήκει πενθήρει*, quum scholiastes sic explicet, *τῇ ξυρικῇ κουρᾷ ἐκκαρθεῖσα τὴν πενθίμην κεφαλήν, ἀντὶ τοῦ πένθιμον κεφαλὴν ἔχουσα*, indicio est eum legisse:

κουρᾷ ξυρίᾳ πενθήρῃ
κρᾶτ᾽ ἐκπορθηθεῖσ᾽ οἰκτρῶς.

Et *πενθήρῃ* Burgesio teste habet cod. Harl. Non notum est aliunde *ξύριος*, sed recte factum vocabulum, quod quidem utrum hic *ξυρίῳ* an *ξυρίᾳ* scriptum fuerit, dubitari potest.

149. Non est veri simile ut Euripides *μολπὰν οὐ τὰν αὐτὰν* scripserit. Debebat enim *οὐ ταύταν*. Quare nescio an exciderit vox aliqua, ut

μολπὰν μελέων οὐ ταύταν.

V. 174. Recte Elmsleius *ἐπ᾽ ἄλγεσιν ἀλγυνθῶ* scribendum esse vidit, sed non recte explicavit. Latuit ei vitium in v. 171. in quo quae in libris sunt, *πέμψετ᾽, πέμψασθ᾽, πέμψητ᾽* non in *πέμψησθε* mutanda, sed scribendum erat:

μή νυν μοι τὰν βακχεύουσαν
Κασσάνδραν πέμψεσθ' ἔξω,
αἰσχύνην Ἀργείοισιν
μαινάδ', ἐπ' ἄλγεσιν ἀλγυνθῶ;

»num foras ad me adducetis Cassandram, ut ad dolorem mihi dolor addatur?« Quae statim sequuntur, recte in libris sic scripta sunt:

ἰώ,
Τροία, Τροία δύσταν', ἔῤῥεις.

In antistropha v. 298. plene scribendum ἄγαλμα, quod autem sequitur ἤ in ἐέ mutatum respondet strophico ἰώ.

V. 202—205. Haec corrupta esse magis etiam quam metrum sententiae arguunt non nexae neque inter se conciliabiles. Vitiata iam scholiastes invenit, cuius hanc adnotationem habemus: δυν ...... πρὸς τὴν Ἑκάβην, ἵν' ᾖ οὕτω· πῶς αὐταρκῶς δύνασαι τὰ κατὰ σὲ θρηνῆσαι. In quibus si aliquid veri esset, sequi deberet ἐγὼ δέ. Apertum est una sententia hos quattuor versus contineri. At neque reprehendere Hecubae querelas potest chorus, nec se magis quam illa est infelicem dicere. Itaque consequitur, ut consortem se luctus esse ostendat. Hinc Seidlerus recte censuit καὶ ἐμὰν excidisse: sed ut ordine procedat oratio, restituendus est nexus sententiarum, sublata interrogatione, quae non potest p. 7 cum negatione consociari: est enim potius exclamatio:

αἰαῖ, ποίοις δ' οἴκτοις τὰν σὰν
καὶ ἐμὰν λύμαν ἐξαιάζουσ',
οὐκ Ἰδαίοις ἱστοῖς κερκίδα
δινεύουσ' ἐξαλλάξω.

Ceterum distinguendae sunt vices cantantium v. 206. 212. 222. 228.

V. 243. De hoc carmine dixi in Epitome doctr. metr. §. 727. Quaedam incerta sunt. V. 243. scripserat fortasse poeta:

τόδε, τόδ', ὦ φίλαι, τόδ', ὃ φόβος πάλαι.

V. 251. servare debebam librorum scripturam:

τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; τίνα πότμος εὐτυχὴς
Ἰλιάδων μένει;

V. 275. trochaeus semantus est ταύταν.

V. 298. Haec sic videntur corrigenda esse:

ὃς πάντα τἀκεῖθεν
ἔθετ' ἀντίπαλ' αὖθις ἐκεῖσε,
διπτύχῳ γλώσσᾳ
τὰ πρότερον φίλ' ὄντ' ἄφιλα τιθέμενος.

Sequebatur:

πάντως γοᾶσθε, Τρῳάδες, με.

V. 322. Vitiatum scribarum negligentia praestantissimum carmen sic restituendum:

στρ. ἄνεχε, πάρεχε φῶς· φέρε, σέβω, φλέγω,
ἰδού, ἰδού,
λαμπάσι τόδ' ἱερόν.
μακάριος μὲν ὁ γαμέτας,
μακάριος, ὅδε,
μακαρία δ' ἐγὼ βασιλικοῖς λέκτροις
κατ' Ἄργος ἁ γαμουμένα·
Ὑμήν, ὦ Ὑμέναι', Ὑμήν·
ἐπεὶ σύ, μᾶτερ, ἐπὶ δάκρυσι
γόοισι τὴν θανόντα πατέρα καὶ φίλαν
πάτραν καταστένουσ' ἔχεις.
ἐγὼ δέ γ' ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς
ἀναφλέγω πυρὸς φῶς
ἐς αὐγάν, ἐς αἴγλαν,
p. 8 διδοῦσ', ὦ Ὑμέναιε, σοί,
διδοῦσ', ὦ Ἑκάτας φάος,
παρθένων ἐπὶ λέκτροις ἃ νόμος ἔχει.
ἀντ. πάλλε πόδ' αἰθέριον, ἄναγ', ἄναγε χορόν
εὐάν, εὐοῖ,
ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ
μακαριωτάταις τύχαις.
ὁ χορὸς ὅσιος,
ἄγε σύ, Φοῖβέ, νιν, κατὰ σὸν ἐν δάφναις
ἀνάκτορον θυηπολῶ.
Ὑμήν, ὦ Ὑμέναι', Ὑμήν.
χόρευε, μᾶτερ, ἀναγέλασον,
ἕλισσε τᾷδ' ἐκεῖσε μετ' ἐμέθεν ποδῶν
φέρουσα φιλτάταν βάσιν.
βοάσατε δ' ὑμέναιον εὖ
μακαρίαις ἀοιδαῖς
ἰακχαῖς τε νύμφαν.

ἴτ', ὦ καλλίπεπλοι Φρυγῶν
κόραι, μέλπετ' ἐμῶν γάμων
τὸν πεπρωμένον εὐνᾷ πόσιν ἐμέθεν.

V. 363. Tacerem de hoc loco, in quo verissime Seidlerus restituit

οὐδὲ σαὶ τύχαι, τέκνον,
σεσωφρονήκασ', ἀλλ' ἔτ' ἐν ταὐτῷ μένεις,

nisi viderem nuper C. G. Cobetium, virum doctissimum, scribendum coniecisse *οὐδέ σ' αἱ τύχαι, τέκνον, σώφρονά γ' ἔθηκαν*, quod ab Euripide non positum esse vel istud *γὲ* arguit, sine quo ille opinor *φρονεῖν ἔθηκας* scripsisset, si id quod illa verba significant in mente habuisset. At non dicit Hecuba malis non effectum esse ut sapere disceret Cassandra, quod plane ab hoc loco alienum est, sed nihil de insania remisisse, qua teneri videbatur virgo fatidica. Id breviter, sed distincte et definite monuerat Seidlerus his verbis: *σαὶ τύχαι* idem est ac *σὴ νόσος, σὴ μανία.*

V. 390. Recte iudicavit Matthiae, non *παῖδες*, sed *παῖδας*, quod in codicibus est scribendum esse in his:

οὓς δ' Ἄρης ἕλοι,
οὐ παῖδας εἶδον, οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν
πέπλοις συνεστάλησαν, ἐν ξένῃ δὲ γῇ
κεῖνται.

Sed recordari debebat quae Homerus Iliad. II. 700. de Pro- p. 9
tesilao tradidit.

V. 420. Vide Opusc. IV. p. 380. seq.

V. 432. Scribendum *καὶ σοῦ μέν.*

V. 450. Non debebat Seidlerus contradicere Heathio, qui ante hunc versum aliquid excidisse viderat. Flagitat hoc non solum *οὗ δὴ* de freto Siculo dictum, nulla eius mentione praegressa, sed etiam illud, quod quum totius Odysseae argumentum repetatur, non est Calypso memorata.

V. 492. Recte libri *οὐ Τρῳάς*, nec recipi debuit Stephani *οὕς*, quod *οἵους* dicendum erat. Admonet me hoc pronominis non recte positi exemplum eorum, quae nuperrime V. Chr. Fr. Rostius, vir ingeniosissimus, disputavit, ut rariorem quemdam loquendi modum, quo *ὅ τι μαθὼν* dictum sit, explicaret. In qua formula ego quidem nihil video nisi obliquam interrogationem mirantis vel indignantis, qui quoniam apertum sit eum mirari aut indignari, omittat dicere quod

dici non opus sit. *Τί μαθὼν* autem ut defenderet vir acutissimus, scite quidem monuit, si *τί ἔμαθες ὥστε ταῦτα ποιῆσαι* non sit inventum, caussam esse quod talia in participium vertere Graeci consueverint: sed eo non refutatur quod in praefatione Aristophanis Nubium defendi. Video sane etiam novissime duo doctissimos viros, C. G. Krügerum in grammatica Graeca I. 2. p. 197. et I. N. Madvigium in Syntaxi p. 195. alterum *τί παθὼν* et *τί μαθὼν* pari potestate, librorum ut videtur fide, alterum cum eo discrimine dictum putare, quod a F. A. Wolfio proditum etiam Rostio tam et vere investigatum et plane luculenterque explicitum videtur, ut vix quod addatur inventum iri existimet. Ego quidem me aliquanto minus obsequiosum esse confiteor. Nam quod Wolfius statuit, *τί μαθὼν* significare *quo argumento*, *quid secutus*, *qua ratiocinatione usus*, id nec significare ista verba, nec posse significare contendo. Illud Graeci dicunt *τίνα γνώμην ἔχων*, vel *τί βουλόμενος*, vel *τί φρονῶν*. *Τί μαθὼν* vero qui ista potestate dictum volet, eum ostendere oportebit *μανθάνειν* in ista locutione aliud significare quam quod est *μανθάνειν*. Nam quum huius verbi vis in duos significatus discesserit, quorum alter discendi, alter audiendi comperiendique est, utroque sane dici potest *τί μαθών*, ut *τί μαθὼν σοφὸς εἶναι φῄς;* et *τί μαθὼν ἀθυμεῖς;* At neuter modus convenit illis exemplis, in quibus *τί μαθὼν* ea ratione qua *τί παθὼν* dictum putatur. Quare aut tertia aliqua ratio monstranda erit *τί μαθὼν* defendenti, aut redeundum ad alterutram illarum quas dixi significationum. De ellipsi cogitasse
p. 10 videtur H. Stephanus, quum Latinum *quid*, *malum*, comparabat. Illud vero non recte dixit, malle se simpliciter accipere, ut Gallice in reprehensione dicatur *qui vous a appris à faire cela?* Nam hoc magistri, non discentis aut rei quam is didicerit, vituperationem continet. Germani quoque sic loquimur, et quis tandem non? veluti Xerxem, de quo apud Aeschylum dicit Darius, *ταῦτα τοῖς κακοῖς ὁμιλῶν ἀνδράσιν διδάσκεται*, interrogare poterat, *πρὸς τοῦ διδαχθεὶς ταῦτα ἐποίησας;* sed cur, dum discrimen quaeritur quod nullum neque in sententia neque in animi affectione neque in colore orationis est, illud negligitur quod ante pedes est? Si *τί μαθὼν τοῦτο ποιεῖς* est *quid audisti ut hoc facias*, id usu tritum postremo simpliciter significabit *cur*, diceturque etiam de rebus sensu

carentibus, ut apud Platonem in Protagora p. 353. D. de iis quae suavia sunt, ὅ τι μαθόντα χαίρειν ποιεῖ. Apertissimum hoc est eo, quod iisdem verbis et sincere quid quis didicerit vel audiverit quaerere et cum reprehensione vanitatem notare possumus, ut si quis paedagogo dicat τί μαθὼν παῖδας διδάσκεις; diurnorum scriptori autem τί μαθὼν τεθνηκέναι με ἔγραψας; Poterit igitur sane τί μαθὼν defendi, modo ne quis differre significatione a τί παθὼν existimet. Nihilo minus licebit dubitare, an, quum πάσχειν τι multiplici usu frequentetur Graeco sermoni, veri similius sit ne minimo quidem eos discrimine τί παθὼν et τί μαθὼν usurpasse, quam permutatas a scribis nonnumquam esse perpaullum diversas litteras. Id diiudicare eorum erit, qui multos codices versarunt. Interim quaeram, quod Photius et Hesychius τί μαθών et non etiam τί παθών adnotarunt, sitne id ipsum indicio memorabilem iis, ut saepius, visam esse inventam in paucis locis falsam scripturam.

Redeo ad Troades. Posterior pars stropharum carminis quo chorus a v. 526. funestum exitum describit, quem habuerit laetitia Troianorum introducto in arcem equo ligneo, vitiis quibusdam turbata est, quae partim librorum ope, partim coniectura corrigi possunt, si quis diligentiae memor est, qua pes pedi aequari solet. Et quis non miraretur, si Euripides, quum νύκτερον in promptu esset, maluisset νύχιον scribere? Cuivis aliquid exscribenti accidit ut permutet vocabula idem significantia. Videntur ergo illa a v. 534. sic constituenda:

τάλαινα δοριάλωτος, εὖτ'
ἔλειπον ἵππον οὐράνια
βρέμοντα χρυσοφάλαρον ἔνο-
πλον ἐν πύλαις Ἀχαιοί·
    ἀνὰ δ' ἐβόασεν λεώς p. 11
Τρῳάδος ἀπὸ σταθεὶς πέτρας·
ἴτ', ὦ πεπαυμένοι πόνων,
τόδ' ἱερὸν ἀνάγετε ξόανον
Ἰλιάδι διογενεῖ κόρᾳ.
τίς οὐκ ἔβα νεανιῶν,
τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων;
κεχαρμένοι δ' ἀοιδαῖς
    δόλιον ἔσχον ἄταν.

Et v. 554.

κλωστοῦ δ' ἀμφιβόλοις
λίνοισιν, ἅτε νεὼς σκάφος
κελαινὸν εἰς ἕδρανά τε λά-
ιν' ἔς τε δάπεδα φόνια πατρί-
δι Παλλάδος θέσαν θεᾶς.
ἐπὶ δὲ πόνῳ καὶ χαρᾷ
νύκτερον ἐπεὶ κνέφας παρῆν,
Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει
Φρύγιά τε μέλεα, παρθένοι δ'
ἀέριον ἀνὰ κρότον ποδῶν
βοὰν ἔμελπον εὔφρον', ἐν
δόμοις δὲ παμφαὲς σέλας
πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν
ἀπεδίωκεν ὕπνῳ.

In epodo v. 581. non debebat νεανίδων, quod libri habent, mutari. Apertum est, quum praecesserit σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι Φρυγῶν, si additur ἐν δὲ δεμνίοις καράτομος ἐρημία νεανίδων στέφανον ἔφερεν Ἑλλάδι κουροτρόφῳ, honeste stupra feminarum significari, quae caesis viris domi desertae in potestatem victorum venerant. Κουροτρόφῳ dixit suppletum novo milite exercitum innuens.

V. 586. ubi puer Astyanax, quem secum habet Andromacha, παρ' εἰρεσίᾳ μαστῶν ἕπεσθαι dicitur, naturae repugnantia de motu mammarum alternis surgentium et subsidentium commentus est Matthiae. Pectus in magno animi motu alternis surgere et subsidere potest, non mammae. Rectius scholiastes nuper a Cobetio editus συζυγίαν interpretatur. Videtur Euripides puerum in sinu matris haerentem dicere, cui mammae alternis praebeantur.

p. 12 Lamenta Andromachae et Hecubae v. 594. sq., quae singulari arte ac diligentia composita sunt, nec vices personarum ubique recte distinctas, nec scripturam vitiis vacuam habent. Primum par stropharum, in quo, ut in tertio, Andromachae verbis verba Hecubae respondet, una utrobique complexione alternantium dictorum continetur. Nam ut in stropha Andromachae quid gemat quaerenti Hecuba respondet, liberos se flere, sic etiam in antistropha uno complexu cohaerere harum mulierum dicta oportet. At quae v. 601. scripta sunt, *Α.* φεῦ φεῦ. *Ε.* δῆτ' ἐμῶν — *Α.* κακῶν —

E. οἰκτρὰ τύχα. *A.* πόλεος, non solum languidissima sunt, sed etiam neque inter se nec cum praecedentibus ullo sententiae vinculo coniuncta. Atque κακῶν malum esse versus non integri supplementum etiam eo cognoscitur, quod isto loco ut in stropha interiectio aliqua ponenda erat. Idem cadit in οἰκτρά, cuius contrarium dici debebat. Nam quum isti nominativi ex praegressis βέβακ' ὄλβος, βέβακε Τροία pendeant, patet prosperam urbis fortunam, non adversam, perisse significari. Erunt igitur haec sic corrigenda:

στρ. α'. *A.* Ἀχαιοὶ δέσποταί μ' ἄγουσιν.
E. ᾤμοι. *A.* τί παιᾶν' ἐμῶν στενάζεις
E. αἰαῖ. *A.* τόνδ' ἀλγέων
E. ὦ Ζεῦ. *A.* καὶ συμφορᾶς;
E. τέκεα. *A.* πρίν ποτ' ἦμεν.
ἀντ. α'. *E.* βέβακ' ὄλβος, βέβακε Τροία,
A. τλάμων. *E.* ἐμῶν τ' εὐγένεια παίδων,
A. φεῦ φεῦ. *E.* φεῦ δῆτ', ἐμᾶς τ'
A. . . . . *E.* λαμπρὰ τύχα
A. πόλεος. *E.* ἃ καπνοῦται.
στρ. β'. *A.* μόλοις, ὦ πόσις, μοι,
E. βοᾷς τὸν παρ' ᾅδᾳ
παῖδ' ἐμόν, ὦ μελέα.
A. σᾶς δάμαρτος ἄλκαρ.
ἀντ. β'. σύ τοι λῦμ' Ἀχαιῶν·
E. τέκνων δή ποτ' ἁμῶν
πρεσβυγενὲς Πριάμῳ.
A. κοίμισαί μ' ἐς ᾅδου.
στρ. γ'. *E.* οἵδε πόθοι μεγάλοι, σχέτλι' αἳ τάδε πάσχομεν ἄλγη
οἰχομένας πόλεως. *A.* ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται
δυςφροσύναισι θεῶν· ὁ δὲ σὸς γόνος ἔκφυγεν ᾅδαν,
ὃς λεχέων στυγερῶν χάριν ὤλεσε πέργαμα Τροίας· p. 13
σώματα δ' αἱματόεντα θεᾷ παρὰ Παλλάδι νεκρῶν
γυψὶ φέρειν τέταται, ζυγὰ δ' ἤνυσε δούλια Τροία.
ἀντ. γ'. *A.* ὦ πατρίς, ὦ μελέα, καταλειπομέναν σε δακρύω.
νῦν τέλος οἰκτρὸν ὁρᾷς. *E.* καὶ ἐγὼ δόμον, ἔνθ' ἐλοχεύθην.
ὦ τέκν' ἐρημόπολις μάτηρ ἀπολείπεται ὑμῶν.

. . . . οἷος ἰάλεμος, οἷά τε πένθη
δάκρυα τ' ἐκ δακρύων καταλείβεται ἁμετέροισι
δώμασιν, οὐδ' ὁ θανὼν ἀδάκρυτ' ἐπιλάθεται
ἀλγέων.

V. 651. Non repeterem hunc versum sic scribendum esse ut apud Seidlerum dixi, nisi perinepte de eo disputatum viderem.

V. 655. mortuum felicem praedicans Andromacha dicit, *ἀλγεῖ γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν ᾐσθημένος*. Ad constructiones verborum attenti interpretes, dum alteram negationem quaerunt, non cogitarunt hic dici debuisse *αἰσθανόμενος*. Facillimum erat *τῶν κακῶν ἡσσημένος* scribere: non dolet mortuus, quod malis succubuit.

V. 719. Hic quoque quoniam construi verba possunt, patienter tulerunt critici dicta absurdissima. Monet Hecuba Andromacham, ut se commodam Neoptolemo praebeat servandi filii Astyanactis caussa, per cuius posteros renasci Troia possit:

καὶ παῖδα τόνδε παιδὸς ἐκθρέψειας ἂν
Τροίας μέγιστον ὠφέλημ', ἵν' οἵ ποτε
ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες Ἴλιον πάλιν
κατοικίσειαν καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι.

Παιδὸς perinepte diceret Hecuba non addito *ἐμοῦ*. Quid autem hoc est, quod Astyanactem *μέγιστον ὠφέλημα Τροίας* educandum dicit, quum deleta sit Troia? Deinde quae haec in Hecuba est mentis perversitas, ut Andromachae et non Hectoris posteros dicat instauratores fore Troiae? At enim hoc *ἐκ σοῦ* absurda est grammatici correctio: Aldina recte *ἐξ οὗ*. Denique quid hoc, *καὶ πόλις γένοιτ' ἔτι*? Non sic scripsit Euripides, sed hoc dicere debuit:

καὶ παῖδα τόνδε πατρὸς ἐκθρέψειας ἄν,
Τροίας μέγιστον ὠφέλημ' ὃς ἦν ποτέ,
ἐξ οὗ γενόμενοι παῖδες Ἰλίου πόλιν
κατοικίσειαν καὶ πάλιν γένοιτ' ἔτι.

De posterioris distichi scriptura, quum pro eo quod in Aldina est, *Ἴλιον*, in codicibus *ὕστερον* sit, dubitari in loco aperte a
p. 14 grammaticis reficto potest. Nam recte se etiam hoc haberet: *ἐξ οὗ γενόμενοι παῖδες ὕστερον πάλιν κατοικίσειαν αὖθις Ἰλίου πόλιν*: ac nescio an hoc praestet.

V. 764. Credam Euripidem aut *οὐχ ὡς σφαγεῖον Δαναΐ-*

δαις τέξουσ' ἐγώ, ut Reiskius et Musgravius coniecerunt, aut *τέξουσά σε* scripsisse. Certe *τέξουσ' ἐμοὶ* non scripsit, monuitque Elmsleius ad Med. 764.

V. 803. Non solum sententia, sed etiam metra produnt excidisse versum: nam utrumque systema novem versus habuisse non est dubium. Nec praeconis, sed Andromachae verba prius systema continet. Requiritur tale quid:

τὰ δὲ τοιάδε χρὴ
κηρυκεύειν, ὅςτις ἄνοικτος
καὶ ἀναιδείας τῆς ὑμετέρας
ἢ σωφροσύνης καὶ πραείας
γνώμης μᾶλλον φίλος ἐστίν.

V. 825. Non *ἀφ' Ἑλλάδος* abiiciendum erat, sed quod praecedit *ὅτ' ἔβας*. Sic enim procedit oratio:

ἔβας, ἔβας
τοξοφόρῳ συναριστεύσων ἅμ' Ἀλκμήνας γόνῳ,
Ἴλιον, Ἴλιον ἐκπέρ-
σων, πόλιν ἁμετέραν, τοπάροιθεν ἀφ' Ἑλλάδος γᾶς.

In antistropha v. 832. *πυρὸς δὲ* delenda: *πυρὸς* interpretis est: excidit adiectivum ante *φοίνικι* amphibrachum praebens.

V. 845. Seidlerus *εὐνάτορος* in *εὐνὰς* mutavit, quod ne admitti possit obstat spondeus, qui ut in antistrophico versu tribrachus esse debebat. Non dubito Euripidi reddere *ἄορας*, quod coniuges non distincto sexu significat, hoc modo:

ᾐόνες δ' ἅλιαι
ἴακχον· οἷον δ' ὑπὲρ
οἰωνὸς τεκέων βοᾷ,
αἱ μὲν ἄορας, αἱ δὲ παῖδας,
αἱ δὲ ματέρας γεραιάς.

Antistrophae, in qua v. 860. *τὸ τᾶς δὲ λευκοπτέρου* restituendum, hoc fuit initium:

ἔρως, ἔρως, ὃς πάρος
Δαρδανίας μέλαθρ' ἦλθες.

V. 932. *τότε* scribendum, et v. 956 praestabit

τί δὴ προνοῦσ' ἐγὼ 'κ δόμων ἅμ' ἑσπόμην
ξένῳ;

V. 971. recte dictum *ἐνδίκως δικαίως*: nam et *ἐνδίκως* et *πανδίκως* saepe nihil nisi *omnino* significant. p. 15

V. 974. vera est Aldinae scriptura, aposiopesin praebens:

εἰ δὲ τῶν θεῶν κρατεῖν
βούλει — τὸ χρήζειν ἀμαθές ἐστι γὰρ τόδε.

V. 1004. scribendum:

Σπάρτης δ' ἀπαλλαχθεῖσα τὴν Φρυγῶν πόλιν
χρυσῷ ῥέουσαν ἤλπισάς σε κατακλύσειν.

Sperasse dicitur Helena fore, ut Troia eam auro obrueret. Plutarchus Demosth. c. 14. τῷ μὲν παρὰ Φιλίππου καὶ Μακεδονίας ἀνάλωτος ὤν, τῷ δ' ἄνωθεν ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπίβατος χρυσίῳ γεγονὼς καὶ κατακεκλυσμένος.

V. 1010. Non sunt haec dividenda in duo membra τοῦ συζύγου τ' ἔτ' ὄντος οὐ κατ' ἄστρα πω: adhuc nondum recepto inter sidera.

V. 1069. Non ἐχθίονες hic, sed αἰσχίονες dicendum erat.

V. 1078. Recte hunc versum et versum 1088. constituit Seidlerus in adnotatione ad v. 1088. sed credo etiam v. 1086. expulsa interpretatione scribendum esse:

μέλει, μέλει μοι, τάδ' εἰ φρόνιμος, ἄναξ.

V. 1092. Quae in libris scripta sunt, ἐμὲ δὲ πόντιον σκάφος ἀΐσσον πτεροῖσι πορεύσει ἱππόβοτον Ἄργος, ἵνα τείχεα λάϊνα Κυκλώπει' οὐράνια νέμονται. τέκνων δὲ πλῆθος ἐν πύλαις δακρύσι κατάορα στένει, βοᾷ, βοᾷ, in his τείχεα metro non convenit. Id non dubito quin Euripides τύκη scripserit, eodem significatu, quo v. 831. τυκίσματα dixit. Nec τέκνων satis accurate reddit antistrophicum pedem. Praeterea si βοᾷ verbum est, non recte iteratum videtur. Coniunguntur quidem saepe sine copula duo cognatae significationis verba, sed non ut alterum repetatur. Quare, si nihil aliud in his verbis turbatum est, βοᾷ nomen esse statuendum erit. Totus locus ita scribendus videtur:

ἐμὲ δὲ πόντιον σκάφος
ᾆσσον πτεροῖσι πορεύσει
ἱππόβοτον Ἄργος, ἵνα τύκη
λάϊνα Κυκλώπι' οὐράνια νέμονται.
τέκεα δὲ πλῆθος ἐν πύλαις
δάκρυσι κατάορα στένει
βοᾷ, βοᾷ· μᾶτερ, ὤ μοι·
μονὰν δή μ' Ἀχαιοὶ
κομίζουσι σέθεν ἀπ' ὀμμάτων.

p.16 Hoc dicit: multitudo obvias in portis urbis puellas cum lacrimis gemit ob earum clamorem: mater, hei, solam me

Achivi ab oculis tuis abducunt. Iungenda esse *δάκρυσι στένει* docere poterat hoc in Herc. f. 1045. *καί σέ γε δακρύοις στένω, πρέσβυ, καὶ τέκεα καὶ τὸ καλλίνικον κάρα.* *Κατάορα* ex hoc ipso Troadum loco adnotasse videtur Hesychius, apud quem quod perperam scriptum est *καταορᾷ, καταντεῖ*, fuisse *κατάορα, κατάντη* non fugit Lobeckium in Pathologiae prolegomenis p. 275. In antistrophicis v. 1110. scribendum

ἁγνὸν κεραυνοφαὲς πῦρ.

V. 1218. Excidisse versum post hunc apertissimum est, docentque qui his respondent octo versus 1226—1233. in quibus scholiastes v. 1231. recte distincta verba habuit, *θανεῖ γὰρ οὔ, θανοῦσα, σὺν νεκρῷ.* Utrique systemati subiecti dochmii praemissa dipodia iambica:

ἐέ, φρενῶν
ἔθιγες, ἔθιγες, ὦ μέγας ἐμοί ποτ' ὢν
ἀνάκτωρ πόλεως.

Sed qui v. 1234. seq. ut sententiam integraret *γαῖα* addidit, si metrorum responsionis gnarus fuisset, tale quid positurus erat:

αἰαῖ,
πατρίδι, πατρίδι, γᾶ πικρὸν ὄδυρμα σ', ὦ
τέκνον, δέξεται.

Epodum haec constituunt:

Χ. στέναζε, μᾶτερ, Ε. αἰαῖ.
Χ. νεκρῶν ἴακχον. Ε. ὤ μοι.
Χ. ὤ μοι δῆτα σῶν ἀλάστων κακῶν.

Iisdem metris videntur scripta fuisse, quae tribus interpositis trimetris aperte mutilata et depravata habemus. Nam quod v. 1246. libri praebent, *Ἑκάβη, σὰς ἔννεπε τίνα θροεῖς αὐδάν*, non minus a sententia quam a metro laborat. Quantum coniici potest, de bis ternis versibus has habemus reliquias:

στρ. Χ. ἄρασσ', ἄρασσε κρᾶτα
πιτύλους διδοῦσα χειρός.
Ε. ὤ μοι μοι ......
ἀντ. ὦ φίλταται γυναῖκες,
. . . .
Χ. θαρσήσασ' ἔνεπε, τίνα θροεῖς αὐδάν.

V. 1249. scribendum:

εἰ δὲ μὴ θεὸς
ἔστρεψε τἄνω περιβαλὼν κάτω χθόνα.

Sic in Herc. fur. 1306. *ἄνδρ' Ἑλλάδος τὸν πρῶτον αὐτοῖσιν βάθροις ἄνω κάτω στρέψασα.*

Ultimum tragoediae carmen quo modo constituendum sit dixi in Epitome doctr. metr. §. 689. sed v. 1320. delendum *γέ*.

DE INTERPOLATIONIBUS EURIPIDEAE IPHIGENIAE IN AULIDE DISSERTATIONIS PARS PRIOR.*)

p. 3 Interpolatam esse Euripidis Iphigeniam in Aulide hodie satis inter doctos constat. Atque de ultima scena, quam R. Porsonus damnavit, deque parodi parte posteriore, quam non esse ab Euripide scriptam ego monstravi, omnes harum rerum periti consentiunt: de ceteris autem interpolationibus fere alii aliter statuunt. Ego ipse, quum ante hos septemdecim annos illam tragoediam ederem, non pauca patientius tuli quam debebam. Et sane proclive est errare in hoc genere, quum neque Euripides brevitatis valde studiosus fuerit, neque interpolator se ita aut linguae aut metri ignarum praebuerit, ut ubique additamenta eius, quorum in multis ille ipsum imitatus Euripidem est, facile possint a genuinis distingui. Quod si ad poesin quoque aliqua indoles in eo fuisset, difficilius etiam cognosceretur. Illud recte iam olim coniecisse videor, quae genuina habemus huius tragoediae, servata fuisse uno illo in codice, quem possidebat interpolator fine truncatum: sed addere debebam, codicem illum non solum ultimo folio destitutum, verum etiam aliis in partibus lacerum et situ corruptum fuisse. Eo in libro homo ille explebat quae mucore exesa erant, quaeque deesse vel videbat vel opinabatur, in marginibus adscribebat inserto etiam alicubi integro quod perierat folio: quo in negotio sibi placens totam paullatim fabulam pro suo iudicio captuque perpolivit. Absoluto opere iterum codicem illum, aut descriptum ex eo exemplar aliquamdiu neglectum iacuisse lacunae quaedam produnt et

*) Edita est a. 1847.

in parodo extrema versuum laesis marginibus perdita. Aperta res eo est quod quibusdam in locis, ubi expungere Euripidis versus oblitus erat interpolator, eadem et ipsius et Euripidis verbis dicta inveniuntur. Quod si quis hanc condicionem codicis, ex quo nostri libri manarunt, respicere non obliviscetur, non parcet quidem imperito interpolatori, sed tamen ne putabit quidem mortuo medicinam adhiberi, si etiam in p. 4
iis, quae vel verbis vel sententia Euripide maxime indigna sunt, reliquiae investigentur eorum, quae ineptis fuerunt absurdisve restituendae evanidae vel laceratae scripturae conatibus depravata. Magnae enim levitatis est, quidquid displiceat prius totum abiicere, quam accurata exploratione compertum sit, nihil inesse, quod aut debeat aut possit pro genuino haberi. Atque esto ut quis in hoc genere erret, numquid aliud faciet, quam quod et pictoribus et statuariis concedimus, facientesque laudamus, ut antiqua artis opera vetustate laesa et mutilata probabiliter in integrum restituere laborent?

Sed convertam me ad ipsam tragoediam. Eius ut finis in vetusto illo codice interierat, ita etiam initium laceratum fuit: maxime enim extrema librorum atteruntur: ac prima duo folia, quorum in uno prologus, in altero anapaesti scripti fuerant, quum avulsa inverso ordine adiacerent vel adglutinata essent, exordium visum est anapaestis factum esse. Quod quoniam repugnat consuetudini Euripidis, alii doctorum anapaestos, alii iambos arbitrati sunt suppositos esse. Recte vero perspexit I. A. Hartungus neque ab anapaestis incepisse fabulam, nec prologo caruisse, sed prologum perperam mediis esse anapaestis insertum. Eum legerat Aristoteles: nec verum est quod E. Müllerus in diurnis Darmstadiensibus a. 1838. p. 181. dixit, nullum exstare Euripidis prologum, in quo non statim initio is qui loquatur indicet qui sit. Coarguunt eum prologi Orestis, Phoenissarum, Medeae, Heraclidarum, Helenae, Electrae. Quin in Alcestide omnino non nominat se qui prologum agit Apollo. Cognoscebant enim ipso adspectu spectatores. In Iphigenia igitur quis non statim et regem esse, qui prodiret, vidisset, qui rex autem esset intellexisset, quum v. 2. Clytaemnestram uxorem suam esse dicit? Eo tamen non efficitur ut omnia sint pro genuinis habenda. Sunt enim quaedam valde suspecta, et primo qui-

dem v. 65. (numeris utor meae editionis) *Ἕλλην' ὁμοίως βάρβαρόν θ' ὅπλων μέτα,* quae verba nisi omnia, saltem *ὅπλων μέτα,* inutile sunt additamentum. Deinde qui statim sequuntur versus,

ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν, εὖ δέ πως γέρων
ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί,
δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,
ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι,

neque desiderarentur, si abessent, neque elegantes sunt. Et *πυκνῇ φρενὶ* Homeri potius, quam tragicorum videtur esse, etsi *πυκινοὶ* prudentes dicti sunt ab Sophocle in Philocteta
p. 5 v. 847. Plane ineptum autem est *φίλαι,* pro quo si, uti debet, *ὅποι* scribitur, *φρένα* vel *νόον* poni oportebat. Omissis his versibus patet recte adiungi potuisse,

ἡ δ' εἵλεθ', ὅς σφε μήποτ' ὤφελεν λαβεῖν,
Μενέλαον.

Sic haec bene emendavit vir doctus, qui Cantabrigiae hanc tragoediam a. 1840 edidit. Commemorabo enim hac data opportunitate omnia, quae hodie aliter in mea editione scripta vellem. Mox v. 77. qui multis est coniecturis tentatus, ego quidem requiram *ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας πόθῳ.* Comparari potest Menandri in Leucadia fr. 1. *οἰστρῶντι πόθῳ.* Versum 83. recte, sed falsis de caussis damnasse videtur Hartungus: nihil enim nisi adiectum *πολλοῖς* indicat molesta esse haec verba, *ἵπποις τε πολλοῖς ἅρμασίν τ' ἠσκημένοι.* Ultimos vero prologi versus idem recte statuit ab interpolatore compositos esse, postquam ille inter anapaestos locum prologo assignaverat. Non debebat autem ferre *ἃ δ' οὐ καλῶς ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν,* in quibus nimis ineptum est illud *καλῶς πάλιν.* Indicium interpolationis praebent codices, in quibus non *κατ' εὐφρόνης σκιάν,* sed *κατ' εὐφρόνην* scriptum est. Quod si interpolatorem in refingendo fine prologi iis quae Euripides scripserat usum putabimus, ea his fere verbis dicta fuisse videbantur:

ἃ δ' οὐ καλῶς
ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω κατ' εὐφρόνην
ἐς τήνδε δέλτον, ἣν Κλυταιμνήστρᾳ λάθρᾳ
πέμψω πρὸς Ἄργος. ἃ δὲ κέκευθεν ἐν πτυχαῖς,
φράσω γέροντι, τὸν τάδ' ἐκπονεῖν θέλω.
πιστὸς γὰρ ἀλόχῳ τοῖς τ' ἐμοῖς ἐστιν δόμοις.

Tum sequebantur anapaesti, quibus foras evocat rex senem.

In his quae de Sirio Pleiadibus vicino dicta sunt imperitissime, non Euripidi, sed scribae imputanda arbitror. Euripides, si quid video, scripserat,

Σείριος ἑξῆς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης,

conspici adhuc in medio coelo dicens Sirium, sequentem occidentes iam Vergilias. Rem accurate descripsit Boeckhius in libro qui est de tragicis Graecis p. 277.

Hic versibus quae respondere putabatur Agamemno, non huius, sed senis verba esse vidit editor Britannus, sed ille quum haec verba abiecit, *σιγαὶ δ' ἀνέμων τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν· τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις, Ἀγάμεμνον ἄναξ,* p. 6
illud recte monuit, tentorii mentionem, (temere sumpserat eam interpolator ex v. 187) non esse ab Euripide factam, cui Agamemno in aliqua domo urbis habitet, ut patet ex v. 1. 442. 869. sine caussa autem quum alia tum pluralem *σιγὰς* vituperavit, non cogitans quot ventos, tot ventorum silentia esse; ad ea vero non attendit, quae aperte absurda sunt. Nam multam adhuc noctem esse aves quidem nondum canentes testantur, non autem mare aut venti, quorum perpetuus est strepitus, maximeque in Euripo, quem et die septies et septies noctu agitari fluxu et refluxu credebant. Itaque, nisi forte *οὔτε σκυλάκων* pro *οὔτε θαλάσσης* scriptum fuit, sic procedebat senis oratio:

οὔκουν φθόγγος γέ τις ὀρνίθων·
ἔτι δ' ἡσυχία τήνδε κατ' Αὖλιν,
καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων.

Post v. 48. apertum est deesse aliquot versus, quibus et de priore epistola exposuerat Agamemno, et quid in altera scriptum indicaturus esset significaverat. Tum sequebantur qui a v. 115. sunt anapaesti, in quibus recte editor Britannus scripsit,

μὴ στέλλειν τὰν σὰν ἶνιν
πρὸς κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας
Αὖλιν ἀκλύσταν,

deleto etiam cum codd. *τὰς* in versu qui sequitur. Senis deinceps verba sic erant scribenda:

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ
σοί σῇ τ' ἀλόχῳ; τόδε δεινόν.

Ineptissime enim, sive interpolator is fuit, sive aliquis metri indoctus corrector, et *γὰρ* interposuit et illa adiecit, *σήμαιν' ὅ τι φῇς.* Eodem modo versus 151. ex praegressis verbis confectus est, quo eiecto scribendum:

ἣν γὰρ πομπαῖς ἀντήσῃς,
πάλιν ἐξόρμους σεῖε χαλινοὺς
ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας.

Sequitur carmen chori, cuius in versibus 173 sqq. offenderam quidem ad crebros articulos, de quibus in praefatione p. XV. dixi, sed debebam illa vestigia longius persequi. Postea intellexi has quae constitutae erant strophas non solum iusto longiores esse, sed etiam prioris parte altera ordinem narrationis interrumpi. Vidit hoc etiam G. Dindorfius, qui in diurnis antiquariis a. 1839. p. 1051. praeter
p.7 v. 162—168. 183—189. cetera omnia interpolatori tribuit. Ego esse in illis quaedam video, quae purgata a sordibus neque indigna Euripide sint, et multo meliora, quam ut ab interpolatore isto proficisci potuerint. Id patebit, si mirae perturbationis originem aperuero. Incipiam a v. 170. seqq. qui si scripti fuerunt post v. 187—189. recte procedet narratio:

ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας
ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλουσ'
ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι,
Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους,

et quae sequuntur. Distinxit Euripides ab Argivis Danais illos qui Argos Pelasgicum habitabant, Achaeos, de quibus Homerus, *Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί.* At illa non sunt ferenda, *ἡμιθέων,* sumptum ex Iliad. XII. 23. et *τὸν ξανθὸν Μενέλαον Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν*, inertissimis languentia epithetis, aliaque ex aliis tragoediarum locis congesta, falsumque commentum *ἁμέτεροι πόσεις*, quum istae mulieres et ipsae v. 185. se virgines esse prodant, et v. 1493. *νεάνιδες* vocentur. Non minus inepta sunt in antistrophicis v. 196. *ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσειδᾶνος* non addito nomine Nauplii, tum Homericum illud *ὄζος Ἄρηος* et *θαῦμα βροτοῖσι,* quae manifesto sunt versuum implendorum caussa

adiecta. At, inquiat aliquis, ut ista corrigi possint, qui factum est, ut, si continuantur v. 162—168. 183—189. hoc stropharum par distraheretur, interponereturque ex aliis binis strophis antistropha, stropha ultimo loco reservata? Videtur hoc sic explicari posse, ut quum cetera ordine perscripta essent, altera antistropha in lacinia discerpti folii servata, quoniam antistropha prima et quae eam sequebatur stropha unam efficere stropham videbantur, eo loco insereretur, quo parem longitudine stropham praeberet. Confirmat hanc coniecturam primus utriusque harum stropharum versus. Nam quum recte cohaererent illa quae supra posui, translata antistropha illa in alienum locum, non poterat post *τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας* inferri *Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους*. Itaque necesse erat ut interponeretur hic versus, *Ἀτρειδᾶν* (nam *Ἀχαιῶν* error scribae videtur) *στρατιὰν ὡς κατιδοίμαν*. Iam vero etiam strophae opus erat inutilem versum addi, quod factum est his verbis, *κατεῖδον δὲ δύ᾽ Αἴαντε συνέδρω*. Sequebatur tertium par stropharum, quod, quoniam scriptura paucis in verbis turbata erat, interpolator pro epodo habitum stultissima equorum descriptione oneravit. Ne longus sim in re aperta, ponam totum carmen, quale exclusis ineptiis ab Euripide profectum credi possit.

Ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν στρ. α΄ p. 8
ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας
Εὐρίπου διὰ χευμάτων
κέλσασα, στενόπορθμον
Χαλκίδα πόλιν ἐμὰν προλιποῦσ᾽,
ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας·
πολύθυτον δὲ δι᾽ ἄλσος Ἀρ- ἀντ. α΄
τέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
φοινίσσουσα παρῇδ᾽ ἐμὰν
αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,
ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας
ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλουσ᾽
ἵππων τ᾽ ὄχλον ἰδέσθαι,
Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους, στρ. β΄
ἃς ἐπὶ Τροίαν Ἀγαμέμνων
στέλλει τιμωροὺς Ἑλένας,
Πάρις ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβεν,

ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις
Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν
μορφᾶς ἁ Κύπρις ἔσχεν·
τὸν Οἰλέως Τελαμῶνός τε γόνον ἀντ. β'
Πρωτεσίλαον τ' ἐπὶ θάκοις
πεσσῶν μορφαῖς ἡδομένους
πολυπλόκοις Παλαμήδεά τε,
τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων
Λαέρτα τόκον, ἅμα δὲ Νι-
ρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν·
τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν στρ. γ'
λαιψηροδρόμαν Ἀχιλῆ,
τὸν ἁ Θέτις τέκε καὶ Χείρων
ἐξεπόνασεν, ὃν εἶδον ἐπ' αἰγια-
λοῖς παρά τε κροκάλαισιν ἅμιλλαν ἔ-
χοντα δρόμου σὺν ὅπλοισι ποδοῖν περὶ νίκας
πρὸς τέτρωρον ἅρμα.
ὁ διφρηλάτας δ' ἐβοᾶτ' ἀντ. γ'
Εὔμηλος Φερητιάδας,
p. 9 οὗ καλλίστους ἰδόμαν πώλους
πυρσότριχας, μονόχαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ
ποικιλοδέρμονας, οἷς παρεπάλλετο
Πηλεΐδας σὺν ὅπλοισι παρ' ἄντυγα καὶ σύ-
ριγγας ἁρματείους.

Non opus erat ad haec, *ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις*, addi quod fama proditum constabat, ad Scamandri fontes convenisse deas, quas Paris iudicaret: v. Coluth. v. 70. Illud in oculos incurrit, his in strophis scriptorem cerni, qui poetae esse sciat non ponere inertem enumerationem nominum, sed agentes aliquid et quasi vivos describere. Immane quantum distat ab hoc miser iste interpolator, qui folium in codice perisse intelligens, quum commemoratos vidisset aliquos de Graecis ducibus, hanc ansam arripuit attexendi putidissimi eorum indicis. Nam sane non videtur carmen his sex quas posui strophis absolutum esse, sed adiectam fuisse praesagitionem exitii, quod Troiae a tanto exercitu tamque fortibus viris immineret; tum autem anapaestos aliquot accessisse, quibus non sine pavore diceret chorus quosdam altercantes advenire.

Horum clamore quum Agamemno ex aedibus evocatus

quaesivisset quid istuc tumulti esset, libri senem respondentem faciunt. Quod qui probarunt, sive suo loco servantes versum, sive post sequentem ponentes, parum cognitas habuerunt leges tragoediae, quae in duorum colloquio unum versum proferenti tertio interlocutori non concedunt locum. Menelao eum versum iam in editione mea dedi, sed debebam ante eum notare unius versus defectum. Senem enim loqui eo versu qui excidit iusserat Agamemno: sed occurrit Menelaus dicens,

οὑμός, οὐχ ὁ τοῦδε μῦθος κυριώτερος λέγειν.

Aliter peccatum erat in his, v. 346. ubi locos suos permutaverant *καὶ* et *τότε:*

ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν πράσσοντα μεγάλα τοὺς τρόπους μεθιστάναι,
ἀλλὰ τότε βέβαιον εἶναι καὶ μάλιστα τοῖς φίλοις,
ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν ὠφελῶν.

Versus 351—354. bene ab Hartungo in ordinem redactos sequuntur haec:

ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε, μὴ νεῶν
χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορός,

quae interrumpunt tenorem orationis. Imitatus est interpolator versum 1134. Nec de proximis, p. 10

κἀμὲ παρεκάλεις, τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν;
ὥςτε μὴ στερέντα σ' ἀρχῆς ἀπολέσαι καλὸν κλέος,

contendam alterum versum non esse ab interpolatore factum. Merito etiam repudiatus est versus 365. Nec versus 367. seqq. sic, ut scripti sunt, aptam orationem praebent. Nam et *δέ τοι* particulae excusando potius Agamemnoni quam accusando conveniunt, et *τὰ μὲν ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ' ἐνδίκως* recte exclusisse videtur Hartungus, ut ab interpolatore addita, qui *ἐξεχώρησαν* de abdicando munere dictum putaverit. Non erat autem etiam qui sequitur versus abiiciendus, sed potius sic scribendum:

μυρίοι δή τοι πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα·
ἐνπονοῦσ' ἑκόντες, εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς,
ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.

V. 374. perinepte scriptum est *χρέους ἕκατι*, pro quo qui *γένους* vel *κήδους ἕκατι* coniecerunt, posuerunt quo Menelaus se ipse vituperaret. Dici oportebat, quod in solum caderet Agamemnonem. Atqui is quod potentissimus haberetur, dux

erat electus. Declaravit Thucydides 1. 9. Quare scribendum videtur,

μηδέν' ἂν κράτους ἕκατι προστάτην θείμην χθονός.

Versum 376. iniuria abiecit Hartungus.

In Agamemnonis oratione v. 379. scribi debuit:

βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς οὔ, βραχέα.

V. 383. vidit quid dici deberet Hartungus, quum posuit *λέκτρ' ἐρᾷς χῆρος λαβεῖν*, verum id arcessitum est. Usitata tragicis oratio postulabat *λέκτρ' ἐρᾷς χρῄζων λαβεῖν*. V. 389. bene editor Britannus restituit *μετεθέμην εὐβουλίαν*. Gravi vitio affecta sunt haec, v. 392.

ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες
φιλόγαμοι μνηστῆρες. ἡ δέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι μέν, θεός,
κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος.

Illud quidem dubitari non potest, quin Matthiae et Seyffertus recte iusserint *ἥγε δ' ἐλπὶς* scribi. Sed nihili est *οἶμαι μέν*, in quibus verbis latet epitheton generis feminini. Notio communis enim, quum in numen vertitur, sive femininum sive generis neutri nomen habet, *θεὸς* dicitur genere feminino, forma autem masculina, quia *θεὰ* sexus diversitatem indicatura esset, ubi sola divinitatis notione opus est, ut *λήθη*, p. 11 *εὐκταία θεός* in Hecuba 214. *λύπη, δεινὴ θεὸς* ibidem v. 399. *Ἀφροδίτη, ἡδεῖα θεὸς* in Phoenissis 402. unde apud Aeschylum Agam. 778. *δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον, θράσος*. Sic etiam Latini ut Calvus apud Macrobium Sat. III. 8. *pollentemque deum Venerem*. Nunc ad *οἶμαι μὲν* litterarum similitudine proxime accedit *ἥγε δ' ἐλπίς, ὀλομένη θεός*. Poterat vero etiam *αἱμύλη θεὸς* dici: et grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 363, 2. *Εὐριπίδης δὲ καὶ αἱμύλη εἶπε θηλυκῶς*. Deinde vero quid est *αὐτό?* Si verba spectamus, iurasse procos. At tum sequi debebat, *ἢ τὸ Τυνδάρεω σθένος*, non *ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος*: praesertim quum quid sit Menelai *σθένος* non appareat. Ex quo consequitur scribendum esse,

κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὲ καὶ τὸ σὸν σθένειν.

Spes, inquit, procos adduxit, ut iurarent, atque effecit ut iusiurandum potius quam tu aut tua res polleret. Non dixit *πλέον*, sed *μᾶλλον*, quia non volebat intelligi iusiurandum plus valuisse apud procos ad suscipiendam expeditionem Troianam, sed eos non tam Menelai precibus et adversa fortuna, quam fide iurando data esse permotos.

V. 395. veram scripturam invenit editor Britannus,

οὓς λαβὼν στράτευ᾽· ἕτοιμοι δ᾽ εἰσὶ μωρίᾳ φρενῶν.

Tum v. 398. languide nectit sententias *καί*. Interrogare debebat Agamemno, et interrogasse testatur Ennius, cuius versus in adnotationibus meis ad v. 383. attuli. Quare *πῶς τὸ σὸν μὲν εὖ παρὰ δίκης ἔσται* scribendum.

V. 416. non cogitarunt qui totam nuntii orationem abiecerunt, non solum Iphigeniae, sed etiam Clytaemnestrae adventum Orestisque nuntiari debere, nuntiatumque esse ab ipso significari Agamemnone v. 456 seqq. Videtur Euripides nuntium, qui de famulitio Clytaemnestrae est, de industria stolidum et loquacitate importunum finxisse, ut, quo alacrius eius gaudium esset, eo maiore Agamemno maerore perfunderetur. Eo multum conferunt illa, *Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα,* quae sine suspicione atrocissimi facinoris dicta quantopere conscium sibi impii consilii commovere debuerint apertum est. Itaque fecit etiam hominem istum inverecundius irrumpentem, interpellantemque colloquentes fratres. Nec debuit expelli versus 468. nam quum plures essent filiae Agamemnonis, nominari illam quae advenisset oportebat. De Oreste autem quod a me restitutum est, *ὥς τι τερφθείης ἰδών,* si qui frigide dictum iudicarunt, nec sententiam videntur verborum percepisse, nec vidisse *ὥςτε* soloecum esse: illud autem, *ὡς σὺ τερφθείης ἰδών,* quod editor Britannus posuit, ineptam distinctionem infert. Iustae vero dubitationi locum faciunt versus 437 seqq. Nam nimis profecto stolidum p. 12
atque impudentem se praebet servus ille, si, quoniam quidam ad nubendum arcessitam esse Iphigeniam coniiciant, quasi in re certa sollemnia nuptialia instituere Agamemnonem et Menelaum iubet. Haec igitur ab interpolatoris ingenio profecta credam, servumque satis habuisse has nonnullorum voces auditas dicere:

Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεάνιδα,
Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε;
στεφανοῦσθε φύλλοις κρᾶτα, καὶ κατὰ στέγας
λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος·
φῶς γὰρ τόδ᾽ ἥκει μακάριον τῇ παρθένῳ.

V. 444. recte G. Burges *ἄρξωμαι*, et v. 453. Dobraeus *οὐ σθένω* pro *αἰδοῦμαι*. Versus 502—505. autem non abii-

ciendi erant, sed correcto errore scribae recte connectendi cum praegressis, *εἰ δ' ἐς μεταβολὰς ἦλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων.*

V. 523. inepta continet. Scribendum:

κοὐδέν γε χρηστόν, οὐ δὲ χρήσιμον, πικρόν.

Omnium luculentissime hanc sententiam elocutus est Aeschylus Agam. 1141. *ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις βροτοῖς τέλλεται; κακῶν γὰρ διαὶ πολυεπεῖς τέχναι θεσπιῳδοὶ φόβον φέρουσιν μαθεῖν.*

V. 533 sqq. absurde Agamemnonem metuere ne Achivi se et Menelaum interfecturi eversurique et vastaturi Argos sint, recte adnotavit G. Dindorfius. Videtur interpolator, quum versus lacunosos invenisset, atrocia pro suo captu esse commentus. Euripidem sic scripsisse credam:

ὃς ξυναρπάσας κόρην
σφάξαι κελεύσει, κἂν θέλω κἂν μὴ θέλω.
τοιαῦτα τἀμὰ πήματα.

V. 544. editor Britannus, qui ridicule negavit Graece dici *σιγὴν φυλάσσειν*, hoc tamen non male iudicavit, Agamemnonem, qui nusquam chorum alloquio dignetur, hic in summo dolore non dicturum fuisse *ὑμεῖς τε σιγὴν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε.* Debebat vero hoc addere, gravi aliquo dicto finiri scenam oportuisse, praesertim sequente carmine chorico. Sensit qui hunc versum addidit, mirum esse quod chori, qui et rixam Menelai cum servo, et altercationem fratrum, et quid Iphigeniae pararetur audiverit, tam nulla ratio habetur, ut ne cogitare quidem Agamemno videatur prodi ab his virginibus rem posse Clytaemnestrae. Verum Euripides, quoniam choro tamen opus erat tragoediae, virgines ex Chalcide introduxit, quae ut peregrinae non ausurae essent
p. 13 rebus quae in Aulide agerentur se immiscere. Aulidenses enim aegrius tulissent sua in urbe innocentem virginem immolari. Propterea chorum ea tantum quae communia sunt comitatis officia praestare fecit.

V. 548. non debebam quidem *μελομένων οἴστρων* scribere, sed qui *μαινομένων* in diurnis scholasticis a. 1833. p. 635. firmasse quibusdam visus est, Mehlhornius, perdidit operam. Gravioribus enim argumentis opus esset, ut quis dactylum in hoc genere versuum tribracho respondere posse evinceret, postquam cognitum est multo maiore severitate quam olim credebatur exaequatas esse pedum mensuras.

Videtur interpolator μαινομένων posuisse, quum legi quod in male habito codice scriptum fuerat non posset. Euripidi non deerant quae poneret alia verba, ut παραφρόνων, παραφόρων, παρακόπων. Hesychius: παρακόπτει, μαίνεται. Sic in Bacchis v. 33. παράκοποι φρενῶν et 998. παρακόπῳ λήματι dixit. Alio modo pedum iusta comparatio restituenda v. 555. ubi apertum est quam non apto loco Venus καλλίστα appelletur. Quod vocabulum si erutum est ex obscuris pristinae scripturae reliquiis, proxime accedit recte formata vox, cuius tamen aliud exemplum non habeo:

ἀπενέπω νιν ἁμετέρων,
Κύπρι, καταυλιστὰν θαλάμων.

Aliquid ambiguitatis habent haec v. 565. τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία, τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει χάριν ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν τὸ δέον, ἔνθα δόξα φέρει κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ, quia ἐσορᾶν et nominativus et accusativus esse potest. Si nominativus, sententia haec est, τό τε αἰδεῖσθαι σοφία ἐστί, τό τε ἐσορᾶν τὸ δέον ἔχει τὰν ἐξαλλάσσουσαν χάριν: et sic fere haec accipiebantur: sin accusativus, hoc dicitur: τὸ αἰδεῖσθαι σοφία τέ ἐστι, ἔχει τε χάριν τὰν ἐξαλλάσσουσαν ἐσορᾶν τὸ δέον. Hoc verum esse eo apparet, quod qui haec audiebant, iis non poterat non τὸ αἰδεῖσθαι videri ἔχειν τι, etsi τε inter τὸ et αἰδεῖσθαι positum erat: cuius generis exempla si quis requirit, videat Schaeferum in indice poesis gnomicae. Sic igitur ratiocinatur chorus: multum educatio ad virtutem confert: nam verecundum esse (qui est fructus bonae educationis) et sapientia est, et gratiam habet mutuam hanc, ut quis prudenter videat quid oporteat, ubi existimatio hominum laudem non senescentem affert vitae. Quae statim sequuntur, in iis quod Marklandus proposuit, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ κόσμος ἐνὼν ὁ μυριοπληθὴς μείζω πόλιν αὔξει, non est ab Euripide scriptum. Genitivum sibi postulat μυριοπληθής. Feminarum virtutem cerni dicit fugiendis clandestinis amoribus, in viris autem iustum modum innumerabilis laborum et molestiarum varietatis augere robur et potentiam civitatis. Quare scribendum: ἐν ἀνδράσι δ' αὖ κόσμος ὄτλων ὁ μυριοπληθὴς μείζω πόλιν αὔξει. p. 14

Quae a v. 575. scripta sunt versibus Glyconeis, quales etiam quae praecedunt strophae habent, ut vix dubitari possit quin et ipsa fuerint antistrophica, praesertim quum

v. 582—584. indicium praebeant haud ambiguum. Sunt illae reliquiae carminis, cuius aliquot versus lacerato corruptove codicis folio perierunt. Nam et initium strophae deest, et nimis nudum est illud *εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες*, quod cur esset adiectum indicari debebat, et ultima carminis verba numero carentia discerptas folii lacinias produnt. Quare non videor errare, si insertis ex coniectura aliquot verbis, ubi res ipsa sensum monstrabat, formam carminis hanc fuisse coniiciam:

[μή μοι φῶς πότ᾽ ἐς ἁμέρας] *στρ. β′*
ἔμολες, ὦ Πάρι, μηδὲ σύ γε
βουκόλος ἀγραύλοις ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις
[πολυπλόκον] μίμημα πνέων

. . . .

εὔθηλοι δὲ [πλανώμεναι *ἀντ. β′*
κατὰ νάπας] τρέφοντο βόες,
εὖτε κρίσις σ᾽ ἔμηνε θεᾶν
ἅ σ᾽ [εἰς] Ἑλλάδα πέμπει.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . . . . *ἐπῳδ.*
ἐλεφαντοδέτων πάροιθε θρόνων,
Ἑλένας [ἵν᾽] ἐν ἀντωποῖς βλεφάροις
ἔρωτά τ᾽ ἔδωκας, ἔρωτι δ᾽ αὐτὸς ἐπτοάθης·
ὅθεν ἔρις, ἔρις
Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ᾽ ἄγει
πρὸς πέργαμα Τροίας.

Pauca his defendendis addo. Initio strophae apertum est optasse chorum, ut aut natus non esset Paris, aut non pa-
p. 15 visset boves in monte Ida. Ideo *μηδὲ* scribendum fuit: nam *μήτε—μήτε* ibi recte dicitur, ubi de duobus utrumque factum est, non ubi, si alterum factum esset, fieri non potuisset alterum, ut hic, si non natus esset Paris, pascere boves non potuisset. Verba quae in primo versu posui, sicut etiam quae in antistropha addidi, potuerunt alia esse, sensum tamen

eum quem dedi praebentia. Nam etiam boves pastas esse inepte esset adiectum, nisi adderetur, non custoditas libere vagatas esse, dum pastor securus fistula se oblectabat deasque iudicabat. Ἀργενναῖς, quod vocabulum casu credo non esse in superstitibus tragoediis usurpatum, error scribae est, qui fortasse in codice exaratum videbat ἀγρ . . . ις. Ovium enim illud epitheton est, nec facile quis credat candidas fuisse Paridis boves. Itaque ἀγραύλοις scripsi. Porro si πολύπλοκον, ut conieci, scriptum fuit, apparet cur πλέκων pro πνέων positum sit in codicibus. Antistrophae versus qui perierunt, haec fere videntur continuisse: ibi formae pulcritudine conspicuus barbaricoque ornatu speciosus hospes in Menelai domum venisti, adstitistique (hoc erat in primo versu epodi qui et ipse deest) ante splendidas ebore sedes. Nam quod scriptum est ἐλεφαντοδέτων πάροιθε δόμων, in eo absurde δόμων interpolator pro evanido θρόνων posuit, idemque etiam ὃς in versu sequente et ineptos articulos addidit. Ceterum quum in libris legatur βλεφάροισιν, falleretur, qui προπάροιθε scribens hos tres versus uno ex anapaestis numero cum logaoedica catalexi putaret decurrere. Id enim prohibet spondeus, qui ab isto genere numeri alienus est: v. Aeschyli Prom. 165. s. 184. s. Tum quod legebatur ἔρωτα δέδωκας, ἔρωτι δ', apparet cur corrigendum fuerit. Denique quod in fine carminis habent libri ἐς Τροίας πέργαμα, tantummodo explendae sententiae caussa ab interpolatore additum, numerum quidem praebet iustum, ut correxi, sed vereor ne aliquanto gravioribus verbis carmen fuerit conclusum.

DE INTERPOLATIONIBUS EURIPIDEAE IPHIGENIAE IN AULIDE DISSERTATIONIS PARS ALTERA.*)

Quod in priore parte dissertationis dicebam, non esse p. 3
statim abiicienda quae interpolator non integra in lacero codice inventa perperam constituisset, confirmant systemata

*) Edita est a. 1848.

anapaestorum, quibus a v. 593. hemichoria inter se colloquuntur. Comparanti inter se systemata illa patebit Euripidem v. 594. scripsisse,

τὴν τοῦ βασιλέως
κούρην ἴδετ' Ἰφιγένειαν,
τὴν Τυνδάρεω τε Κλυταιμνήστραν.

V. 600. *τοῖς εὐδαίμοσι* excidisse quum in adnotatione demonstraverim, miror quod quibusdam non persuasi de re apertissima. Alterius hemichorii versus, quos foede corrupit interpolator, non omnes suppositos esse A. Seidlerus, qui quasdam mecum in hanc tragoediam adnotationes communicavit, ex Clytaemnestrae verbis quae sequuntur cognosci intellexit. Quum prioris hemichorii virgines retro cessurae viderentur, alterae hortantur ut maneant, quarum verba sic ferme scripta fuisse credibile est:

στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα·
τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων,
μὴ γῇ σφαλερὸν πόδ' ἐρείσῃ,
συνεφαψάμεναι μαλακῇ ῥώμῃ,
μὴ ταρβήσῃ τὸ νεωστὶ μολὸν
κλεινὸν φίτυμ' Ἀγαμεμνόνιον,
καὶ μὴ θόρυβον μηδ' ἔκπληξιν
ταῖς Ἀργείαις
ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν.

V. 616. Recte Barnesius *εὐλαβούμεναι.* Choro enim haec dicit Clytaemnestra. V. 618. videtur scriptum fuisse,

ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον ἀσφαλῶς πέδῳ,

vel *πέδοι,* vel *χαμαί.* Relictum in codice *ἀσ....* inepte ex-
p. 4 plevit interpolator, qui de suo addidit versus 619. 620. sumptos ex v. 614. 615. quod ibi *εὐλαβούμενοι* legerat; *νεάνιδες* autem et *ἀγκάλαις* sumpsisse videtur ex v. 626. in quo ante supplementum ex v. 468. petitum sic scriptum fuerat,

λάζυσθ' Ὀρέστην ἀγκάλαις νεάνιδες.

Ceterum haec, *φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν,* male intelligi video. Pavidos equos aegre tranquillari dicit: *φοβερὸν* formidantem significat, ut in Prometheo v. 144. et in Oed. R. 153.

Humi deposito a virginibus Oresti dicere Clytaemnestram quae v. 631. leguntur vidit Seidlerus. In versu qui se-

quitur supererat μακαρί ... quod male supplevit interpolator. Debebat sic:

ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς, τέκνον,
πρὸς μητέρ'. Ἰφιγένεια, σὺ δέ σε μακαρίσαι
ξέναισι ταῖςδε πλησία σταθεῖσα δός.

Monet Iphigeniam, ut gratulationes accipiat virginum. Etiam qui haec sequitur versus inepte integratus est. Fuerat opinor,

καὶ δεῦρο δὴ σὸν πατέρα προςστείχονθ' ὁρῶ.

Deinde v. 637. scribendum ὑποδραμοῦσ' ἄρ', et v. 642. cum codd. χρή, nisi vulgatum χρῶ pravatum est ex δρᾶ. V. 649. recte Blomfieldius in gloss. Sept. c. Theb. 224. videtur ἔκηλον scribi voluisse, falsus tamen eo, quod εὔκηλον diversa significatione esse dicit. Immo epicorum est; unde in carmine melico apud Sophoclem Electr. 241. V. 643. assentior nunc Elmsleio μάλιστα παίδων τοῦδ', ὅσους ἐγὼ 'τεκον scribenti. V. 655. dubitari potest an σέθεν interpolatoris sit, quum πάτερ excidisset. V. 664. recte Porsonus, ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ' ἁμὲ διολέσαντ' ἔχει. Quod dicit ἅ, necessitatem intelligit sacrificii. V. 670. rectius fortasse scribetur,

ἐς ταῦτ' ἐγὼ σοί, σύ τε, θυγάτερ, ἥκεις πατρί,

v. 672. autem

εἴθ' ἦν καλόν σε κἀμέ σοι σύμπλουν ἄγειν.

V. 673. recte Porsonus,

ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρός,

ut credat Iphigenia se prius quam nuptum detur alio deductum iri. Alioqui videretur illa nihil de nuptiis suis inaudisse. V. 677. recte puto receptum ab Hartungo esse quod conieceram, ἔα γ'· ἐπεὶ οὐ χρὴ τοιάδ' εἰδέναι κόρας. V. 681. Elmsleius ἐστήξεις.

V. 684. frustra laboratur in explicanda sententia. Excidit versus, fortasse per errorem ex ἐκτὸς quod in eo fuerat ortum:

χώρει δὲ μελάθρων ἐντός, [ὡς μετ' ἀνδράσιν p. 5
μωμητὸν οἴκων ἐκτὸς] ὀφθῆναι κόραις·

V. 707. recte sane Geelius ad Phoen. p. 219. Θέτιν requirebat, sed non opus erat ut κόρην potius expelleret, quam sine caussa iteratum Πηλεύς:

Πηλεύς· ὁ δ' ἔσχε Νηρέως κόρην Θέτιν.

V. 716. delendum puto φεῦ, quod videtur interpolator

addidisse, quum in codice quem ante oculos habebat γ' esset omissum. V. 721. recte Dobraeus ἀπάξεις.

V. 733. quum non sit Atticum πείθεσθαι iunctum genitivo, scribendum puto,

τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἰθίσμεσθά σοι.

V. 743. recte Marklandus,

καλὸν τεκοῦσαν τἀμά μ' ἐκδοῦναι τέκνα.

V. 748. ineptum est additamentum interpolatoris.

Quos versus primum carminis chorici stropharum par male sibi respondentes habet, facile corrigi possunt. V. 771. etiam sine metri indicio Φρύγες pro Τρῶες scriptum fuisse apertum est. V. 772. ἅλιος scribendum pro πόντιος; v. 776. Ζηνὸς κούρων. Tanto turpius proximarum reliquiae stropharum ab interpolatore, qui eas pro epodo habuit, tractatae sunt. Videntur eae sic scriptae fuisse:

Πέργαμον δ' Ἴλιόν τε, Φρυγῶν πόλιν, στρ.
λαΐνους περὶ πύργους
θεόδμητά τε τείχη
κυκλώσας δόρει φονίῳ
πέρσας τε κατάκρας
θήσει λειπόπολιν κλαυθμόν.

μήτ' ἐμοί, μήτ' ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις ἀντιστρ.
ἐλπὶς ἅδε ποτ' ἔλθοι,
οἵαν αἱ πολύχρυσοι
Λυδαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
στήσουσι παρ' ἱστοῖς
μυθεῦσαι τάδ' ἐς ἀλλήλας.

Sequitur epodus, cuius primum versum Dobraeus emendavit, in altero interpolator τανύσας addidit:

τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμου κόμας
ῥῦμα δακρυόεν πατρίδος
p. 6 ὀλομένας ἀπολωτιεῖ
διὰ σὲ τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον,
εἰ φάτις ἔτυμος ὡς σε Λή-
δα τέκεν ὄρνιθι πταμένῳ,
Διὸς ὅτ' ἀλλάχθη δέμας, εἴτ'
ἐν δέλτοισι Πιερίσιν
μῦθοι τάδ' ἐς ἀνθρώπους
ἤνεγκαν παρὰ καιρὸν ἄλλως.

Iam Achilles desidiae pertaesus convenire cupit Agamemnonem, non ille verens, ut Hartungus putat, ne languescat bellandi cupido apud eos, qui coniuges et liberos domi reliquerint, sed pari ardore omnes bellum expetere videns: quare versus 810. quaestionem contineat necesse est, nisi quis scribere volet *πᾶς ἐξ ἴσου γὰρ μένομεν Εὐρίπου πέλας.* Tum quibus argumentis alii Agamemnonem ut vela dare iubeat hortaturi sint, illis relinquens, ipse Myrmidonum impatientiam est declaraturus.

V. 830. restituenda editionum scriptura, *αἰνῶ σ᾽, ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν.*

V. 845. seq. aut *περὶ γάμου* scribendum, aut addito *τε,*

πᾶσιν τόδ᾽ ἐμπέφυκεν, αἰδεῖσθαι φίλους
καινούς θ᾽ ὁρῶσι καὶ γάμου μεμνημένους.

Aliter redundaret *καί.*

V. 871. scribendum

ὁ λόγος ἐς μέλλοντ᾽ ἂν ὡς εἰ χρόνον· ἔχει δ᾽ ὄκνον τινά.

V. 894. recte Matthiae delevit copulam, v. 915. autem Marklandus scripsit *πρός σε δεξιᾶς.* V. 917. credam melioribus numeris Euripidem scripsisse,

οὐκ ἔχω βωμόν τιν᾽ ἄλλον καταφυγεῖν ἢ σὸν γόνυ,

vel *καταφυγήν.*

V. 925. Excidit versus: vix enim dubitari potest, quin dixerit Achilles,

ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρὸς ὧν
ἤκουσα . . . .

V. 928. 929. qui in libris choro tributi sunt, non pugnabo si quis ab interpolatore additos censebit.

V. 940. nescio an rectius scribatur *τοσοῦτό σ᾽, οἶκτον περιβαλών, καταστελῶ.*

V. 949. Hunc versum interpolator ex Helenae v. 462. p. 7
ὦ δαῖμον, ὡς ἀνάξι᾽ ἠτιμώμεθα, videtur sumpsisse.

V. 952. 953. Probanda esset Hartungi coniectura, *ἐγὼ οὐχὶ Πηλέως,* nisi hi duo versus ab interpolatore adiecti viderentur, repeti volente, quod v. 944. 945. dictum erat. Alieni enim sunt hic, ubi indignatur Achilles, quod posthabeatur Menelao.

V. 962. sententia negationem postulat: *τίς δὲ μάντις οὐκ ἀνὴρ ὃς ὀλίγ᾽ ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει τυχών;*

V. 965. Recte Hartungus illud stolide atque importune

dictum *μυρίαι κόραι θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν*, interpolatori reddens scripsit,

οὐ τῶν γάμων ἕκατι δ' εἴρηται τάδε.

Quae v. 968. sequuntur turpiter corrupta, sic restituenda sunt:

χρῆν δ' αὐτὸν αἰτεῖν τοὐμὸν ὄνομ' ἐμοῦ πάρα
θήραμα παιδὸς σῆς, Κλυταιμνήστρα· σὺ δ' εἰ
λόγοις ἐπείσθης θυγατέρ' ἐκδοῦναι πόσει,
ἔδωκα τἂν Ἕλλησιν.

Perorationem Achillis v. 979. stultissimam esse nemo non concedet Marklando. Si lacunosos versus pro suo ingenio interpolator explevit, coniiciat quis scriptum fuisse,

ἀλλ' ἡσύχαζε· φῶς ἐγὼ πέφηνά σοι·
σωτήριος δὲ σὺν θεοῖς γενήσομαι.

V. 995. Si Clytaemnestra, ut interpretes putant, de nuptiis, quas olim uxorem ducens Achilles facturus esset, loqueretur, dicere deberet *σοῖσι μέλλουσιν γάμοις*. Nunc in librorum scriptura dicit, malum portendi Achilli, si per has quae futurae fingantur nuptias pereat Iphigenia.

V. 1029. scribendum,

καλῶς δὲ κρανθέντων πρὸς ἡδονὴν φίλοις,
σοί τἂν γένοιτο κἂν ἐμοῦ χωρὶς τάδε.

V. 1041. turpes habet numeros, nec *θεὸς* monosyllabum est post vocalem brevem, sed post longam, etiam sequente vocali, ut in Oreste v. 399. et Herc. fur. 346. utrobique in caesura:

δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος·
ἀμαθὴς τις εἶ θεός, ἢ δίκαιος οὐκ ἔφυς.

Excipiendae videntur duae breves vocales unius longae vice fungentes, ut in numero cretico Iphigeniae v. 1305. Quare scribendum:

σὺ δ', εἰ μέν εἰσιν θεοί, δίκαιος ὢν ἀνήρ.

In chorici carminis primae antistrophae initio non Thes-
p. 8 salae virgines, sed praescius futuri centaurus Chiro Achillem lumen Thessaliae fore vaticinatur. Corrupta sic restituenda puto v. 1068.

„μέγα“ δ' ἀνέκλαγεν, „ὦ Νηρηῒ κόρα,
Θεσσαλίδι πάτρᾳ μέγα φῶς,“
μάντις ὁ φοιβάδα μοῦσαν
εἰδὼς „γεννάσεις“
Χείρων ἐξονομάζων,

„ὃς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων
ἀσπισταῖς Πριάμοιο κλεινὰν
γαῖαν ἐκπυρώσων,
περὶ σώματι χρυσέων
ὅπλων Ἡφαιστοπόνων
κεκορυθμένος ἔνδυτ', ἐκ θεᾶς
ματρὸς δωρήματ' ἔχων
Θέτιδος, ἅ νιν ἔτικτεν."
μακάριον τότε δαίμονες
τᾶς εὐπατρίδος γάμον
Νηρήδων ἔθεσαν πρώτας
Πηλέως θ' ὑμεναίοις.

Sequebatur aliud par stropharum, cuius prior stropha in tam corroso videtur folio scripta fuisse, ut interpolator varios eosque partim perineptos explendi conatus tentaret. Quod nisi antistropha aliquanto integrior mansisset, ne divinandi quidem copia esset relicta. Sed quum tamen quid dictum fuerit agnosci posse videatur, licebit tale quid suspicari:

σὲ δ', ὦ κόρα, στέψουσι καλλικόμαν στρ.
πλόκαμον Ἀργεῖοι, μελέαν
ὥς τινα μόσχον ὀρείαν,
βρότεον αἷμ' ἀπαρξομέναν,
οὐκ ἐπὶ φόνον, οὐδὲ θεᾶς
βωμῷ θῦμα τραφεῖσαν,
παρὰ δὲ ματέρι νυμφοκόμον
αὔχημ' εὐδοκίμων γάμων
κλεινοῖς Ἰναχίδαισιν.

ποῦ δ' ἂν τὸ τᾶς αἰδοῦς σθένειν τίν' ἔχοι ἀντιστρ.
δύνασιν, ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς
σωφροσύνας τε πρόςωπον,
ὁπότε τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει p. 9
δύναμιν, ἁ δ' ἀρετὰ κατόπι-
σθεν θνατοῖς ἀμελεῖται,
ἀνομία δὲ νόμων κρατεῖ,
καὶ μὴ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς,
μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.

In proxima scena, ubi Clytaemnestra confiteri Agamemnonem cogit sacrificandae filiae consilium, valde perturbatum esse ordinem versuum, nec dicta se iusto ordine ex-

cipere, non est obscurum. Sensit hoc Hartungus, sed qua ille ratione versus collocavit, ea non videntur omnia ita procedere, ut nihil inconcinnitatis relinquatur. Ego quidem re accurate perpensa, postquam Agamemno quaesivit ex filia quid fleat, sic existimo confessionem fraudis ab eo extorqueri:

ΚΛΥ. φεῦ,
τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν λόγων;
ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα,
κἀν ὑστάτοισι κἀν μέσοισι πανταχοῦ.
ΑΓ. τί δ' ἠδίκησαι; ΚΛΥ. τοῦτ' ἐμοῦ πεύθει πάρα;
ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.
ΑΓ. τί δ' ἔστιν; ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων.
ΚΛΥ. εἴφ' ἂν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι.
ΑΓ. σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις.
ΚΛΥ. οὐκ ἄλλ' ἐρωτῶ, καὶ σὺ μὴ λέγ' ἄλλα μοι.
ΑΓ. οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ'· ἐρωτᾶσθαι θέλω.
ΚΛΥ. τὴν παῖδα τὴν σὴν τήν τ' ἐμὴν μέλλεις κτανεῖν;
ΑΓ. ἔα,
τλήμονα γ' ἔλεξας ὑπονοεῖς θ'. ΚΛΥ. ἔχ' ἥσυχος,
κἀκεῖνό μοι τὸ πρῶτον ἀπόκριναι πάλιν.
ΑΓ. ὦ πότνια μοῖρα καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός.
ΚΛΥ. κἀμός γε καὶ τῆσδ', εἷς τριῶν δυσδαιμόνων.
ΑΓ. ἀπωλόμεσθα· προδέδοται τὰ κρυπτά μου.

Res ipsa loquitur. Quare hoc tantum addo, eiecisse me v. 1143. *ἃ μή σε χρή*, quae explendae sententiae caussa videntur adscripta fuisse, unde *ἔχ' ἥσυχος* pro singulari versu habitum. Atque aptius est, interpellari dissimulare volentem quid sit machinatus.

V. 1159. scribendum,

p. 10 *βρέφος τε τοὐμὸν ζῶν προσούδισας πάλῳ,*

Egregia Scaligeri coniectura est *προσουδίσας*, qui tamen non debebat *πάλῳ* in *πέδῳ* mutare; Iacobsio autem debetur *ζῶν*. Deinde v. 1161. recte Marklandus, *καὶ τὼ Διός σε παῖδ', ἐμὼ δὲ συγγόνω ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην*. V. 1165. scribendum *οἷς σοι καταλλαχθεῖσα*. V. 1176. displicent duo continui anapaesti, ut praestet *Ἑλένην Μενέλεως*. Ibidem scribendum puto:

καλὸν κλέος,
κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτῖσαι τέκνα,
τἄχθιστά γ' εἰ τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα.

h. e. si vel inimicissima carissimis emimus. V. 1188. recte Reiskius *ἐνδεῖ* scribendum esse, et hos tres versus interrogando dici vidit, hac sententia: num levi tantum praetextu opus est, ut te ego et quae superstites erunt filiae ita ut meritus eris excipiamus? V. 1202. nunc malim, *ἐὰν αὐτοὺς σὺ προθέμενος κτάνῃς*. V. 1212. non opus videtur Hartungi coniectura *παῖδ' ἀποστερήσομαι*, quum ferri possit *παιδὸς ὑστερήσομαι*. Thucydides III. 31. *ἐπειδὴ τῆς Μυτιλήνης ὑστερήκει*.

V. 1220. expulsa interpolatoris sapientia, quam hausit ex Alcest. 358. scribendum:

εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
πείθειν ἐπᾴδουσ' οὓς ἐβουλόμην λόγοις,
ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον.

V. 1236. restituendum *ἀντιλάζομαι*, si vera est observatio Elmsleii, Atticis *λάζυσθε* tantum imperativo dici. V. 1237. scribendum videtur, *τί δ' αὔτ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' ἐςδέξομαι*.

V. 1255. scribendum *ἀλλ' αἴδεσαί με καὶ κατοίκτειρον βίον*. V. 1267. Credam Euripidem scripsisse, *ὃ μὲν νεοσσὸς οὗτος, ἣ δ' ηὐξημένη*. V. 1267. recte editor Britannus Reiskii *δεινῶς δ' ἔχει μοι* vindicavit.

V. 1276. 1277. Hic duo versus non minus inepti sunt, quam quae similiter scripta v. 534—537. eiici debere dictum est.

V. 1285. Bene animadvertit editor Britannus, non debuisse hic virgines Chalcidenses compellari, sed iterandum fuisse *ὦ τέκνον*. Bene etiam Hartungus intellexit, respondere inter se anapaestos Clytaemnestrae et Iphigeniae, sed latuit eum aptior explendi via, quae talis est:

ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, οἳ 'γὼ θανάτου
τοῦ σοῦ μελέα· φεύγει σε πατὴρ
Ἅιδῃ παραδοὺς κατενεγκεῖν.

In melicis quae sequuntur editor Britannus, qui miro p. 11
errore non vidit *θεαῖς* v. 1305. non de tribus deabus, quae ad Paridis iudicium venissent, sed de nymphis dictum esse, multa non bene administravit. Versus 1310—1313. langui-

dissimum additamentum sunt interpolatoris, a cuius importunitate liberandi sunt etiam anapaesti v. 1325—1335, quos sic scriptos fuisse veri simile est:

μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
πρύμνας ἅδ' Αὐλὶς δέξασθαι
τούςδ' εἰς ὅρμους
ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
μηδ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ
πνεῦσαι πομπὰν Ζεὺς εἱλίσσων
αὔραν ἄλλοις ἄλλαν θνατῶν
λαίφεσι, τοῖς μὲν
χαίρειν, ἄλλοισι δὲ λύπαν.

V. 1357. insolentior productio sic removenda videtur:

ΑΧ. αὐτὸ τοῦτο. ΚΛ. τίς ἂν ἔτλη δὲ σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν;

V. 1361. videtur *εὔνιν* scribendum.

V. 1388. certo non est Euripidis, ac vereor etiam ne pro duobus qui praecedunt hic unus ab eo positus fuerit:

τὰς δὲ μελλούσας γυναῖκας μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾶν.

V. 1397. recte Hartungus:

τί τὸ δίκαιον τοῦτ'; ἔχοιμεν ἆρ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος;

Quae a v. 1440. Achilles Iphigeniae dicit, interpolator mira perversitate iudicii ineptissimis versibus auxit, quibus eiectis haec remanet digna Achille oratio:

Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριον μέ τις θεῶν
ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων.
ζηλῶ δὲ σοῦ μὲν Ἑλλάδ', Ἑλλάδος δὲ σέ·
μᾶλλον δὲ λέκτρων σῶν πόθος μ' ἐσέρχεται
ἐς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.
ὅρα δ', ἄθρησον· ὁ θάνατος δεινὸν κακόν,
χρήσει δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα,
p. 970 poetae recte tribui potest carmen, quod aliquanto recentioris aevi colorem prodit: ut, si est ex aliqua Heraclea sumptum, potius Rhiani quam cuiusquam alius esse videri possit. Exstitit vero etiam, qui suspenso pede incedens augusto inter dubia calle se evasurum speraret, si scriptorem carminis diceret rhapsodum Alexandrinum fuisse, quale hominum genus ne fuit quidem. Et tamen inventi sunt qui eam opinionem amplexi sedulo conquirerent, quae vituperarent in carmine, in quo tanta arte omnia ad vivum expressa sunt, ut scriptor ille in praestantissimis sit poetis numerandus. Ego quidem cur Wartono assentiar, qui carmen illud Theocrito dignissimum esse iudicavit, dixi ad Orphica p. 691. Neque vero aut dialectus aut argumentum impedit, quin scriptor esse potuerit Theocritus. Multa enim illius aevi poetae tum Dorica tum Ionica lingua scribebant, eaque varietate etiam laudem quaerebant, quique bucolici poetae vocantur, nomen illud a parte poesis suae, non ab universa acceperunt. Versabatur enim illa in describendis vitae communis negotiis et familiaris consuetudinis ratione, nunc pastorum, nunc aliorum hominum, quorum similis conditio esset: quo in genere saepius etiam ex antiquis fabulis argumenta depromebant, sed ea talia, quae quotidianae heroum vitae imaginem depingi paterentur. Quocirca non mirandum, si quaedam horum ea

dialecto, quae bucolici carminis propria esset, scripserunt, ut Theocritus Cyclopem et Heracliscum, alia autem Ionico sermone, quibus is aptior videretur, ut Moschus Europam et Megaram: cuiusmodi sunt in Theocriteis hoc quintum et vicesimum carmen et, quem deterioris poetae esse puto similiorisque Callimacho, hymnus Dioscurorum.

Quisquis autem fuit, qui hoc de quo disputo carmen scripsit, quaeri potest, quoniam carmen non integrum est, quid ille consilii in condendo hoc poemate sit sequutus, qualeque esset, si integrum haberemus. Atque apertum est, id quo omnia tendunt descriptionem esse pugnae cum Nemeaeo leone, cum qua caetera tanta arte contexta sunt, ea descriptio ut neque quaesita nec casu oblata, sed per ipsum rerum narratarum ordinem necessaria esse videatur. Quodsi haec, ut videtur, summa est argumenti, nihil ad integritatem deesse carmini, quam initium et aliquid in medio putandum erit. Finem enim deesse non ausim contendere, etsi insolitum est, quod ipsa narratione Herculis terminatur carmen. Sed de his quas habemus partibus dubitari potest decerptaene sint ex longiore poemate, an solae a poeta scriptae atque elaboratae, ut eas postea, additis quae desunt, in unum poema coniungeret. Nihil enim cogit, ut credamus poetas in p. 971
condendis carminibus ab exordio facere initium atque deinceps omnia ordine pertexere, et non potius, ubi summam poematis animo designaverint, partes aliquas, prouti quaeque suavitate aut ubertate argumenti invitet, perficere, totum alio tempore composituros. Sive igitur hae duae partes, quae in libris leguntur, solae a poeta sunt perscriptae, sive ex integro opere, quod praestantissimae viderentur, decerptae, certe poema illud, quod vel absolverat poeta, vel absolvere in animo habuerat, non Heraclea aliqua, sed Augeis videtur fuisse, quae adventum Herculis ad Augiam, operamque ejus in purgandis stabulis exponeret.

Habuit hoc poema eamdem sortem, quam Bionis et Moschi carmina. Tam magnae enim tamque mirabiles in tota illa Theocriti idylliorum appendice inveniuntur librorum discrepantiae, ut, quum neque iidem libri constanter meliores scripturas praebeant, in omnibus autem manifesta sint emendationis vestigia, nihil relictum videatur, quam ut antiquissimum codicem, ex quo nostri sunt libri exscripti, aut adno-

tatas ipsorum poetarum correctiones continuisse, aut, quod multo est veri similius, multis in locis, quod situ et vetustate tabidus esset, voces lectu ambiguas vel plane evanidas habuisse credamus, quas alii scribae aliter nunc rectius nunc peius integraverint. Hoc si recte statuimus, consequitur, ut non continuo, si qui liber saepius meliora praebeat, eum ubique sequi, sed potius quaerere debeamus, quid correctori debeatur, quidve in libro a correctore fuerit repertum. In Theocriteo quidem carmine hae potissimum ex isto genere diversitates inveniuntur:

1.	*βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ*	*φυτῶν ἐπίουρος. ἀροτρεύς*
7.	*εὔτριχες*	*εὔφρονας*
9.	*νάσσατος*	*νέμονται*
15.	*μελιηδέα*	*πολυειδέα*
16.	*τε φέρουσιν*	*θαλέθουσιν*
47.	*πρέσβυ*	*τῶνδε*
48.	*τῶνδε γεραίτερος*	*τῶν γεραρώτατος*
50.	*φωτῶν*	*θνητῶν*
51.	*ἀγρώτης*	*ἀροτρεύς*
65.	*μῦθον ἰόντα*	*μυθήσασθαι*
74.	*τρηχὺ*	*πολλὰ*
76.	*αὖλιν*	*αἰὲν*
85.	*ἔτραπεν*	*ἤγαγεν*
104.	*φίλας ὑπὸ μητέρας*	*φίλαις ὑπὸ μητράσιν*
105.	*πέπληντο δὲ*	*μεμάασα*
110.	*πολύφρονος*	*βαρύφρονος*
114.	*θαύμαζεν ὁμῶς*	*θαύμαζε βοῶν* et *θεῶν*
—	*τόγε μυρίον ἔθνος*	*τότε μυρίαν ἔδνον* et *ἔργον*
122.	*καταφθείρουσι*	*καταφθίνουσι*
151.	*ἦσαν*	*ἄνδρες*
155.	*ἄθι*	*ὅρους*
156.	*ἐξανύοντο*	*ἐξανύσαντες*
164.	*νέος ἀκμὴν*	*μέσας ἀκμῆς*
203.	*ἀγχίμολοι ναῖον*	*ἄγχιστα πρόσναιον*
213.	*εἶθαρ ἔβησα*	*εἰσανέβησα*
216.	*οὐδ᾽ ὄπη*	*οὐδενὸς*
227.	*ἄφαρ*	*ἅμα*
228.	*ῥίῳ*	*τρίβῳ*
284.	*ὑπέδειξεν ὀδόντας*	*ὑπ᾽ ὀδόντας ἔφηνε*
p. 972 248.	*εὐκεάτοιο*	*εὐκάμπτοιο*

264. ἤλασα	ἔφθασα
279. ὄφρα μοι εἴη	ἰωχμοῖο
281. πήματα	κήδεα.

Harum scripturae diversitatum etsi una atque altera fortasse ab errore librariorum profecta est, tamen plerarumque aliam originem esse apparet.

Illud quidem, quod statim in primo versu legebatur,

τὸν δ' ὁ γέρων προςέειπε, βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ,

facile credam a dormitante librario, cui Homerici versus obversabantur, esse scriptum. Nam quin recte ex optimis libris Florentino, Vaticano, Mediolanensi, Regio 3378. quem Sanctamandus contulit, φυτῶν ἐπίουρος ἀροτρεὺς repositum sit, dubitare non sinit qui sequitur versus,

παυσάμενος ἔργοιο, τό οἱ μετὰ χερσὶν ἔκειτο·

confirmantque versus 23—33. Unde etiam v. 51. quum ab aliis, tum a Meinekio ἀροτρεὺς ex iisdem codicibus receptum, ubi vulgares libri, non illi tamen male ἀγρώτης habent.

Percensebo nunc secundum Meinekii editionem, quae mihi vel emendatione vel adnotatione aliqua videntur indigere.

V. 8. lex et consuetudo scribi postulant,

οὐ πᾶσαι βόσκονται ἴαν βόσιν, οὐδ' ἕνα χῶρον,

non, ut in libris scriptum, οὔθ'.

V. 9. ab H. Stephano acceptum est,

ἀλλ' αἱ μέν ῥα νάοντος ἐπ' ὄχθαῖς ἀμφ' Ἑλισοῦντος.

Ante illum legebatur ἄλλαι μέν ῥα νάοντος. Ex codicibus tantummodo νέμονται adnotatum est. Defendi quidem et ἄλλαι μέν ῥα potest, et νάοντος, quod dictum sit ut ποταμοῖο ῥέοντος v. 19; attamen concinnius et venustius est ἄλλαι μέν ῥα νέμονται. Cetera Meinekio sic scribenda videbantur, ἐπ' ὄχθαις Εἰλίσσοντος, nescio an recte, etsi valde fluctuat huius nominis scriptura, de qua legi possunt quae allata sunt in editione Parisina Thesauri Stephaniani. Sed unde νάοντος? Ex errore librariorum. Fontasse. Licebit tamen suspicari, quum proximi duo versus αἱ δ' initio habeant, excidisse unum versum, scriptumque fuisse in antiquissimo libro:

ἀλλ' αἱ μέν ῥα νέμονται . . . .
αἱ δ' αὖτ' ἀενάοντος ἐπ' ὄχθαις Εἰλίσσοντος.

V. 12. Nec χωρὶς δὴ σηκοὶ, quod in libris est, dici potuit, nec recte scriberetur χωρὶς δὲ σηκοί, dura productione,

quam non bene defenderet qui κατ' αὔλιά τε σηκούς τε v. 87. afferret. Id enim et loco versus, quo positum est, et similibus in tali formula antiquiorum poetarum exemplis est munitum. Hic vero manum corrigentis librarii deprehendere videor, qui in versu, quem poeta sic scripserat,

σηκοὶ δέ σφισι χῶρι τετυγμένοι εἰσὶν ἑκάσταις,

contra metri legem χωρὶς scriptum invenerat. De χῶρι forma adverbii dixit in libro de adverbiis Apollonius p. 548, 31. et 573, 1. auctore usus Callimacho. Vid. etiam Etym. M. p. 607, 23. et Crameri Anecdot. I. p. 443, 27. tetigitque non semel Eustathius. Nec videntur tragici ea forma abstinuisse: unde parata est emendatio Euripidi in Heracl. 224.

σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χῶρι καὶ πόλει κακόν.

p. 973 V. 15. non probo insolitam formam nominis

Πηνεοῦ ἅμ μέγα τῖφος.

Codices Πηνείον et Πηνειοῦ. Vulgati libri recte Μηνίου. Dixerunt de horum nominum permutatione interpretes Diodori Siculi ad IV. 13. et Tzschuckius ad Strabonem vol. III. p. 32. Quod O. Müllerus in Doriensium vol. II. p. 457. opinatus erat, Peneum fuisse amnem ex Menio derivatum, nullo erat auctore coniectum, mutavitque ipse sententiam, Menium tantummodo probans in Notitiis litt. Gotting. a. 1838. p. 1347. Menium Pausanias V. 1, 10. commemoratum etiam VI. 26, 1. diserte dixit immissum ab Hercule in Augiae stabula esse. Quae sequuntur, bene sic scripta erant in libris vulgaribus:

ἐπεὶ μελιηδέα ποίην
λειμῶνές τε φέρουσιν ὑπόδροσοι εἰαμενάς τε.

Receptum nunc est ex codicibus λειμῶνες θαλέθουσιν. Id tamen vereor ne non potuerit activa potestate dici. Quare si probatur θαλέθουσιν, scribendum erit μελιηδέϊ ποίῃ.

V. 21. legitur:

χλωρή τ' ἀγριέλαιος, Ἀπόλλωνος νομίοιο
ἱερὸν ἁγνὸν, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο.

Meinekio placet, quod legi ait H. Stephanus, ἱερὸν ἄλσος. Eam ego quidem docti alicuius coniecturam esse puto, sed illam haud paullo deteriorem Brunckiana ἱερὸν ἔρνος. Quae etsi elegantissima est, tamen multo facilius sic corrigas: Ἀπόλλωνος νομίοιο ἱερή, ἁγνοῦ, ξεῖνε, τελειοτάτοιο θεοῖο.

V. 23. credo ego quidem scribendum esse:

ἐγγὺς δὲ σταθμοὶ περιμηκέες ἀγροιώταις.

Nam quod legitur εὐθύς, ut defendi possit, si *statim*, hoc est *proxime* interpretemur, tamen ne usitatum quidem epicis vocabulum est. Nisi quis eo se prodere Theocritum existimabit.

V. 27. facilis quidem, simulque aptissima est Meinekii coniectura, οὔρους μὴν ναίουσι φυτοσκάφοι, ubi codices μηννίσασι, μιμνίσουσι, et unus in margine νίσσουσι habent: attamen nec veri simile est, ut οὔρους μὴν ναίουσι mutatum fuerit in vulgatum οὔρους μὴν ἴσασιν, et hoc ipsum videtur defendi posse. Amplissima enim illa regio erat, quod ostendunt quae sequuntur, ut recte dici potuerit, qui termini agrorum sint nosse fossores, qui ad metendum quotannis veniant.

V. 31. vulgatae μέχρι πρὸς ἐσχατιὰς praeferam codicum scripturam μέχρις ἐπ' ἐσχατιάς.

V. 36. male legitur ἠέ τοι Αὐγείην. Id usus et sermonis ratio dici postulant ἠὲ σύ γ' Αὐγείην. Videtur τοι eo ortum, quod aliquis scriba Doricum τὺ posuerat. Nam hic illic in hoc carmine aliquis codex Doricas formas habet, quod librarii Theocritum Dorice scripsisse sciebant. Titubavit in hoc genere etiam Valckenarius.

V. 46. non erat servanda vulgata διά τε κρίνησι θέμιστας, quae forma indicativi non est firmata, sed reponendum ex codicibus διὰ δὲ κρίνουσι θέμιστας, quod dictum est de iis, qui una cum rege in iudicio assidebant.

V. 48. non probo receptum ὅςτις ἐπ' ἀγρωστῶν γεραρώτατος αἰσυμνήτης. Rectius certe Sanctamandus, qui ἐπ' ἀγρώταις scribi volebat. Dativum enim in hac loquendi forma requirimus, ut v. 151. 218. Codices habent ἐπ' ἀγρῶν τῶν γεραρώτατος et γεραρώτερος et γεραρωτάτων. Non videtur idonea caussa esse cur eum sibi indicari velit Hercules, qui primus dignitate inter villicos Augiae sit, quum satis sit, si aliquem maiorem natu, eoque gnarum earum rerum, de quibus sit quaesiturus, nec vanum hominem convenire cupiat. Quare multum praestare arbitror vulgatam scripturam: p. 974

ὅςτις ἐπ' ἀγρῶν τῶνδε γεραίτερος αἰσυμνήτης.

V. 44. quum legeretur ᾧ κε τὸ μέν κ' εἴποιμι, Lobeckiusque hoc versu utens ad Phryn. p. 570. ᾧ κε τὸ μέν τ' εἴποιμι

posuisset, recepit id Meinekius, duplex *κε* Maximo, non Theocrito condonandum ratus, afferensque firmando *μέν τε*, quod passim occurrat, Theocriti versum XXVI. 15.

μαίνετο μέν τ' αὐτά, μαίνοντο δ' ἄρ' εὐθὺ καὶ ἄλλαι.

Ei exemplo ego quidem nihil tribuam, qui ibi quidem Theocritum *μαίνετο μὲν καὐτὰ* scripsisse credam. Nam illud *μέν τε* communibus sententiis et comparationibus proprium est, ut quo ad incertum factum respiciatur, ut nostro in carmine v. 92. quae vis inest etiam in hoc v. 138.

τῶν μέν τε προφέρεσκε βίηφί τε καὶ σθένεϊ ᾧ
ἠδ' ὑπεροπλίῃ Φαέθων μέγας.

Et hac quidem de caussa etiam hoc de quo disputamus loco *ᾧ κε τὸ μέν τ' εἴποιμι* scribi potest, quum praesertim duo codices *μέν γ'* habent. Attamen *ᾧ κε τὸ μέν κ' εἴποιμι* non falsum est nec Maximo magis quam Theocrito dignum, siquidem ita iam Homerus loquutus est Odyss. IV. 733.

τῷ κε μάλ' ἤ κεν ἔμεινε καὶ ἐσσύμενός περ ὁδοῖο,
ἤ κέ με τεθνηκυῖαν ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπεν.

V. 50. haud facile credam poetam scripsisse:

ἄλλον δ' ἄλλον ἔθηκε θεὸς ἐπιδευέα φωτῶν.

In Calliergi editione additum fulciendo versui *γ'*, ut in eadem editione etiam versui 69. Unus codex *θνητῶν*. Scripsisse poetam puto:

ἄλλον δ' ἄλλον ἔθηκε βροτῶν ἐπιδευέα δαίμων.

In huiusmodi locis ineptus esset, qui litterarum similitudinem spectari vellet. Scribunt talia librarii memoriter, sententiam solam in mente habentes.

V. 56. non est iusta vituperandi caussa in his:

ὧδε γὰρ Αὐγείης, υἱὸς φίλος Ἠελίοιο,
σφωϊτέρῳ σὺν παιδί, βίῃ Φυλῆος ἀγανοῦ,
χθιζός γ' εἰλήλουθεν ἀπ' ἄστεος.

Nam isto *γέ* significatur, quod Latine fortius dicas *commodum* vel *ipso hesterno die*. Quamquam non puto hanc genuinam scripturam esse, sed plena post *ἀγανοῦ* interpunctione posita, *χθιζὸς δ' εἰλήλουθεν*. Eo refero trium codicum scripturam *χθιζὸς ὅδ' εἰλήλουθεν*, quam vellem non recepisset Meinekius. Non enim hoc in loco, in quo haec loquitur agricola iste, praesens est Augias.

V. 62. Rectissime legebatur *νόῳ δ' ὅγε πολλὰ μενοίνα*, nec debebat Meinekius *νόῳ δέ τε* scribere, quod codices *δέ*

τις, δέ τι, δέ τοι haberent. Eadem in *δέ τε* particulis ratio p. 975
observatur, quae in *μέν τε*, de qua dictum ad v. 49.

V. 64. vulgo legebatur *μέμαεν δέ μιν ἐξερέεσθαι*: quod *μεμάει* esse debebat, nisi ortum est ex *μέλλεν*. Sed quum codices *αἰεὶ ἔρεσθαι*, Vaticanus autem *μέμονε* praeberet, Meinekius scripsit *μέμονεν δέ μιν αἰὲν ἐρέσθαι*. At etiam *μέμονεν* tempore peccat. Duo alii codices, in quibus *μέμοινε* est, veram scripturam monstrant *μεμόνει*. Nam imperiti scribae est *μέμοινε*, qui iota ad *μέμονε* supra scriptum alieno loco inseruit.

V. 66. Rarius est *ποτιμυθήσασθαι* cum dativo coniunctum. Sed ita etiam Apollonius III. 934.

V. 73. receptum ex codd. Vat. Flor. Mediol. *ἀπὸ χθονὸς ἅσσον ἀείρων* recte dictum est. Non falsum tamen est vulgatum *ἀπὸ χθονὸς ὅσσον ἀείρων*, sed non recte a quibusdam explicatum. Significatur eo quantum lapidum tollere humo potuerit.

V. 76. quum vulgo legatur *ὁθούνεκεν αὖλιν ἔρυντο αὐτοῦ γ' οὐ παρεόντος*, codices pro *αὖλιν* habent *αἰέν*, non recte, si sequentia manent. Sed videtur istud *αἰὲν* alius scripturae vestigium esse, quae fuit *ὁθούνεκεν αἰὲν ἔρυντο αὔλιον οὐ παρεόντος*.

V. 81. non *ᾔδει*, sed *ᾔδεε* poetam scripsisse puto. Caeterum comparanda haec Platonis de rep. II. p. 376 A. *καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, ἐν τοῖς κυσὶ κατόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θηρίου. Τὸ ποῖον; Ὅτι ὃν μὲν ἂν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει, οὐδὲν κακὸν προπεπονθώς· ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθῃ· ἢ οὔπω τοῦτο ἐθαύμασας;*

V. 83. mihi quidem epico sermoni convenientior videtur vulgata scriptura,

νῦν δὲ λίην ζάκοτόν τε καὶ ἀῤῥηνὲς γένετ' αὔτως,

quam quod ex codicibus editum est *ζάκοτόν τι*.

V. 84. vereor ne non recte legatur *ἦ ῥα, καὶ ἐσσυμένως ποτὶ ταὔλιον ἶξον ἰόντες*, quod hic articuli usus bucolico quidem carmini, non autem epico convenit. Quod nisi fallor, sic potius scripserat poeta:

ἦ ῥα, μάλ' ἐσσυμένως δὲ πρὸς αὔλιον ἶξον ἰόντες.

Non mirum est autem, si id mutatum est ab librariis, quorum menti obversaretur, quod permultis in Homeri versibus le-

gissent ἦ καὶ et ἦ ῥα καί. Nam vere ubique καὶ post ἦ infertur, ubi etiam alterum verbum de eadem persona dictum est. Sin mutatur persona, sequitur δέ ut Iliad. VI. 390. XIV. 475. XXIV. 642. potestque id fieri etiam non mutata persona, si alia ratione fit oppositio, ut semel, opinor, apud Homerum, Iliad. XXII. 77.

ἦ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσίν.

V. 85. Ante hunc versum edd. antiquae titulum habent ἐπιπώλησις, sicuti in principio carminis Αὐγείου κλῆρος. Recentiores editores hanc partem carminis priori ita continuarunt, ac si nihil deesset. At id non est veri simile. Agricola Herculem ad casam suam deduxit: ibi eos regem inventuros dixerat v. 61. Nunc v. 108 sqq. Herculem simul cum Augia et Phyleo armenta spectantem videmus, quum tamen non sit narratum, quo modo pervenisset ad illos Hercules, quo modo sese salutassent, quo modo rex invitasset hospitem, ut secum greges contemplaretur. Itaque haec,
p. 976 quae necessario commemoranda fuerant, aut omissa sunt ab eo, qui has carminis partes exscripsit, aut non scripta sint a poeta necesse est, si ille, ut initio dicebam me suspicari, tantummodo has partes carminis elaboravit, sepositis, quae alio tempore addere in animo haberet.

V. 90. nec quod in Iuntina et tribus codd. est ἄσσα hic stare potest, neque ὅσσα. Nam hic primo ipsae nubes describuntur: multitudo earum demum v. 92. indicatur, ad quam refertur τόσα v. 93. et 95. Praeterea admonet de vitio asteriscus in ed. Calliergi huic versui praefixus. Scribendum:

οἷά τ' ἐν οὐρανῷ εἶσιν ἐλαυνόμενα προτέρωσε.

V. 100. nescio qui factum sit ut Kiesslingius ἀπειρεσίων περ ἐόντων de bubus intelligendum putaverit, quod vel πέρ particula refutat.

V. 103. non interpunxit Meinekius in his verbis, καλοπέδιλ' ἀράρισκε παρασταδὸν ἐγγὺς ἀμέλγειν, ut liberum sit legentibus, utrum παρασταδὸν ad praecedentia an ad sequentia referre velint. Mihi quidem, quoniam περισταδὸν, quod in quattuor codicibus est, non puto defendi posse, interpungendum post ἀράρισκε videtur, quo coniungantur παρασταδὸν ἐγγύς. Nam etsi Hesychius παρασταδὸν per ἐκ τοῦ σύνεγγυς interpretatur, tamen recte ad παρασταδὸν hic ad-

ditum est ἐγγύς. Ea caussa enim pedibus boum vincula applicabantur, ut quam proxime accedere possent mulgentes, neque illae excalcitrando eos prosternerent.

V. 104. vereor ne, quod ex codicibus editum est, correctori debeatur:

ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἵει
πινέμεναι λαροῖο μεμαότα πάγχυ γάλακτος.

Supervacaneum est enim πάγχυ, et mirum quantum recedit a vulgata scriptura, λιαροῖο πέπληντο δὲ πάγχυ γάλακτος. Quare haec sic a poeta scripta videntur:

ἄλλος δ' αὖ φίλα τέκνα φίλαις ὑπὸ μητράσιν ἵει
πινέμεναι· λαροῦ δὲ πεπλήατο πάγχυ γάλακτος.

Nisi quis malit: πινέμεν, αἳ λαροῖο πεπλήατο πάγχυ γάλακτος.

V. 114. servavit Meinekius vulgatam scripturam:

ἐκπάγλως θαύμαζε βοῶν τόγε μυρίον ἔθνος.

Languidum illud τόγε certo non est a poeta profectum. Valde attritum fuisse in hoc versu antiquissimum codicem discrepantia librorum prodit, in quibus est θεῶν τότε μυρίον ἔδνον, θεῶν τότε μυρίον ἔργον, et in Iuntina θαύμαζεν ὁμῶς τότε μυρίον ἔθνος. Scripsisse videtur poeta βοῶν μάλα μυρίον ἔθνος, qua formula usus est v. 88. et Homerus Odyss. XVI. 121.

V. 122. Hic quoque καταφθείρουσι correctoris est. Quod codices habent, καταφθίνουσι, Meinekius καταφθινύθουσι scribendum coniiciebat. Poterat etiam facilius καταφθίουσι.

V. 137. tollendus vitiosus dualis λεύσσοντε pro plurali positus, in quo etiam Schaeferus erravit, qui hoc versu usus est, ut κλάζοντε v. 72. defenderet, ubi nunc ex verissima emendatione Reiskii κλάζον τε legitur. Ita hic quoque scribendum:

δεινὸν δ' ἐβρυχῶντο φόνον λεῦσσόν τε προςώπῳ,

hoc est δεινὸν φόβον ἐβρυχῶντο καὶ ἔλευσσον.

Quae a v. 153. leguntur, Meinekius servata parte vul- p. 977
garis scripturae sic scripta dedit:

τὼ δ' εἰς ἄστυ λιπόντε καταυτόθι πίονας ἀγροὺς
ἐστιχέτην, Φυλεύς τε βίη θ' Ἡρακληείη.
λαοφόρον δ' ἐπέβησαν ὅθι πρώτιστα κελεύθου,
λεπτὴν καρπαλίμοισι τρίβον ποσὶν ἐξανύσαντες,
ἥ ῥα δι' ἀμπελεῶνος ἀπὸ σταθμῶν τετάνυστο

οὔτι λίην ἀρίσημος ἐν ὕλῃ χλωρὰ θεούσῃ,
τὸν μὲν ἄρα προσέειπε Διὸς γόνον ὑψίστοιο
Αὐγείω φίλος υἱὸς ἕθεν μετόπισθεν ἰόντα,
ἦκα παρακλίνας κεφαλὴν κατὰ δεξιὸν ὦμον.

Apertum est in semita incedentes describi, postquam reliquerant viam publicam. Id intelligens Wartonus ἀπέβησαν scribendum censebat, quo adscito Schaeferus sic emendabat:

λαοφόρου δ' ἀπέβησαν ὅθι πρώτιστα κελεύθου
λεπτὴν καρπαλίμοισι τρίβον ποσὶν ἐξανύσοντες.

Quae etsi facillima sane correctio est, tamen habet quo displiceat. Nam et durius est ὅθι verbo postpositum, et tota haec ratio descriptionis insolentior est, neglecto ordine, quo omnia deinceps referri mos est, siquidem et a via publica abiisse dicuntur, antequam eos in ea incessisse accepimus, et facturi esse, quod facere rectius dicerentur. Accedunt ad haec mirae diversitates scripturae. Nam pro ὅθι, quod Schaeferus falso dixit in omnibus codicibus esse, tres codices ὅρους habent, in altero autem versu Iuntina ἐξανύοντο. Illud ὅρους quidem nescio an sit ex ὅπου corruptum. Sed totum locum quum considero, non possum quin suspicer versum excidisse, ut tali quodam modo processerit oratio:

λαοφόρου δ' ἐπεὶ ἦσαν ὅθι πρώτιστα κελεύθου
ἀτραπὸς ἐκτέτραπτο θοῶς εἰς ἄστυ φέρουσα,
λεπτὴν καρπαλίμοισι τρίβον ποσὶν ἐξανύοντες,
ἥ ῥα δι' ἀμπελεῶνος ἀπὸ σταθμῶν τετάνυστο,
οὔτι λίην ἀρίσημος ἐν ὕλῃ χλωρὰ θεούσῃ,
τῇ μιν ἄρα προσέειπε Διὸς γόνον ὑψίστοιο
Αὐγείω φίλος υἱός.

In his τῇ μὲν quum vulgo legatur, τῇ plane necessarium est. Codices τοί μιν et τὸν μὶν. Aeque bonum est τῇ μιν ἄρα et τῇ τὸν ἄρα.

V. 162. ineptum est et corrumpit sententiam ὡςεί περ. Scribendum:

ξεῖνε, πάλαι τινὰ πάγχυ σέθεν πέρι μῦθον ἀκούσας,
ὡς εἴ περ, σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρτι.

Sic Homerus Iliad. I. 211. ὡς ἔσεταί περ.

V. 166. quod legebatur ὅς δή τοι, non in ὅς δ' ἤτοι, sed in ὅς ῥ' ἤτοι mutandum erat. Vide ad Hom. h. Ven. 226.

V. 172. non recte legitur cum vulgatis libris ὥς κεῖνος ἀγόρευε, quod scribendum erat addita particula ex Iuntina,

ὡς κεῖνός γ' ἀγόρευε, ut ille quidem dicebat. Abesse enim ab ὡς debet accentus.

V. 185. mihi quoque cum Lennepio *λύκων τ' ὀλοφώϊον ἔθνος* scribendum videtur. Nihil ad defendendam librorum scripturam facit commemoratus a Dorvillio ad Charit. p. 351. (413) Casaubonus ad Theophrasti Char. 21.

V. 192. pro soloeco *προςελέξατο* sine dubitatione restituere debebat Meinekius *προςπτύξατο*, quod latere in codicis p. 978
Mediolanensis scriptura *προςαλύξατο* intellexerat.

V. 203. non sunt ferendi hi numeri:

οἵ ἔθεν ἀγχίμολοι ναῖον ἄτλητα παθόντες.

Duo codices *ἄγχιστα*. Mediolanensis *ἄγχιστα πρόςναιον*, quod est correctoris etiam peius versui consulentis. Scribendum:

οἵ ἔθεν ἀγχίμολοι ναῖον δύςτλητα παθόντες.

V. 212. servavit Meinekius vulgatum:

δὴ τότε τόξον ἑλὼν στρεπτῇ ἐπέλασσα κορώνῃ
νευρειήν, περὶ δ' ἰὸν ἐχέστονον εἶθαρ ἔβησα.

At neque *νευρειὴ* alibi inventum est, nec *περὶ* commode potest explicari, et in codice Florentino pro ultimis duobus verbis est *εἰςανέβησα*, in aliis autem tribus libris *παρὰ* et *εἰςανάβησα*, in Vaticano denique *νευρείη περιδικὸν ἐχέστονον εὐσέβησα*. Ex his licet coniici veram scripturam esse:

δὴ τότε τόξον ἑλὼν στρεπτῇ ἐπέλασσα κορώνῃ
νευρήν, τῇ δ' ὕπερ ἰὸν ἐχέστονον εἶθαρ ἔβησα.

V. 215. non debebat ex cod. Vat. scribi *πάρος τί με κεῖνον ἰδέσθαι*. Nullum hic usum habet *τι*. Verissima est vulgata *πάρος γ' ἐμὲ κεῖνον ἰδέσθαι.*

V. 216. molesta est vulgata scriptura *καὶ οὐδ' ὅπῃ ἴχνια τοῖο φρασθῆναι δυνάμην*, praestaretque Is. Vossii coniectura *οὐδέ πῃ*, nisi codices *οὐδενὸς ἴχνια τοῖα* praeberent, ex quo *καὶ οὐδενὸς ἴχνια τοίου* scribendum videtur.

V. 222. etsi duo codices *πρίν γ' ἰδέειν* suppeditarunt, tamen, ut in formula ab antiquis epicis accepta, praeferam vulgatum *πρὶν ἰδέειν.*

V. 228. assentior Meinekio Valckenarii conjecturam probanti *ἐν δρίῳ ὑλήεντι* pro *ἐν ῥίῳ ὑλήεντι*. Correctorum enim esse videtur, quod in codicibus est, *ἐν τρίβῳ*.

V. 236. non recte procedunt haec:

τῷ δ' ἐγὼ ἄλλον ὀϊστὸν ἀπὸ νευρῆς προΐαλλον,
ἀσχαλόων, ὅτι μοι πρὶν ἐτώσιος ἔκφυγε χειρός.

Sic enim haec dicta sunt, ac si eamdem sagittam, quam modo frustra emiserat, arcui imposuisset. In quattuor codd. pro *ὅτι* est *ὡς*, in uno *ὅς*. Unde scribendum:

ἀσχαλόων, ὅ μοι ὁ πρὶν ἐτώσιος ἔκφυγε χειρός.

V. 254. non probo, quod Meinekius *προεσχεθόμην*, quia in duobus codicibus *προςεχεθόμην* legitur, in *προσχεθόμην* mutavit. Quaerunt enim magis quam fugiunt huius aevi poetae volubilitatem numerorum, quae perit, si *χειρὶ προσχεθόμην* legitur.

V. 267. scribendum *μὴ σάρκας ἀποδρύψει' ὀνύχεσσιν.*

V. 269. non dubitandum puto, quin recte viderit Briggsius scribendum esse *μηροῖσί τε πλεύρ' ἐφύλασσον.* Nihil nisi error est veteris librarii, opposita, ut saepe scribentibus accidit, confundentis, quum *πλευρῇσί τε μῆρ' ἐφύλασσον* scripsit.

V. 271. non puto recte *ψυχὴν πελώριον* dici. Quare probo quod Iuntina et quattuor codices praebent, *ψυχὴν δὲ πελώριος ἔλλαχεν Ἅιδης.*

Aperte vitiosa sunt haec v. 272.

p. 979 *καὶ τότε δὴ βούλευον ὅπως λασιαύχενα βύρσαν·*
θηρὸς τεθνειῶτος ἀπὸ μελέων ἐρυσαίμην,
ἀργαλέον μάλα μόχθον, ἐπεὶ οὐκ ἔσκε σιδήρῳ
τμητή, οὐδὲ λίθοις πειρωμένῳ, οὐδὲ μὲν ὕλῃ.

Nihil variant libri, nec repertus est interpres aut criticus, qui lucem aut remedium offerret. Si pellis nec ferro nec silice scindi potuit, vereor ne frustra quaeramus aliud his potentius instrumentum. Id igitur ne erit quidem quaerendum, sed videndum potius, quae vis esse ferri et silicis esse potuerit. Ea caussa haec sic scribenda puto:

ἀργαλέον μάλα μόχθον, ἐπεὶ οὔπως ἔσκε σιδήρῳ
τμητή, οὐδὲ λίθοις πειρωμένῳ, οὐδέ κεν οὐλήν.

Nam illud non *οὐδὲ μέν*, sed *οὐδέ κεν* dici debebat. *Οὐ τμητὴ οὐδ' ἂν οὐλήν* est pellis, in qua ferrum aut silex ne cicatricem quidem, si scindere tentaveris, relinquat. Praeterea etiam *ἐπεὶ οὔπως* scribendum erat.

DE ARTE POESIS GRÆCORUM BUCOLICÆ.*)

Poetam etsi ingenium facit, tamen poesis non fit nisi p. 3
ars accedat. Ars autem continetur observatione certarum legum: atque ut genera poesis inter se differunt, ita unumquodque genus suas quasdam leges habet, quas si quis non tenet, nec de arte recte iudicare, nec si quid vitiatum est sine errore corrigere potest. Illius generis, quod sive a Theocrito sive ab alio inventum bucolicum vocatur, quae leges sint in universum quidem cognitum est, sed quum quas eius reliquias habemus multis in locis valde corruptae sint, saepenumero dubitari videmus ferendumne quid sit an reiiciendum. Quare operae pretium est quaerere quo modo nos ex illa fluctuatione expedire possimus.

Planum est Theocritum eiusque sectatores qualia Siculi pastores rudi sermonis et versuum genere modulari solebant, versu heroico inclusa limatiusque expolita imitatos esse. Itaque primo communis huic poesis generi est versus heroicus tali temperamento factus, ut credibile sit aliquam eum similitudinem cum illis numeris referre, quibus pastores in Sicilia uti consueverant: de qua re probabiliter dixit Herm. Fritzschius in dissertatione quam scripsit de poetis Graecorum bucolicis p. 20. Metrici quidem veteres satis habuerunt caesuram quam bucolicam vocant adnotare, qua verbum cum quarto dactylo finiretur: eaque sane in his carminibus tam crebra est ut legitima sit censenda. Verum quum etiam spondeum eo loco multi versus habeant, tamen caverunt poetae bucolici in illis quidem carminibus, in quibus vel inter pastores rem agi finxerunt vel ipsi imitari voluerunt cantum pastorum, ne quartum pedem spondeus finiret, de quo disputavit Thomas Wordsworthius in praefatione Theocriti, recte ille addens non improbari spondeum, cuius ultima syllaba esset vox monosyllaba quae ad sequentia verba pertineret, improbari autem si esset coniuncta cum praecedentibus; quare in Theocriti I. 6.

---

*) Edita est a. 1848.

ἁ χίμαρος, χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς, ἔςτε κ' ἀμέλξῃς

p. 4 scribendum esse *κρέας*. Nimirum quum tenue sit hoc genus poesis et a gravitate rei seriae alienum, leves et alacres numeros poscit, nec quasi pondere quodam in medio cursu tardatos. Itaque versus bucolicus quum necessariis heroici metri caesuris carere nequeat, fere ex tribus ordinibus constat:

καὶ τᾶν κρανιάδων | κατεναντίον, | ᾇπερ ὁ θῶκος
τῆνος ὁ ποιμενικὸς | καὶ ταὶ δρύες· | αἰ δέ κ' ἀείσῃς
ὡς ποκα τὸν Λιβύαθε | ποτὶ Χρόμιν | ᾆσας ἐρίσδων.

Ubi autem non habet caesuram bucolicam, communibus regitur heroici versus legibus. Itaque etiam in duos spondeos exeuntem saepe fecerunt bucolici eadem lege qua ceteri poetae, ne uterque spondeus vocem disyllabam contineret, ut olim Iliad. II. 844. *Πείρως ἥρως* legebatur, quod non displicebat auribus Eustathii. Moschum II. 97. hoc vitio Meinekius codicum ope liberavit, non ille tamen animadvertens aliud esse quod recte scriptum est in Theocriti I. 65.

Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά,

quos numeros quum inusitatos Theocrito vocabat, non meminerat XI. 58. *ἐν χειμῶνι*, XV. 145. *ἁ θήλεια*, XV. 173. *ἐκ Περσῆος:* nam *ἁ φωνὰ* instar est vocis trisyllabae.

Maxima pars artis posita est in ipsorum inter se versuum ratione. Ea duplex est, prouti vel duo inter se canentes aut loquentes introducuntur, vel unius tantum cantus sermove exponitur. De utroque genere separatim dicam.

Illud aequalis partium distributionis studium, quod regnare videmus in omnibus Graecae poesis monumentis quibus aliquid aut vere ante oculos audientium vel legentium agitur aut fingitur ita agi, cernitur etiam in poesi bucolica. Eius generis in Theocriteis tria in primis insignia habemus exempla, idyllion vicesimum septimum, in quo Daphnis et virgo singulis inter se versibus per totam confabulationem alternant; deinde quartum idyllion et quintum, in quibus certa

IV ratione variant vices personarum. Sed in quarto duobus locis, altero socordia interpretum, altero veteris scribae negligentia iustam proportionem partium turbavit. Colloquuntur inter se Battus et Corydon primo quattuordecim singulis versibus, quos sequitur quasi proodi loco distichon Batti, quia hinc invertitur ordo respondendi, ut prior sit Corydon, Battus

autem secundus, quattuor tristichis alternantes, quae a v. 30.
longiore excipiuntur sermone Corydonis, post quem a v. 46.
perperam distinctae sunt vices personarum: nam versus p. 5
44—53. omnes sunt Batti, respondentes illis, quibus Corydon
a v. 30. erat locutus. At hi Corydonis sunt novem, decem
autem Batti, ut manifestum sit omissum esse in Corydonis
sermone unum versum. Is ubi exciderit non potest dubium
esse: non enim recte procedit oratio in his v. 31.

κηὖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω·
αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος
καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον.

Apertum est non cohaerere haec, sed post primum horum
versuum nominatam fuisse aliam urbem addita *τε* particula,
ad quam illa quae post *Κρότωνα* est referretur. Finem collo-
quii faciunt Corydon et Battus duobus singulis versibus et
tribus distichis, quorum ultimum illi videri potest oppositum
esse, quod proodi loco numerandum dicebam.

Accuratissime elaboratum est quintum idyllion, in quo V
similis invenitur respondendi conversio. Est enim ita distri-
butum, ut Comatas et Laco primum duo disticha, deinde sex
tristicha habeant, post quae Comatas primam partem collo-
quii disticho terminet. Tum enim iam non Laco Comatae sed
Comatas Laconi, respondet, quae est altera pars, duo tri-
sticha, duo tetrasticha, tria disticha, tria pentasticha conti-
nens, quia manente per totum colloquium alternatione ibi
imparem esse numerum stropharum (sic enim vocabimus)
necesse est, ubi earum comparationes mutantur, ut post ter-
tium distichon Comatas, post tertium pentastichon Laco prior
sit, eoque ordine illis deinceps ceterae strophae omnes sunt
tributae. Finem idyllii absoluto horum colloquio faciunt
Morso iudex advocatus tribus et Comatas decem versibus.
Ceterum vix opus est ut addam, non laesam existimari pari-
tatem dictorum, si, quod perraro fit, alter pauca verba inter-
loquitur, ut v. 60. *τὺ κάλει νιν*, et X. 15. *ἁ Πολυβώτα*.

Eadem quae in colloquentium dictis observata est par-
tium comparatio invenitur etiam in integris quae vel duo vel
unus canit carminibus. In nono idyllio duo sunt carmina IX
septem versuum, quibus inter se certant Daphnis et Menal-
cas. De his nulla est dubitatio: sed totum idyllion ita com-
paratum est, ut, si illa duo carmina a Theocrito facta sunt,

cetera tamen aliunde adiecta videantur. Nam is qui in principio Daphnin et Menalcam ut praesentes alloquitur certareque iubet, mox, finito cantu Daphnidis, prius quam canere coepit Menalcas, tamquam de re praeterita loquitur; quum autem etiam Menalcas carmen suum absolvit, non ad hos se convertit ut eos collaudet, sed narrat quae utrique praemia
p. 6 donaverit, quodque illis dein ipse carmen cecinerit. Sed haec quidem nunc missa facio: illud non est praetereundum, quod etiam huius hominis carmen septem versus habet. At vero horum versuum primus,

μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς,

ab re alienissimus est, expellendumque esse eo quoque confirmatur, quod expulso non minui numerum septenarium vix dubia unius versus iactura ostendit. Nam et inepta sunt et corrupta haec v. 33.

οὔτε γὰρ ὕπνος,
οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις
ἄνθεα.

Praepropere D. Heinsius exsultabat coniectura quam p. 349. protulit, *οὔτ' ἔαρ ἐργατίναις γλυκερώτερον*, non reputans agrum quidem suum culturo ver exoptatum venire, at non item illis quos operis in agro faciundi labor exspectaret. Feliciter tamen iuventum est *ἐργατίναις*, si cum Valckenario ab Eldikio acceptum *ἔδαρ* substituitur, *οὔτ' ἔδαρ ἐργατίναις γλυκερώτερον*. Qua in scriptura etsi nihil est quod ferri nequeat, tamen et consuetudo horum poetarum suadet ut singulis singula potius quam duo coniuncta uni dulcia esse dicantur, et commendari id videtur Latini poetae imitatione, apud quem in ecloga V. 45. est,

tale tuum carmen nobis, divine poeta,
quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Hinc recte suspicatum esse arbitror Wordsworthium post illa verba *οὔτε γὰρ ὕπνος* versum excidisse. Ille vero versus
x quem expellendum dixi, locum suum habuit in decimo idyllio, in quo quum v. 21. Milo tribus versibus Batto respondeat, etiam Battum tres versus dixisse, qui in libris duo sunt, intelligitur. Ei si redditur una duabusve litteris mutatis iste versus, non solum dicta utriusque messoris aequantur, sed etiam sententia exsistit aptissima:

μωμᾶσθαί μ' ἄρχη τύ· τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ πλοῦτος,
ἀλλὰ καὶ ὠφρόντιστος ἔρως. μηδὲν μέγα μυθεῦ,
μή ποκ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλοφυγδόνα φύσῃς.

Quae de illo proverbio corrupta in scholiis ad IX. 30. et apud Photium leguntur, nihil ad rem faciunt: meliora praebet scholiastes ad XII. 23.

Hoc ipso in decimo idyllio duo sunt carmina quattuordecim versuum, eaque aperte distichis scripta. Nam quum Battus septem distichis de amore suo questus esset, deridens eum Milo totidem sententias Lytiersae distichis comprehensas, p. 7
quas illum decantare consultius sit, recitat.

Eodem modo duo carmina octo versuum, quae et ipsa distichis scripta sunt, in octavo idyllio post elegos legun- VIII
tur: nam removendum esse versum 77. qui ex IX. 7. intrusus erat, dudum intellexerunt viri docti.

Aliud autem exemplum duorum longitudine parium carminum latuit criticos in sexto idyllio. In eo duo bubulci VI
alter Polyphemum de Galatea admonet, alter vero Polyphemi partes agens respondet, sed prior ille quattuordecim, alter autem viginti versus canit, quibus aliquot libri inepte addunt versum 17. decimi idylli, quem M. Hauptius in Museo Rhenano a. 1845. II. p. 271. coniiciebat pro alio quem posuisset Theocritus esse adiectum: sic enim hanc rationem effici, ut bis septem Daphnidis versus ter septem versibus Damoetae superentur. Non assentior, praesertim quum non certent inter se hi bubulci de victoria, sed ut pariter digni ambo se invicem probent et laudent. Immo non integra esse quae Daphnis canit assensuros mihi spero, qui consideraverint haec, quae v. 15. de Galatea dicuntur:

ἃ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει,
καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει.

Mutasse pro suo consilio videtur Theocritus quae in Odysseae V. 328. de rate Ulixis mari iactata scripta sunt:

ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης φορέῃσιν ἀκάνθας
ἂμ πεδίον, πυκιναὶ δὲ πρὸς ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὣς τὴν ἂμ πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα.

At ista apud Theocritum comparatio neque cum praecedentibus verbis neque cum sequentibus coniungi potest. Ex quo colligi potest, post v. 16. deesse illos sex versus, quibus ad

implendum numerum opus est, processisseque orationem hoc fere modo:

ὡς δ' ἀπ' ἀκάνθας
ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει,

sic Galatea huc illuc fertur, et modo apparet, modo se abscondit; modo ex undis emergit, modo se in profundum recidit, omninoque te petulanter ludit,

καὶ φεύγει φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκει.

Ut hic non dubia videtur sex versuum iactura, ita su-
VII spicari quis poterit totidem versus perisse in septimo idyl-
p. 8 lio, in quo quae sunt duo carmina, eorum alterum duodequadraginta versus, alterum triginta duo habet. Verum illius idyllii compositio liberior est, neque inter eos quorum sunt illa carmina canendi est, sed gratificandi aemulatio: uterque enim alteri ut placiturum recitat carmen quod nuper condiderit: quare ne potest quidem de comparanda longitudine cogitari, etsi illa carmina quum argumento tum eo inter se similia sunt, quod in utriusque fine non exspectata alius hominis quam de quo sermo fuerat commemoratio est adiecta, eaque talis, ut demptis de priore septem, de posteriore tribus ultimis versibus utrumque carmen aptissime conclusum videatur.

Transeo ad ea carmina, in quibus nulla est canentium alternatio aut vicissitudo. Ac naturalis quidam instinctus docuit homines in cantu leniter fluente quum sensus animi tum carminis modos ita temperare, ut apta proportione in partes fere aequales dividantur: quam rationem apertum est convenientissimam esse generi bucolico. Sed haec poesis quoniam sermonem hominum non severa quadam disciplina multaque exercitatione formatorum imitatur nec videri vult anxie elaborata esse, observat illa quidem aliquam partium aequabilem comparationem, sed utitur ea liberius, ut magis arbitrio suo duci quam parere praescriptae necessitati videatur. Id praecipue ex illis carminibus elucet, quarum partes versu quem intercalarem vocant sunt distinctae: cuiusmodi duo Theocriti, unum Bionis, unum etiam Moschi habemus, ita ut haec carmina normae instar sint, ad quam de
ceteris iudicari possit. Est autem maxime simplex illud
II Theocriti idyllion quod φαρμακεύτρια est inscriptum. Id
a v. 17. octies quaternos, a v. 58. autem duodecies quinos

versus habet versu intercalari discretos. Etenim postquam mulier in priore carminis parte de artibus magicis dixit quibus revocatura sit infidelem amatorem, in altera fervescens eoque strophis utens longioribus narrat quo modo in amorem Delphidis inciderit quantaque ille eam levitate deseruerit: postremo in tertia decima stropha ereptae sibi virginitatis mentione facta, quum quintum versum excipere intercalaris deberet, magis etiam animo commota, eius loco aliis verbis subito abrumpit carmen. Prodire ex hoc exemplo in universum haec regula videtur, ut aliquot pares strophae sibi succedant: quam regulam patet multis modis variari posse.

Atque in altero apud Theocritum exemplo quod est in primo idyllio qua arte compositum sit carmen Thyrsidis, ex I
ipso argumento, a quo semper in tali quaestione proficiscendum est, accuratissime demonstravit Hauptius in Museo Rhenano a. 1845. II. p. 260. qui quum et versus 120. 121. quo p. 9
loco ponendi essent ostendisset et alia acute emendasset, his tamen ambigebat quid faceret quae v. 105. leguntur.

οὔ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν· τηνεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος.
ὡραῖος χὤδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα διώκει.
αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα,
καὶ λέγε, τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μαχεῦ μοι.

Quum enim duo versus redundare viderentur, quos illa quam constituit stropharum descriptio non caperet, ingeniose sane duplicem viam monstravit, qua duo versus eximi possent. Mihi quidem deesse potius veteris scribae errore duo versus videntur, ut aliis quoque locis in hac bucolicorum collectione peccatum est. Nam quum hi poetae fere ubique paria paribus componere atque comparare soleant, requirimus ut, si Daphnis duobus distichis Veneri amorem Anchisae et Adonidis, qui mortales fuerant, exprobrat, totidem versibus ei etiam quas diis libidinis et ignaviae poenas dederit in mentem revocet. Quare, nisi fallor, ut ex Iliade vulnus a Diomede acceptum memorat, ita ante haec verba ad Odysseam respiciens dixerat, recordare retis, in quo te Marti concubantem Vulcanus risui deorum exposuit. Tantum abest autem ut addito disticho turbetur ratio stropharum, ut etiam

aptior evadere videatur. Eiectis enim cum Hauptio versibus intercalaribus 79. 108. positoque 89. post 91. delendum puto ego etiam versum 73. illos autem, 64. 65. inverso ordine ponendos, ut Thyrsis, ante quam carmen suum caneret, hoc fuerit praefatus:

Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.

Ita ex tribus partibus compositum carmen, exceptis intercalaribus, hos versuum in strophis numeros habebit: 4. 4. 4. 6. 6. 2. | 4. 4. 4. 4. | 4. 4. 5. 5. 4. Poterit, si cui haec ad exemplum scenicorum poetarum exigenda videbuntur, primam harum et postremam stropham proodum et epodum totius carminis, eam autem quae disticho constat, epodum primae partis constituere. Simili ratione condita sunt Bionis carmen de mortuo Adonide et Moschi in obitum Bionis, de quibus in editione horum poetarum dicam.

Difficilius est de illis carminibus aliquid certi pronuntiare quorum strophae, si quae sunt, non sunt versu intercalari distinctae. Nam etsi de quibusdam eorum nulla potest dubitatio esse, qualia sunt quae supra dixi in octavo et in decimo idyllio carmina ex distichis esse composita, tamen
p. 10 non minus certa videtur ratio esse eius carminis, quod in
III tertio idyllio caprarius canit. Id quattuordecim strophis constare, quarum tres primae duos versus, ceterae omnes autem tres haberent, indicavi in censura editionis Meinekianae. Perfecit rem Hauptius, quum p. 273. versum 20. ut ex XXVII. 4. adscriptum delendum esse docuit.

In aliis si strophae diversa longitudine certo ordine dispositae inveniuntur, vix videtur dubitari posse quin id non casu, sed consilio factum sit. Eiusmodi illud carmen est,
XV quo in fine quintidecimi idyllii poetria reginam Arsinoen magno apparatu Adonia celebrantem laudat. Id, nisi vehementer fallor, accuratissime ex tribus stropharum partibus compositum est his numeris versuum, 6. 6. 4. 4. 6. 6. si accedit versus quem desiderari haec v. 112. scriptura prodit:

πὰρ μέν οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

Metri vitium non latuit criticos, latuit vero emendanti ratio. Nam quum *πὰρ μὲν* aut *πάρ μέν οἱ* sine dubio recte scriptum sit, non sit autem quidquam vitii in proximis verbis, quique sequitur versus hoc habeat initium, *πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι,*

planum est errorem ex pari initio duorum versuum esse natum,

πὰρ μὲν . . . . . .
πὰρ δέ οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι,
πὰρ δ' ἁπαλοὶ κᾶποι πεφυλαγμένοι ἐν ταλαρίσκοις
ἀργυρέοις, Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα:

confirmaturque id eo, quod ut in hac stropha, sic in sequente quoque binae res binis versibus sunt comprehensae. His strophis absolvitur laudatio reginae. Sequitur altera pars, qua poetria valedicit Adonidi quinque versibus; tum tertia novem versuum, qui continent id quod postero die cantaturae sint mulieres Adonin mari traditurae.

Neque vero non de industria potius quam casu accurata proportione stropharum carmen nuptiale videtur compositum esse, quod in decimo octavo idyllio Helenae cecinisse di- XVIII
cuntur duodecim virgines Spartanae. Id si, prouti argumento convenit, in tres partes dispescitur, prima autem et ultima stropha ut proodus et epodus separantur, hos praebet versuum in strophis numeros: 3. | 4. 3. 3. 4. | 3. 3. 3. 3. | 5. 2. 2. 2. 5. | 5. Nam postquam in proodo questae sunt quod Menelaus iusto citius Helenam a matre abducat, felicem eum in prima carminis parte praedicant connubio Helenae; in altera parte quattuor strophis Helenae laudes praedicant; in parte tertia sempiternam ei memoriam promittunt fausta precantes; postremo in epodo thalamum ingredienti valedicunt, proximo mane rediturae.

Singulari ordine dispositae sunt strophae carminis, quod p. 11
in undecimo idyllio Cyclops canit, de quo ne quis pro- XI
pterea dubitet, quod corrupta duobus locis scriptura rem incertam reddat, consideret quam facilis sit utriusque loci emendatio. Nam v. 22—24 restituendus est iustus ordo versuum,

φεύγεις δ' ὥςπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα,
φοιτῇς δ' αὖθ' οὕτως, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με,
οἴχῃ δ' αὖτις ἰοῖσ', ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με·

v. 60. autem res ipsa ostendit velle Cyclopem urinare discere, si sibi contingat navi in altum mare provehi: quare scribendum: *νῦν μὰν ὦ κόριον, νῦν αὖ δύπτειν γε μαθεῦμαι.* Stropharum igitur ordo hic est: 3. 3. 3. 2. | 4. 4. 4. 2. | 6. 4. 6. | 3. 2. 2. 3. 2. | 3. 2. 3.

XXIII Vicesimum tertium idyllion, valde illud quidem a Theocriti ingenio abhorrens, querelas habet amatoris, qui ob saevitiam amati pueri vitam suspendio relinquere decrevit. Earum ratio planissima est: 6. 3. 2. 2. 3. | 3. 4. 4. 3. Nam versus 30. 31. quos Hauptius in Observationibus criticis p. 66. eiici volebat, cur ego non suspectos habeam, dixi in Iahnii Annalibus a. 1841. fasc. 3. p. 260. Debebam autem versum 31. non ut illic feci mutare, (Ameisii typotheta *ἀπωρῇ* pro *ἀπωχρῇ* posuit) sed scribere,

ἁ δὲ χιὼν λευκά 'στι· κατάνεται ἁνίκα ταχθῇ.

Si haec aliquid probabilitatis habent, quod fateor eiusmodi esse ut, si quis veris similia esse concedat, vera autem esse neget, non possit aliquo invicto argumento refutari, maior etiam dubitatio moveri poterit de iis poematis, in quibus nullum quod canatur carmen profertur, sed poeta ipse vel narrat aliquid vel sua cogitata exponit. Verendum est enim ne ipsi nobis somnia fingamus perdamusque operam, si artificiosas stropharum comparationes comminiscamur, de quibus ipsi poetae ne cogitaverint quidem. Viderique potest id eo probabilius esse, quod saepenumero dubitari potest, sic an aliter constituendae sint strophae. Nam poesis, qualis haec bucolicorum est, quae maximam partem ex brevibus dictis est composita, ipsa natura sua talis est ut in partes fere vel pares vel similes dividi possit. Nihilo tamen minus illam strophicam rationem non negligendam arbitror, ut quae apud poetas bucolicos in consuetudinem vertisse videatur. Non enim apud alios poetarum Alexandrinorum tam constanter observatam videmus, sed plerumque illi libero utuntur cursu orationis. Itaque critico certe ad istum morem est attendendum, quia haud parum emendationem eorum quae corrupta sunt adiuvat, ac non numquam etiam ubi nulla vitii
p. 12 suspicio est monet ne nimis securi simus. Exemplo esse po-
XII test idyllion duodecimum. Id Ionica dialecto scriptum in unaquaque trium ex quibus constat partium ultro hanc offert rationem stropharum: 2. 2. 3. 2. 2. | 3. 2. 3. 2. 3. 2. | 3. 2. 2. 4. Quod si prima tertiae partis stropha uno versu auctior esset, haec quoque pars eadem diligentia qua alterae duae secum congrueret. Atqui neque in Theocriti libris ea stropha plures versus quam hos habet:

Νισαῖοι Μεγαρῆες, ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς,
ὄλβιοι οἰκοίητε, τὸν Ἀττικὸν ὡς περίαλλα
ξεῖνον ἐτιμήσασθε Διοκλέα τὸν φιλόπαιδα,

nec plures affert scholiastes Aristophanis ad Acharnenses v. 774. Neque ego contendam his non satis esse: et tamen quis non libenter quartum aliquem acciperet? Quis vero affirmet poetam non addidisse quartum versum, quo significaverit ita puerorum amantem fuisse Dioclem, ut, quo pueri cuiusdam vitam servaret, ipse mortem subierit, quod eum fecisse refert scholiastes Theocriti: et videri potest id ille ex ipso hoc poemate hausisse.

Addo alia exempla. Decimum tertium idyllion, XIII quod ad Niciam scripsit Theocritus de Hercule raptum ab nymphis Hylam quaerente, quinque partes habet, quarum quaeque exactissime elaboratae stropharum descriptionis speciem praebet, si de ultima quae non integra esse videtur ex praecedentibus capi coniectura potest. Est autem emendatione etiam quartae opus. Nam quis credat poetam vel mediocriter peritum v. 62. haec scripsisse?

ὡς δ' ὁπότ' ἠϋγένειος ἀπόπροθι λὶς ἐςακούσας
νεβρῶ φθεγξαμένας τις ἐν ὤρεσιν ὠμοφάγος λὶς
ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα,
Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
παῖδα ποθῶς δεδόνητο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.

Perversum esse *Ἡρακλέης τοιοῦτος*, quod *τοιοῦτος Ἡρακλέης* dicendum fuerit, iam in scholis Theocriteis significavi, sed non animadverteram, ut protasis tres versus haberet, sic ei apodosin totidem versibus adiungi debuisse. Id vero etiam stropharum comparatio exigit. Versus istos sic a poeta scriptos esse credo:

ὡς δ' ὁπότ' ἠϋγένειος ἐν ὤρεσιν ὠμοφάγος λὶς
νεβρῶ φθεγξαμένας ὄπ' ἀπόπροθεν ἄς ἐςακούσας
ἐξ εὐνᾶς ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα,
. . . .
Ἡρακλέης, τημοῦτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
παῖδα ποθῶν δεδόνητο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον.

An recte se habeat *ἐπελάμβανε* dubitari potest, nec diiudicem p. 13 nisi reperto versu qui deest. Sic quattuor priorum carminis partium haec erit stropharum dispositio: 2. 2. 5. 2. 2. 2. 5. 2. 2. | 5. 2. 2.' 2. 2. 5. | 5. 5. | 2. 3. 3. 3. 3. 2. | Relin-

quitur quinta pars, quae nunc ex octo versibus constat. Hi duas pares strophas praeberent, nisi haec v. 68. foede corrupta essent

ναῦς μὲν ἄρμεν' ἔχοισα μετάρσια τῶν παρεόντων·
ἱστία δ' ἠΐθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον.

Illud non videtur dubium esse, scripsisse poetam *ναῦς γε μὲν ἄρμεν' ἔχοισα*, sed nisi *τῶν παρεόντων* pro absurdo alicuius scribae supplemento habere volumus, ita potius statuendum erit, excidisse lacerato codice aliquot versus, quorum unus his vocibus terminaretur. In altero versu multum operae perditum est. Is sic est emendandus:

εἰςέτι δ' ἠΐθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθευδον
Ἡρακλῆα μένοντες.

Xenophon hist. Gr. II. 2, 24. *ἐξεκάθευδον δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς ἐν τῷ Ὠδείῳ.* Quod si haec quoque carminis pars pari cum ceteris diligentia facta est, ex tribus ea strophis constabat, quarum prima et tertia quattuor versus habebat.

XX Vicesimum idyllion, quod quidam negant Theocriti esse, commode potest, si ad argumentum respicitur in quattuor partes distribui, quarum primas has strophas habeat, 5. 5. 3. 3. 2. secunda, cui unum versum ereptum esse ostendam, septem distichis constet, tertia sit huiusmodi, 2. 3. 3. 2. | quarta denique ex duobus distichis facta. Minus enim probem, si illud distichon, quod ut epodum primae partis posui, proximae parti adiungatur. In hac quis ferat haec v. 21.

καὶ γάρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἀδύ τι κάλλος,
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζεν ὑπήναν·
χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο·
καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις
ὄμματά μοι γλαυκᾶς χαροπώτερα πολλὸν Ἀθάνας.

Nimis impudentem esse hanc hominis arrogantiam sentiens Wordsworthius, minuendam putabat *μᾶλλον* scribendo. At *πολλὸν* potius scribae inepto iudicio debetur, male versum integrantis. Praeterea cur iste homo, qui tantopere pulcritudinem suam iactat, id praeterit quod primum ponere debebat, corporis formam et staturam? Certo hi non quinque, sed sex versus fuerant, sic ordinati scriptique:

p. 14 *καὶ γάρ ἐμοὶ τὸ πάροιθεν ἐπάνθεεν ἀδύ τε κάλλος,*
. . . .

χαῖται δ' οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο,
ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον, ἐμὰν δ' ἐπύκαζον ὑπήναν·
καὶ λευκὸν τὸ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι λάμπε μελαίναις,
ὄμματα δὲ γλαυκᾶς χαροπώτερα λεῦσσεν Ἀθάνας·
τὸ στόμα δ' ἧς πακτᾶς μαλακώτερον, ἐκ στόματος δὲ
ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι καρῶ.

Sed ne quis obstare illi quam indicavi stropharum designationi putet, quod versum 33. non cum Meinekio damnavi,

ὡς καλὸς Διόνυσος ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἐλαύνει,

moneo tantum abesse ut eiiciendus sit hic versus, ut maxime sit necessarius. Nullo modo enim in commemoratione deorum, qui vel ipsi armenta pavissent vel pastoribus delectati essent, praeteriri potuit Apollo, recteque vidit Briggsius poetam *Διὸς υἱός* scripsisse; recte etiam Benleius scribi iussit *ἔλαυνεν*. Sed reliquerunt illi aliud vitium: scribendum erat enim,

κοὔ ποτ' ἄκουεν
ὡς ὁ καλὸς Διὸς υἱὸς ἐν ἄγκεσι πόρτιν ἔλαυνεν.

Inconsiderate enim doceri solet *καλὸς* prima syllaba ancipite dixisse Dorienses, ut in illo Theocriti, *τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται*. Non producunt enim primam bucolici nisi in arsi: quare etiam v. 30. non cum Brunckio *καὶ πᾶσαι με καλὸν κατὰ τὤρεα* scribendum est, quod semper *κατ' ὤρεα* dicitur, sed

καὶ πᾶσαι δὲ καλόν με κατ' ὤρεα φαντὶ γυναῖκες.

Apud Bionem I. 77. stulti correctoris est, quod in quibusdam libris legitur, *ῥαῖνε δέ μιν καλοῖσιν ἀλείφασι.*

Difficilius est certi quid afferre de idyllio vicesimo sexto, quia et strophae non uno modo constitui possunt, et finis carminis hymnum in Bacchum prodere videtur, ita ut nesciamus an integrum sit carmen. Argumentum si spectamus, prima pars has tres strophas habet, 6. 5. 6. altera aut epodica est ex his strophis, 2. 2. 2. 3. aut duabus constat, 6. 3. tertia ex duabus facta est, 6. 6. Sed eximendum est grave vitium, quo depravati sunt versus 27—29. XXVI

οὐκ ἀλέγω· μηδ' ἄλλος ἀπεχθέμεναι Διονύσῳ
φροντίζοι, μηδ' εἰ χαλεπώτερα τῶνδ' ἐμόγησεν,
εἴη δ' εἰναέτης ἢ καὶ δεκάτῳ ἐπιβαίνοι.

Nec mirum: servatum est enim hoc carmen in duobus tantum, vel ut rectius dicam in uno codice Mediolanensi: alter p. 15

enim, qui est Parisinus quartus, ita cum Mediolanensi consentit, ut ex illo exscriptus videatur. In primo versu Reiskius *οὐκ ἂν ἐγὼ* scribendum esse intellexit. In altero Brunckius, sentiens graviora quam Pentheo vix cuiquam evenire posse, audacissime simul et falsissime legi voluit, *μηδ' ὅς κεν ἐλάσσονα τῶνδε μογήσῃ*: non enim quid passus esset Pentheus, sed quid commisisset spectandum erat. Tertii versus quae sententia esset Bergkius animadvertit. Illud fugit criticos, *φροντίζοι* fuisse *φροντίζω*, quod interpres aliquis ad *ἀλέγω* adscripserat. Cetera lacerae vel evanidae scripturae mala esse supplementa videntur. Id quod poeta in mente habebat, hoc fere modo debebat eloqui:

οὐκ ἂν ἔγωγ', οὐκ ἄν ποτ' ἀπεχθοίμην Διονύσῳ,
μηδέ μοι, εἴ τις καὶ μετριώτερα τῶνδ' ἐμάτησεν,
εἴη συνναέτης ἢ ὁμᾶς ἀκάτῳ ἐπιβαίνοι.

Ultimum versum paene eodem modo emendabat Hauptius.

HYMNUS.

DE HYMNIS DIONYSII ET MESOMEDIS.*)

Non potest dubium esse quin in emendandis iis quae p. 3 vitiose scripta accepimus ante omnia fides scripturae exploranda sit. Id plerumque facile est, ubi unum tantum scripti exemplum habemus;. difficilius, ubi plura inter se discrepantia exstant; difficillimum, ubi suspicio est, non accepisse nos veram scripti formam, sed eam coniectando demum indagare debere. Videor mihi eiusmodi exemplum in paginis illis invenisse, ex quibus Dionysii et Mesomedis hymnos nuper post aliorum curam edidit Fridericus Bellermannus. Continent illae paginae tria carmina ex parte notis musicis instructa, quorum carminum quod primum habitum est, inscriptum *εἰς Μοῦσαν*, nemo non videat exordia esse duorum hymnorum. Eorum primum iambico numero est:

ἄειδε Μοῦσά μοι φίλη, μολπῆς δ' ἐμῆς κατάρχου,
αὔρη δὲ σῶν ἀπ' ἀλσέων ἐμὰς φρένας δονείτω,

Alterius heroicum metrum est cum clausula trochaica

Καλλιόπεια σοφὰ, Μουσῶν προκαθαγέτι τερπνῶν,
καὶ σοφὲ μυστοδότα Λατοῦς γόνε Δήλιε Παιάν,
εὐμενεῖς πάρεστέ μοι.

Haec duo exordia tamquam unum carmen in codicibus in novem versiculos descripta sunt. Sequitur Dionysii hymnus in Solem, cuius prooemium praeter versum catalecticum ex anapaestis spondiacis, hymnus ipse ex anapaestis cycliis compositus est.

---

*) Edita est a. 1842.

Εὐφαμείτω πᾶς αἰθήρ,
γῆ καὶ πόντος καὶ πνοιαί·
οὔρεα τέμπεα σιγάτω,
ἦχοι φθόγγοι τ' ὀρνίθων.
μέλλει γὰρ πρὸς ἡμᾶς βαίνειν
p. 4 *Φοῖβος ἀκερσεκόμας ἀχέτας.*
Χιονοβλεφάρε πάτερ Ἀοῦς,
ῥοδόεσσαν ὃς ἄντυγα πώλων
πτανοῖς ὑπ' ἴχνεσσι διώκεις
χρυσέαισιν ἀγαλλόμενος κόμαις,
περὶ νῶτον ἀπείριτον οὐρανοῦ
ἀκτῖνα πολύστροφον ἀμπλέκων,
αἴγλας πολυδερκέα παγὰν
περὶ γαῖαν ἅπασαν ἑλίσσων.
ποταμοὶ δὲ σέθεν πυρὸς ἀμβρότου
τίκτουσιν ἐπήρατον ἁμέραν.
σοὶ μὲν χορὸς εὔδιος ἀστέρων
κατ' Ὄλυμπον ἄνακτα χορεύει
ἄνετον μέλος αἰὲν ἀείδων,
Φοιβηΐδι τερπόμενος λύρᾳ·
γλαυκὰ δὲ πάροιθε Σελάνα
χρόνον ὥριον ἀγεμονεύει
λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων,
γάνυται δέ τέ οἱ νόος εὐμενὴς
πολυείμονα κόσμον ἑλίσσων.

V. 5. Brunckius in Analectis T. II. p. 253. tacens scripsit *μέλλει δὲ πρὸς ἡμᾶς βαίνειν*, metri caussa, credo quod *δὲ* et *γὰρ* permutari sciret. At id ab hoc loco alienum est. Nam illa *δὲ* particulae potestas, ob quam visa est pro *γὰρ* poni posse, elliptica est, omissa contraria sententia. Itaque si hic *δὲ* scribitur, est id *non enim non venturus*, *sed venturus est:* quae est affirmantis oratio, non rationem reddentis. Indicavi hoc, sed obscurius, ad Vigerii librum adnot. 343. b. Aut *γὰρ* hic dici debuit, aut plane omitti particula. — V. 6. vero recte Brunckius *ἀχέτας* posuit, quod unus codex habet: alii libri *εὐχέτας* et *εὐχαίτας*, parum apto hic epitheto et insuavi catalexi. — V. 13. servaverat Brunckius *πολυκερδέα*, quasi de caloris effectu: sed multo aptius alii codices *πολυδερκέα*. Comparari cum his Orphicus hymnus in Solem potest: omninoque qui singula Dionysii verba explicare voluerit, multa

iis similia in Orphicis hymnis inveniet. — V. 18. *ἄνακτα,* quod Bellermannus frustra defendere studuit, Heinrichius autem perversissime *ἄτακτα* scribi voluerat, Herderus, *ἁγνὸν* ut videtur pro *ἄνετον* scribens, in *ἄνακτι* mutandum censuit, melius quidem quam illi, sed tamen ut probari nequeat. Nam et invenustum est *κατ' ὄλυμπον* non cum *χορεύει,* sed cum *ἄνακτι* coniunctum, et languidum atque inutile, quia regnare Solem in caelo iam dictum est multo significantius in praecedentibus versibus. Vix dubitari potest quin sidera choreas per opposita Soli spatia caeli ducere dicantur: id vero est *ἔναντα. Ἄνετον μέλος* autem non est remissum et lene, sed effusum et laetissimum carmen. — V. 22. codices *χρόνον ὥριον,* quod annum significat. Brunckius ex docti cuiusdam viri coniectura *χορὸν* scripsit, quod ferri potest, si non chorus Horarum, sed saltatio intelligitur. — V. 25. quod in ceteris codicibus est *πολυοίμονα,* in uno recte scriptum videtur *πολυείμονα.* Similiter Horae in Orphico hymno XLII. 6. dicuntur *πέπλους ἐννύμεναι δροσεροὺς ἀνθέων πολυθρέπτων.* — Sic in sententiis quidem nihil est quod lectorem moretur. At quid hoc est, quod versus acatalecti et catalectici non certo ordine, sed temere inter se mixti sunt? quod eo magis mirum est, quod aliis metris scriptum prooemium certa lege exaequatas strophas promittere videtur. Profecto non tam imperitus fuit hic poeta, ut negligeret quod ars fieri iubebat: immo ut hymnus hic ex duabus verborum complexionibus constat, sic eas etiam metris pares fuisse propemodo manifestum est. Restitui enim aequalitas levissimis mutationibus potest, animadversa unius versus iactura, quem excidisse aut in illo codice patet, ex quo ceteri descripti sunt, aut neglectum esse in his, ut alios in iis versus omissos videmus. Totus igitur hymnus sic scribendus erit.

Εὐφαμείτω πᾶς αἰθήρ,
οὔρεα τέμπεα σιγάτω,
γᾶ καὶ πόντος καὶ πνοιαί, p. 6
ἦχοι, φθόγγοι τ' ὀρνίθων·
μέλλει γὰρ ἐφ' ἡμᾶς βαίνειν
Φοῖβος ἀκερσεκόμας ἀχέτας.
Χιονοβλεφάρου πάτερ Ἀοῦς, στρ.
ῥοδόεσσαν ὃς ἄντυγα πώλων
πτανοῖς ὑπ' ἴχνεσσι διώκεις,

χρυσέαισιν ἀγαλλόμενος κόμαις,
περὶ νῶτον ἀπείριτον οὐρανοῦ
ἀκτῖνα πολύστροφον ἀμπλέκων,
αἴγλας πολυδέρκεα παγὰν,
περὶ γαῖαν ἅπασαν ἑλίσσων·
ποταμοὶ δὲ σέθεν πυρὸς ἀμβρότου
τίκτουσιν ἐπήρατον ἅμαρ.
σοὶ μὲν χορὸς εὔδιος ἄστρων ἀντ.
κατ' ὄλυμπον ἔναντα χορεύει
ἄνετον μέλος αἰὲν ἀείδων,
Φοιβηΐδι τερπόμενος λύρᾳ,
. . . .
γλαυκὰ δὲ πάροιθε Σελαναία
χρόνον Ὥριον ἀγεμονεύει
λευκῶν ὑπὸ σύρμασι μόσχων·
γάνυται δέ τε οἱ νόος εὐμενὴς
πολυείμονα κόσμον ἑλίσσων.

Mesomedis hymnum codices sic scriptum praebent.

Νέμεσι πτερόεσσα, βίου ῥοπά,
κυανῶπι θεά, θύγατερ Δίκας,
ἃ κοῦφα φρυάγματα θνατῶν
ἐπέχεις ἀδάμαντι χαλινῷ·
ἔχθουσα δ' ὕβριν ὀλοὰν βροτῶν
p. 7 μέλανα φθόνον ἐκτὸς ἐλαύνεις·
ὑπὸ σὸν τρόχον ἄστατον ἀστιβῆ
χαροπὰ μερόπων στρέφεται τύχα·
λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις,
γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις,
ὑπὸ πῆχυν ἀεὶ βίοτον μετρεῖς,
νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ἀεὶ κάτω ὀφρύν,
ζυγὸν μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.
ἵλαθι, μάκαιρα δικασπόλε,
Νέμεσι πτερόεσσα βίου ῥοπά.
Νέμεσιν θεῶν ᾄδομεν ἀφθίταν,
νίκην τανυσίπτερον ὀμβρίμαν
νημερτέα, καὶ πάρεδρον Δίκαν,
ἃ τὰν μεγαλανορίαν βροτῶν,
νεμέσεως ἀφαιρεῖς καὶ ταρτάρου.

In his primo versus 5. emendatione indiget, in quo qui productionem brevis syllabae ab ictu praesidium habere cre-

deret, magnam proderet artis metricae imperitiam. — V. 10. 11. asyndeta facile suspicionem vitii facerent, nisi Synesius epist. XCV. atque ex eo Suidas in *Νέμεσις* et *ὑπὸ πῆχυν* versus 9—11. eodem modo scriptos praeberent. — V. 12. Bellermannus *νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ὀφρὺν κάτω* et v. 16. *θεὸν* reponendum esse vidit, sed v. 13. non removit metri vitium. — V. 17. non apparet quid *νίκη* sibi velit. Boivinus, quem secutus est Brunckius, *Δίκαν* scribendum esse, versumque hunc sedem cum eo qui sequitur commutare debere censuit, eleganter sane, nisi non videretur iambus in primo pede ferri posse. — V. 20. quod Bellermannus coniecit, *νεμεσῶσα φέρεις κατὰ ταρτάρου*, vel ob sententiam minime aptam probari non potest. Brunckius scripsit *ἀφαιρεῖ*. *Νεμέσεως* partem tituli esse clare monstrat codex Neapolitanus 259. cuius margo in superiore parte paginae *ὕμνος*, in ima autem pagina *νεμέσεως* habet. Omnino autem gratia habenda est Bellermanno, quod p. 8
ipsam codicum Monacensis, Parisini, et duorum Neapolitanorum scripturam accurate depictam exhibuit. In his codicibus omnibus paginae in duas partes (typographi columnas vocant) divisae sunt, quarum ea ratio esse debebat, ut de singulis distichis alter versus in altero latere esset. Sed permira in exhibendo hoc ordine et conspiratio codicum et discrepantia est. Eam hac in tabula oculis contuendam dedi, in qua numeri I. versus *εἰς Μοῦσαν*, II. hymnum Solis, III. hymnum in Nemesin significant.

Cod. Mon.	Cod. Paris.	Cod. Neap. 262.	Cod. Neap. 259.
I. 1. II. 6.	I. 1. 3.	in aversa:	in aversa:
3. 8.	5. 7.	I. 1. 2.	I. 1. 3.
5. 10.	9.	3. 4.	5. 7.
7. 12.	II. 3. 4.	5. 6.	II. 3. 4.
9. 14.	6.	7. 8.	6.
16.	8.	9.	8.
II. 3. 18.	10.	II. 1. 3.	10.
4. 20.	12.	2. 4.	12.
in aversa pagina:	14.	5. 6.	14. 16.
I. 2.	16.	7. 8.	18. 20.
4.	in aversa:	9. 10.	22. 24.
6.	II. 18. II. 11.	11. 12.	III. 1. 3.
8.	20. 13.	in recta:	5. 7.
II. 1.	22. 15.	II. 13. 14.	9. 11.
2.	24. 17.	15. 16.	13. 15.
5.	III. 1. 19.	17. 18.	I. 2. 4.
7.	3. 21.	19. 20.	6. 8.
9.	5. 23.	21. 22.	II. 1. 2.
11.	7. 25.	23. 24.	5.
13.	9. III. 2.	25.	7. 9.
	11. 4.	III. 1. 2.	11. 13.
	13. 6.	3. 4.	15. 17.
	15. 8.	5. 6.	19. 21.
	I. 2. 10.	7. 8.	23. 25.
	4. 12.	9. 10.	III. 2. 4.
	6. 14.	11. 12.	
	8. 16.	13. 14.	
	II. 1. 17.	15. 16.	
	2. 18.	17. 18.	
	5. 19.	19. 20.	
	7. 20.		
	9.		

In his illud quidem apertum est, in codice Neap. 259. in quo magna negligentia cernitur, scribam, quum per errorem omisisset hymni in Nemesin versus 2. 4. 6. 8. quemadmodum p. 9 etiam alios versus omisit, in imo margine apposuisse versus 2. et 4. non tamen 6. et 8.; alterum autem Neapolitanum codicem solum omnes carminum versus iusto ordine se excipientes exhibere. Unde vero tanta in ceteris codicibus confusio et perturbatio? Nimirum antiquior quidam codex, ex quo omnes quorum scripturas habemus descripti sunt, in solo Neapolitano 262. recte redditus est: in reliquis scribae, quum vel longioribus vel brevioribus paginis verba inscriberent, tot versus, quot latus quodque paginae caperet, deinceps scripserunt, itemque in altero latere, non attendentes ad ordinem versuum in carminibus, qui singula disticha in una linea scribi postulabat. Sed, nisi ego vehementer fallor, etiam qui antiquiorem illum codicem scripsit, ad eumdem

errorem abreptus fuit. Nam quid est, quod in fine hymni positum videmus, *Νέμεσιν ᾄδομεν*? Id illo quidem loco ineptum est, dicique debebat in principio, ut mos est eorum qui hymnos scripserunt, quem morem nuper tetigit F. G. Schneidewinus in commentatione de Laso Hermionensi p. 10. Porro quid sibi vult ante hanc cantus denuntiationem illud *ἵλαθι*, quod finiendis hymnis proprium est? Profecto haec ita comparata sunt, ut vix dubitari posse videatur, quin scriba versus qui primi fuerant in fine carminis adscripserit. His in locum suum restitutis patet iustum prodire ordinem sententiarum: sed tamen hac mutatione nondum effecta est forma hymni quae probari possit. Nam aut finem hymni non iustum habemus, si ultimus versus hic acatalectus est,

Νέμεσι πτερόεσσα βίε ῥοπά,

aut non iustum exordium, si eius finis hoc versu constat,

νημερτέα καὶ πάρεδρον Δίκαν.

Praeterea vero etiam quae inter haec media sunt, hoc est ipse hymnus, quum ex strophis et antistrophis compositus videatur, uno versu brevior est quam esse debet, ut in hoc quoque hymno, sicut in hymno Dionysii, excidisse versus videatur. Nam etsi ad sententiam nihil desideratur, tamen confirmatur haec suspicio eo, quod in hoc versu,

ἔχθουσα δ' ὕβριν ὀλοὰν βροτῶν,

quum nec productio brevis syllabae ferri, neque ordo verborum mutari possit, facillime tollitur vitium post *ὕβριν* copula, quae deinde aliud membrum sententiae requirit, exempli causa: p. 10

ἔχθουσα δ' ὕβριν τ' ὀλοὰν βροτῶν
καὶ ἀτασθαλίαν ὑφερήφανον.

Haec si probabiliter disputavimus, reliquum est, ut et finis hymni et exordium apte constituantur. Atque in fine quidem advertit animum *ἀφαιρεῖς*, quod patet non recte coniungi cum *Νέμεσιν ᾄδομεν*, quapropter a Brunckio in *ἀφαιρεῖ* mutatum est, recte autem se habere, si cohaeret cum *ἵλαθι μάκαιρα*. Ex quo consequitur, versus qui in vulgata descriptione sunt 16—18. hinc remotos in principio carminis collocandos esse. Quod si illi exordium sunt carminis, rursum deerit ei catalexis. Itaque ea aut excidisse putanda erit, aut eadem fuisse cum illa, quae in fine carminis est, aut ex parte latere in ultimis verbis. Sumamus hoc postremum, quoniam

aliter vix videtur intelligi posse quid illud *καὶ ταρτάρου* sibi velit: recte autem stabit, si scriptum fuisse putabimus *κατὰ τάρταρον οἰκί' ἐχούσας*. Omnino enim ultima carminis verba mendosa esse apparet, parte, ut videtur, neglecta, quae in antiquissimo libro inter notas musicas et adscriptas musicorum adnotationes delituerat. Ita elegantissime compositum carmen habebimus hoc modo scriptum:

Νέμεσιν θεὸν ᾄδομεν ἀφθίταν στρ. α'.
δεινήν, τανυσίπτερον, ὀμβρίμαν,
νημερτέα, καὶ πάρεδρον Δίκαν,
κατὰ τάρταρον . . . . .
Νέμεσι πτερόεσσα, βίου ῥοπά, στρ. β'.
κυανῶπι θεά, θύγατερ Δίκας,
ἃ κοῦφα φρυάγματα θνατῶν
ἐπέχεις ἀδάμαντι χαλινῷ,
ἔχθουσα δ' ὕβριν τ' ὀλοὰν βροτῶν
. . . .
p. 11 *μέλανα φθόνον ἐκτὸς ἐλαύνεις.*
ὑπὸ σὸν τροχὸν ἄστατον ἀστιβῆ ἀντ. β'.
χαροπὰ μερόπων στρέφεται τύχα·
λήθουσα δὲ πὰρ πόδα βαίνεις,
γαυρούμενον αὐχένα κλίνεις,
ὑπὸ πῆχυν ἀεὶ βίοτον μετρεῖς,
νεύεις δ' ὑπὸ κόλπον ὀφρὺν κάτω,
ζυγὸν εὖ μετὰ χεῖρα κρατοῦσα.
ἵληθι, μάκαιρα, δικασπόλε, ἀντ. α'.
Νέμεσι πτερόεσσα, βίου ῥοπά,
ἃ τὰν μεγαλανορίαν βροτῶν.
. . . . καθαιρεῖς.

Ultimi versus verba fortasse huiuscemodi quid habebant: *ἀδόκητ', ἀπρόοπτα καθαιρεῖς.*

Libet, quoniam hymnum Mesomedis tractavi etiam reliqua duo carmina, quae huic poetae in Anthologia tributa sunt, attingere. Eorum illud, quod in vitrum scriptum est, in Anthol. Pal. T. II. p. 723. non integrum esse iam Huetius animadverterat. Constabat versibus trochaicis tetrametris catalecticis, qui valde corrupti in dimidiatos versus distincti erant hoc modo:

τὰν ὕελον ἐκόμιζε
κόψας ἐργάτας ἀνήρ·

ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον,
ὡς σίδηρον εὐσθενῆ·
ἁ δ' ὕελος οἷα κηρός,
ἐξεχεῖτο, παμφάγοισι
φλοξὶν ἐκπυρούμενος.
θαῦμα δ' ἦν ἰδεῖν βροτοῖς
ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντα,
καὶ τὸν ἐργάτην τρέμοντα,
μὴ πεσὼν διαῤῥαγῇ. p. 12
ἐς δὲ διπτύχων ἀκμὰς
χειλέων ἔθηκε βῶλον.

V. 7. vulgo *ἐκπυρουμέναισι.* Sed Salmasius ad script. hist. Aug. T. I. p. 263. ut in codice est, *ἐκπυρούμενος.* Patet dimidium versus excidisse. Videtur vitri inventio hoc modo descripta fuisse.

ὕελον ἀνεκόμιζε κόψας ἐργάτας ἀνὴρ [*ποτε·*]
ἐς δὲ πῦρ ἔθηκε βῶλον, ὡς σίδηρον εὐσθενῆ·
ἁ δὲ ὕελος, ὁποῖα κηρός, [*καταταкεῖσα, ποταμὸς ὥς,*]
ἐξεχεῖτο, παμφάγοισι φλοξὶν ἐκπυρούμενος.
θαῦμα δ' ἦν βροτοῖσιν ὁλκὸν ἐκ πυρὸς ῥέοντ' ἰδεῖν,
καὶ τὸν ἐργάτην τρέμοντα, μὴ πεσὼν διαῤῥαγῇ.
. . . . *ἐς δὲ διπτύχων ἀκμὰς*
χειλέων ἔθηκε βῶλον . . . .

Aenigma de Sphinge in Anthol. Pal. T. II. p. 563. sic scriptum legitur:

Ἕρπουσα, πετωμένα, βεβῶσα κούρα,
νόθον ἴχνος ἀραμένα δρομαία λέαινα,
πτερόεσσα μὲν ἦν τὰ πρόσω γυνά,
τὰ δὲ μέσσα βρέμουσα λέαινα θήρ,
τὰ δ' ὄπισθεν ἑλισσόμενος δράκων.
οὔθ' ὁλκὸς ἀπέτρεχεν, οὐ γυνά,
οὔτ' ὄρνις ὅλον δέμας, οὔτε θήρ·
κόρη γὰρ ἐφαίνετ' ἄνευ ποδῶν,
κεφαλὰν δ' οὐκ ἔσχε βρέμουσα θήρ.
φύσιν εἶχεν ἄτακτα κεκραμέναν,
ἀτέλεστα τελεια μεμιγμέναν.

In promptu est totum carmen scriptum esse anapaestis cycliis. Sed eius duo primi versus turpiter corrupti sunt. Praeter alia autem mendose scripta etiam versus deesse videtur post v. 9. si quidem de dracone quoque non integro aliquid

dicendum erat. Emendatio carminis facillima est. Scribendum:

p. 18 *Ἕρπουσα, βεβῶσα, ποτωμένα,*
νόθον ἴχνος ἀειρομένα δρομάς,
πτερόεσσα μὲν ἦν τὰ πρόσω γυνά,
τὰ δὲ μέσσα βρέμουσα λέαινα θήρ,
τὰ δ᾽ ὄπισθεν ἑλισσόμενος δράκων.
οὔθ᾽ ὁλκὸς ἐπέτρεχεν, οὐ γυνά,
οὔτ᾽ ὄρνις ὅλον δέμας, οὔτε θήρ.
κούρα γὰρ ἐφαίνετ᾽ ἄνευ ποδῶν,
κεφαλᾶς δ᾽ ἄτερ ἔσκε βρέμουσα θήρ,
. . . .
φύσιν εἶχεν ἄτακτα κεκραμέναν,
ἀτέλεστα τέλεια μεμιγμένα.

Ultimus versus, in quo recte codicis Palatini scripturam *μεμιγμένα* servavit Salmasius l. c. sic intelligendus est, ut imperfecta miscendo perfecta evasisse dicantur.

ZUM ISIS-HYMNUS.*)

p. 377 Der von Herrn Professor Ross auf der Insel Andros entdeckte, von Herrn Prof. Welcker nochmals mit dem Steine verglichene und mit den Ueberbleibseln der beiden von dem Entdecker übergangenen Seiten des Steines bereicherte Hymnus auf die Isis ist ein so merkwürdiges und wichtiges Denkmal aus der Periode der in neuer Gestalt wieder auflebenden epischen Poesie, dass man sich bei dem Lesen dieser Fragmente in hohem Grade angeregt fühlt so viel als möglich zu deren Ergänzung und Wiederherstellung beizutragen. Diess haben an mehrern Stellen die Herrn Sauppe und Bergk zum Theil mit Glück gethan. Man kann jedoch noch weiter gehen; denn es reicht nicht hin hier und da ein Wort zu ergänzen und so eine Art von Sinn herzustellen,

*) Zeitschr. f. AW. 1843. p. 377 ff.

sondern es bedarf einer solchen Betrachtung, die nicht bloss einzelne Wörter, sondern ganze, richtige, und richtig ausgedrückte Gedanken dem Dichter wiedergebe. Bei den vielen über den Isiscultus vorhandenen Notizen würde wohl jemand, der mit einer glücklichen Divinationsgabe die erforderliche Kenntniss dieser Art von Poesie und ihrer sehr strengen Gesetze besässe, einen grossen Theil der verlorenen Verse wieder ans Licht bringen können, dafern er nur übrigens Zeit und Mühe nicht scheuen wollte. Von der eigentlichen Quelle des Gedichts ist uns freilich nur das wenige, aber doch hinreichend charakterisirende übrig, was Diodor I. 27 anführt, wo er von den Säulen der Isis und des Osiris folgendes sagt: *εἶναι δὲ καὶ στήλην ἑκατέρου τῶν θεῶν ἐπιγεγραμμένην τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν. ἐπὶ μὲν οὖν τῆς Ἴσιδος ἐπιγεγράφθαι· ἐγὼ Ἶσίς εἰμι ἡ βασίλισσα τῆς χώρας, ἡ παιδευθεῖσα ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα οὐδεὶς αὐτὰ δύναται λῦσαι. ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου θεοῦ Κρόνου θυγάτηρ πρεσβυτάτη. ἐγώ εἰμι γυνὴ καὶ ἀδελφὴ Ὀσίριδος βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ πρώτη καρπὸν ἀνθρώποις εὑροῦσα. ἐγώ εἰμι μήτηρ Ὥρου τοῦ βασιλέως. ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. ἐμοὶ Βουβαστὸς ἡ πόλις ᾠκοδομήθη. χαῖρε, χαῖρε Αἴγυπτε ἡ θρέψασά με.* Und nachdem er auch von der Osirissäule gesprochen hat: *τοσαῦτα τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς στήλαις φασὶ δύνασθαι ἀναγνῶναι, τὰ δ᾽ ἄλλα ὄντα πλείω κατεφθάρθαι διὰ τὸν χρόνον.* Betrachtet man nun, was nach der Ansicht des Herrn Prof. Bergk, und in der p. 378
Hauptsache auch des Herrn Prof. Sauppe der Hymnus in den auf die Anrede an die Isis folgenden Versen sagt, so treten erhebliche Zweifel an der Richtigkeit sowohl der Gedanken als des Ausdrucks hervor:

ὅπᾳ στάλαν ἀσάλευτον
εἶσε φιλοθρέσκων ἱερὸς νόμος ἐκ βασιλήων,
σᾶμα τεᾶς, δέσποινα, μοναρχίας ἱκέταισιν
λαοῖς ἀπύοισαν· „ἐγὼ χρυσόθρονος Ἶσις,
ῥωμαλέα σκάπτροισιν, ὅσαν πυριλαμπέος ἀκτὶς
ἀελίω σελάγεσκε βολαῖς φορβάμονα γαῖαν.
διφαλέω δ᾽ Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων
εὑρομένα γραφίδεσσι κατέξυσα, ταῖσι χάραξα
φρικαλέον μύσταις ἱερὸν λόγον, ὅσσα τε δᾶμος

ἀτραπὸν ἐς κοινὰν κατεθήκατο, πάντα βαθείας
ἐκ φρενὸς εὖ φάνασα διακριδόν.

Herr Sauppe übersetzt dies von V. 10 an so: *Sagacis vero Hermae secretas pugillarium notas nacta insculpsi stilis, quibus exaravi sacra effata mystis horrenda, et quidquid populus in communi semita posuit, ex pectore profundo clare proferens omnia et distinctim.* Demnach würde Isis sagen: „ich habe die von dem Hermes mir erworbenen geheimen Zeichen der Tafeln mit Griffeln niedergeschrieben, mit denen ich die den Eingeweihten furchtbare heilige Lehre geschrieben habe, und was das Volk öffentlich für jedermann aufgestellt hat, alles aus tiefer Seele einzeln ans Licht bringend". Aber sollte wohl der geschickte und gewandte Dichter die Isis sagen lassen: „ich habe mit Griffeln geschrieben, mit denen ich geschrieben habe"? Dass er das nicht gethan habe, zeigt auch der Stein, auf dem nicht χάραξα, sondern χαράξας steht. Wie kann ferner Isis sagen, sie habe ans Licht gebracht, was das Volk öffentlich aufgestellt habe? Und was überhaupt könnte dieses sein? Das Volk ist unwissend, und lehrt nicht, sondern wird belehrt. Es kann daher weder κατέξυσα von der Isis, noch κατεθήκατο von dem Volke gemeint sein. Dann aber hat wieder der ganze Satz kein Verbum, dessen Subject Isis wäre. Hieraus folgt, dass vom Anfange der Rede der Isis an alles einen einzigen Satz ausmache des Inhalts: „ich bin die mächtige Isis, die im Besitz der geheimen Zeichen der Tafeln des Hermes, was er für
p. 379 die Eingeweihten als heilige Lehre, und was er für das Volk für jedermann verständlich niedergeschrieben hat, aus tiefer Seele ans Licht gebracht habe". Offenbar ist die Hieroglyphenschrift und die demotische Schrift bezeichnet. Ist aber der angegebene Sinn das, was in diesen Versen gesagt wird, so zeigt sich das an sich nicht eben verwerfliche διφαλέω doch durch das nun nicht passende δὲ als verdächtig. Es wird also wohl die ganze Stelle so gelautet haben:

ἐγὼ χρυσόθρονος Ἶσις,
ῥωμαλέα σκάπτροισιν, ὅσαν πυριλαμπέος ἀκτὶς
ἀελίω σελάγεσκε βολαῖς φορβάμονα γαῖαν,
ἀσφαλέων Ἑρμᾶνος ἀπόκρυφα σύμβολα δέλτων
εὑρομένα, γραφίδεσσιν ἅ τ' ἔξυσε πᾶσι χαράξας
φρικαλέον μύσταις ἱερὸν λόγον, ὅσσα τε δάμοις

ἀτραπὸν ἐς κοινὰν κατεθήκατο, πάντα βαθείας
ἐκ φρενὸς ἐκφάνασα διακριδόν.

Mit dem *ἐκφάνασα* ist gemeint, dass Isis die Schöpferin aller der von Hermes geschriebenen Dinge sei. Daher ist wohl das von Herrn Sauppe vorgeschlagene *ἐκφάνασα* seiner andern Conjectur *εὖ φάνασα*, bei welcher *εὖ διακριδὸν* verbunden werden müsste, vorzuziehen. Denn was auf dem Steine steht, *ὑφάνασα*, ist offenbar ein Fehler.

Es folgt unmittelbar der zweite Satz: denn der ganze Hymnus scheint, wie bei dem Diodor, aus lauter gleichartigen Sätzen zu bestehen:

ὅδε τυράννων
πρέσβα Κρόνω θυγάτηρ Ἶσις, δάμαρ εὐρυ
ἐμμὶ πολυζάλωτος Ὀσίριδος ὤποτο
τὰν αὐτὰν ἀνέλυσα γενέθλιον
βριθομένα σοβαροῖς ἐλινότροπος
αἰπυνόω βασιλῆιος ὃν ὠρανὸς ειγρες
θεσμοθέτις μερόπων γως
οὐδ᾽ ἀπαμαυρώσει
ἐνπετασειλα

Die Herren Sauppe und Bergk haben V. 14 *τυράννω* gesetzt. Aber dieses Wort ohne ein Beiwort würde ein so ungewöhnliches und müssiges Prädicat des Kronos sein, dass es gewiss nicht von dem Dichter herrührt. Der Genitiv des Pluralis ist richtig, aber der Steinmetz muss sich, wenn *τυράννων* wirklich auf dem Steine steht, in dem Worte versehen haben, da er *θυγατρῶν* setzen sollte, wie sich aus den Worten bei dem Diodor abnehmen lässt: *ἡ τοῦ νεωτάτου θεοῦ Κρόνου θυγάτηρ πρεσβυτάτη*. V. 15 scheinen Herr Welcker und Herr Sauppe richtig *εὐρυμέδοντος*, und V. 16 der letztere *ᾧ πότ᾽ ὀπαδὸς* vermuthet zu haben. Zu V. 18 haben die Herren Bergk und Sauppe *πλοκάμοισιν* hinzufügen wollen. Die Locken können allerdings nicht unerwähnt bleiben: nur ist nicht ersichtlich warum sie *σοβαροὶ* genannt sein sollten. In *ἐλινότροπος* vermuthete Hr. Bergk *λινόστολος*. Aber da hier von der Geburt der Isis gesprochen wird, und nicht bekannt ist, dass diese, wie Pallas, gleich ange- p. 350
kleidet an das Licht getreten sei, scheint das nicht passend. V. 20 hat ebenderselbe *γως* in *φῶς* verändert. Aber an dieser Stelle des Verses würde der Dichter wohl *φάος* gesetzt

haben. Mit ziemlicher Wahrscheinlichkeit lässt sich die Stelle so ergänzen:

ἅδε θυγατρῶν
πρέσβα Κρόνω θυγάτηρ Ἶσις δάμαρ εὐρυμέδοντος
ἐμμὶ πολυζάλωτος Ὀσίριδος, ᾧ ποτ᾽ ὀπαδὸς
τὰν αὐτὰν ἀνέλυσα γενέθλιον αὔλακα ῥίζας,
βριθομένα σοβαροῖς ἑλικόπλοκος ἀμφὶ προσώποις
αἰπυνόω βασιλῆος, ὃν ὠρανὸς ἐπρέσβευσεν,
θεσμοθέτις μερόπων, τὼς οὔ τις ἀνὴρ καταλύσει,
οὐδ᾽ ἀπαμαυρώσει δαμάτωρ χρόνος, οὐδὲ ποτέ σφιν
ἐμπελάσει λάθα.

Dass *βριθομένα ἑλικόπλοκος* so viel als *βριθομένα ἑλικτοῖς πλόκοις* sei, bedarf kaum einer Erinnerung. Der *αἰπύνοος βασιλεύς*, dessen Gesetze Isis den Menschen gegeben hat, ist der vom Himmel geehrte Osiris. V. 20 ist *τὼς* auf das in *θεσμοθέτις* liegende *θεσμῶν* zu beziehen, da *θεσμοθέτις* so viel als *θεσμοὺς θεῖσα* ist, und *τὼς* musste der Dichter setzen, weil *ὥς* wegen der Zweideutigkeit unverständlich gewesen wäre.

Die erste Seite des Steines, zu der noch vier Verse der zweiten Seite hinzunehmen sind, endigt sich so:

ἅδε γενέθλας
ἀρχὰν ἀνδρὶ γυναῖκα συνάγαγον εὖ τε σελάνας
ἐς δεκάταν ἀψῖδα τεθαλότος ἄρτιον ἔργου
φέγγος ἐπ᾽ ἀρτίγονον βρέφος ἄγαγον· ἅδε γονήων
ἀζομένως τιμὰν ἔτι νηπιάχως ὑπὸ μαζῷ
δωρησμοῖς ἐδίδαξα μελίφροσι, φοιτάδι δ᾽ ὀργᾷ
μᾶνιν ἐρεισαμένα μυκαμωνος ἄχρις ἐπ᾽ εὐνὰς
Ἀΐδος ἠπείλησα μελάμφαρον τε βερέθρων
ἀστόργοις φυλακὰν βαρυπάμοσιν. ἐμμὶ δ᾽ ἀρούρας
πυρνοτόκω μεδέοισα, δαϊξάνδ ων ἀπομειρων
ἐχθομένα χρώμαν, ἂν φωλάδες ἔστυγον ἄρκτοι,
τὰν λύκος ὠρυκτὰς λιμῷ τεθοωμένος ἀλκὰν
δυςμαθέων ἀπενη . . . . οσουδα.
ταιθυμωνο . . . κεν . . . ανεριων . . . ασσας
ἀγροικιοσιως δρυμὸς ἀμείλιχος . . . . .
φείσατον. σωζεμοσενωφεσιου . . . . .

Die ersten Verse hat Herr Sauppe so übersetzt: *generationis initium, virum ad feminam adduxi et postquam ordine usque ad decimam lunae conjunctionem opus laete effloruit, ad lucem*

foetum modo generatum produxi, atque parentium ut honorem revereantur ad mammam adhuc infantes donis edocui mentem laetificantibus. Eben so scheint auch Herr Bergk die Worte genommen zu haben, da auch er *εὖ τε* getrennt, und *φέγγος ἔπ'* anastrophirt geschrieben hat. Beides ist sicher nicht vom Dichter. Denn *εὖ* bedeutet nicht *ordine*, und würde, wie man es auch erklären möchte, ein überflüssiges Wort sein, p. 381
dergleichen man diesem Dichter nicht zumuthen darf. Hätte er einen neuen Satz anfangen wollen, so hätte er *ἠδὲ* setzen können, welche Partikel er jedoch eben so wie Nonnus vermieden zu haben scheint. Er würde daher *ἄδε* gesetzt haben, nicht *εὖτε*, das nothwendig die Conjunction sein muss. *Φέγγος ἔπι* aber würde er schon wegen dieser Wortstellung nicht gesetzt haben, noch weniger aber, weil man nicht *ἐπὶ φέγγος ἄγειν* sagt, sondern er würde *ἐς φάος* geschrieben haben, wie auf der vierten Seite des Steines im 24. Verse. Ueberdiess würde auch der Gedanke nicht richtig sein, da wol ein ungebornes, nicht aber ein so eben schon geborenes an das Licht gezogen wird. In den vorhergehenden Worten *τεθαλότος ἄρτιον ἔργον* ist *ἄρτιον* wegen des gleich folgenden *ἀρτίγονον* anstössig, und kann auch nicht *laete* bedeuten, wie es Herr Sauppe übersetzt hat. Statt *ἔργον* würde man geneigt sein können *ἔρνους* zu setzen, wenn diese Genitivform in dieser Poesie geduldet werden könnte. Wie es scheint, ist mit *ἔργον* das Werk des Reifens der Leibesfrucht gemeint. Die zunächst folgenden Worte, in denen Herr Sauppe *ἐρεισαμένᾳ μεταμώλιος*, was Accusativ des Pluralis sein soll, der sich jedoch in dieser Dichtungsart nicht rechtfertigen lässt, und *αἰνῶς* statt *Ἄϊδος* geschrieben hat, übersetzt er so: *lascivae vero libidini, ad vanos usque concubitus nitenti, iram graviter comminata sum et expertibus amoris atratam voraginum custodiam gravia perpessuris.* Aber davon steht nichts auf dem Steine, sondern es ist offenbar im Gegensatze zu dem, was vorhergeht, von den undankbaren Kindern die Rede. V. 45 ist *πυρνοτόκῳ* gewiss ein Irrthum des Steinmetzen, was sich auch durch die von Hrn. Sauppe angeführten Worte des Diodor I. 14 bestätigt: *πρῶτον μὲν γὰρ παῦσαι τῆς ἀλληλοφαγίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, εὑρούσης μὲν Ἴσιδος τήν τε τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς καρπόν.* Die ganze Stelle scheint so geschrieben gewesen zu sein:

ἅδε γενέθλας
ἀρχὰν ἀνδρὶ γυναῖκα συνάγαγον, εὖτε σελάνας
ἐς δεκάταν ἀψῖδα τεθαλότος ἄρκιον ἔργου
φέγγος ἐπ' ἀρτίγονον βρέφος ἄγαγον. ἅδε γονήων
ἁζομένως τιμὰν ἔτι νηπιάχως ὑπὸ μαζῷ
δωρησμοῖς ἐδίδαξα μελίφροσι, φοιτάδι δ' ὀργᾷ
μᾶνιν ἐρεισαμένα μωκάμονος ἄχρις ἐπ' εὐνὰς
Ἄϊδος ἠπείλησα μελαμφαέων τε βερέθρων
ἀστόργοις φυλακὰν βαρυπάμασιν. ἐμμὶ δ' ἀρούρας
πυροτόκω μεδέοισα, δαϊξάνδρων ἀπὸ χειρῶν
ἐχθομένα βρώμαν, ἂν φωλάδες ἔστυγον ἄρκτοι,
τὰν λύκος ὠρυκτὰς λιμῷ τεθοωμένος ἀλκὰν
δυςμαθέων, ἀπενήναθ' ὁμαίμονος οὐλαμὸν ἄγρας,
τλαθύμων δ' ἀγέλᾳ βορὸν ἀνθερεῶνα πελάσσας,
ἀγροίκοις τὼς δρυμὸς ἀμείλιχος ἔτρεφεν, οὔτι
φείσατ' ὄνων σκιεροῖσιν ἐν ὤρεσι θυμὸν ἰαίνων.

p. 382 Im 37. Verse ist *εὖτε* mit *γενέθλας* zu verbinden; der Sinn der ganzen Stelle ist folgender: „ich habe die Frau dem Manne zugeführt, den Anfang der Geburt, wenn ich, nachdem das Werk bis zur zehnten Umkreisung des Mondes genugsam gereift ist, das Licht dem neugebornen Kinde bringe; ich habe die Säuglinge noch an der Brust durch süsse Gaben gelehrt die Ehre der Eltern heilig zu halten, gegen das wahnsinnige Gemüth des Verhöhnenden aber Zorn hegend bis zur Wohnung in der Unterwelt und dem schwarzen Abgrunde habe ich den Lieblosen Gefängniss mit schwerem Leide gedroht; ich bin die Beherrscherin der getreideerzeugenden Aecker, die die Nahrung von einander selbst zerfleischenden Händen hasst, die von den höhlenbewohnenden Bären verabscheut wird, die der heulende vom Hunger zum Angriff gestachelte Wolf nicht lernend, den Kampf der Jagd auf das verwandte Geschlescht verweigert, und die Heerde geduldiger Esel, die den Landleuten rauhes Gebüsch ernährt, den gierigen Rachen nähernd, diese nicht schont in schattigen Bergen sein Gemüth erfreuend.“ *Οὐλαμὸς* wird von Hesychius durch *μάχη* erklärt.

Auf der vierten Seite des Steines liest man in der vierten Zeile:

ὅσσα δ' ἐμὸς γνώμων νόος εισιδ
ἐς πέρας ἰθύνω. ταδυπειροχοπανκαισ

κῦρος ὑποκλάζοισ᾽ ἱπάταν βασιληΐδα τε
πτήσσονθ᾽ ἀμετέραν.

Dass der dritte dieser Verse sich mit *τιμὰν* endigte, hat Hr. Bergk richtig bemerkt, aber dass in *εισιδ*, wie sowohl er als die Hrrn. Welcker und Sauppe annehmen, *Ἴσιδος* liege, ist nicht glaublich, da dieser Namen hier sehr überflüssig stehen würde. Die Verse sind vermuthlich so zu ergänzen:

ὅσσα δ᾽ ἐμὸς γνώμων νόος εἴσιδεν ἀρχεγένεθλα,
ἐς πέρας ἰθύνω. τὰ δ᾽ ὑπείροχον ἀγκαλέοντα
κῦρος ὑποκλάζοισ᾽, ὑπάταν βασιληΐδα τιμὰν
πτήσσονθ᾽ ἀμετέραν.

Ob *ἀρχεγένεθλα* richtig errathen sei, lasse ich dahin gestellt sein. Denn es könnte auch *ἀμιτέλεστα* oder sonst ein passendes Wort gesetzt werden. In der 20. Zeile ist *ἐν ὄθμασι* zu schreiben. Z. 23 f. ist das wahre:

νάσως δὲ βαθυνομένας ἀπὸ ῥιζᾶν
ἐς φάος ἐκ βυθίας ποτανάγαγον ἰλύος αὐτά.

Die Herren Welcker, Sauppe, Bergk haben *ποτ᾽ ἀνάγαγον* geschrieben. Diess ist nicht die Hand des Dichters: denn *ποτὲ* würde nur ein Flickwort sein. Z. 27 können die versuchten Ergänzungen wegen der Correption vor *τρ* oder *πρ* nicht statthaben. Es dürfte *βοαύλοις μαλοκόμοις πλήθοισαν* richtiger sein, da *πλήθειν* auch mit dem Dativ construirt wird. Die folgenden Verse, in denen das, was auf dieser Seite des Steines steht, mitten in dem Satze abbricht, sind p. 383
vermuthlich so geschrieben gewesen, da sie sich an die Beschreibung der aus dem Meere emporgehobenen Inseln anschliessen:

ἐπ᾽ ἀφριόεντι δὲ Νηρεὺς
πλάσσεν ὕδει τεύχων περὶ μάρμαρον ἄνθεσιν
ἄχνας,
φλοῖσβον ὑπὸ βρεμέθοντα ποτὶ κροκάλαισιν
ἀράσσων
χοιράδας· ἀμφὶ λόφως δὲ κατ᾽ ὀφρύος ἑρσάεσσαν
κεκλιμέναν φέρβω ποτὶ ματέρα περκάζοισαν
ὄμφακα χαρμοδότειραν· ὑπερφιάλοις δὲ κεραύνῳ
ἀστράπτοισα βολαῖς στιβαρὰν θνατοῖσιν ἀπειλὰν

. . . .

DE LOCO CALLIMACHEI HYMNI IN DELUM ET QUIBUSDAM EPIGRAMMATIS.*)

p. 3 Artis criticae pars ea, quae in emendatione veterum scriptorum versatur, nunc evidentiam habet, nunc in sola probabilitate consistit. Id in ea maxime cadit, quae ita depravata sunt, ut non videantur restitui posse. Quo magis disciplina quadam in his opus est critico, ne aut non corrigat, quod correctione indiget, aut etiam quae sana sunt mutando corrumpat. Debet autem primum hoc esse, ut indagetur quid sit corruptum. Aliter enim verendum est ne vitiosa relinquantur, integra autem vitientur. Deinde curandum, ne aliquid tantum corrigatur. In quo multi peccant, satis habentes, si sibi partem vitii sustulisse videantur. Nam saepe accidit, ut quod per se rectum et bonum est, si cum ceteris componatur, falsum aut ineptum esse intelligatur. Eadem caussa neque inconsiderate probandum, si quid ab alio, praesertim claro viro, prolatum est, nec temere repudiandum, si quid etiam ab ignobili aut imperito homine commendatum non statim assensionem extorqueat. Porro cogitandum est diligentiam aliquando negligentiam esse. Nam etiam modi neglectio, quem diligentia habere debet, negligentia est. Denique omnium pessimum est temere hariolari, emendationemque esse putare, si quidquid statim in mentem venerit posueris. Volo haec insigni exemplo ostendere, non quo credam emendari posse, quae ipse confitear non posse in integrum restitui, sed ut monstrem qua cautione opus sit, si quis vix sanabilia tentare instituat.

Est locus Callimachi in hymno Deli vexatissimus, in quo nuper Alphonsus Heckerus et cuius ad hunc epistola inserta est Schneidewini Philologo fasc. II. Otto Schneiderus operam posuerunt, ambo quidem docte illi acuteque disputantes, sed tamen ut, quum omnem illius loci rationem non videantur perspexisse, non animadverterint omnia, quae in eo non recte scripta esse accuratior consideratio doceat. Mirabilia captans Callimachus, qui eruditione magis quam

*) Edita est a. 1846.

ingenio ad poesin nato excelleret, Apollinem in utero matris vaticinantem fecit de Gallis, qui duce Brenno in Phocidem p. 4
templi Delphici diripiendi caussa sint irrupturi. Ea a v. 171. his verbis descripta habemus:

καί νύ ποτε ξυνός τις ἐλεύσεται ἄμμιν ἄεθλος
ὕστερον, ὁππότ' ἂν οἱ μὲν ἐφ' Ἑλλήνεσσι μάχαιραν
βαρβαρικὴν καὶ Κελτὸν ἀναστήσαντες Ἄρηα
ὀψίγονοι Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος
ῥώσωνται, νιφάδεσσιν ἐοικότες ἢ ἰσάριθμοι
τείρεσιν, ἡνίκα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται·
φρούρια καὶ [κῶμαι Λοκρῶν καὶ Δελφίδες ἄκραι,]
καὶ πεδία Κρισαῖα καὶ ἠπείροι [ο φάραγγες]
ἀμφιπεριστείνωνται, ἴδωσι δὲ πίονα καρπὸν
γείτονος αἰθομένοιο· καὶ οὐκ ἔτι μοῦνον ἀκουῇ,
ἀλλ' ἤδη περὶ νηὸν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγας
δυσμενέων· ἤδη δὲ περὶ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
φάσγανα καὶ ζωστῆρας ἀναιδέας, ἐχθομένας τε
ἀσπίδας, αἳ Γαλάτησι κακὴν ὁδὸν ἄφρονι φύλῳ
στήσονται· τέων αἱ μὲν ἐμοὶ γέρας, α ἰδ' ἐπὶ Νείλῳ,
ἐν πυρὶ τοὺς φορέοντας ἀποπνεύσαντας ἰδοῦσαι,
κείσονται, βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος
ἐσσόμεναι· Πτολεμαῖε, τά τοι μαντήϊα φαίνω.

Uncinis inclusa, quoniam in antiquioribus libris desunt, supplementa esse putantur Marci Musuri: estque id sane veri simile. Lacunosus ergo fuit antiquus ille codex, ex quo nostri libri derivati sunt, ut supplementis istis non plus quam coniecturis tribuendum sit. Nunc Heckerus, ut etiam quae non ad rem pertinent attingam, dum hos versus tractat, nescio quo modo, quum p. 74. ad *Κελτὸν Ἄρηα* similia quaedam compararet, in animum induxit Martis nomen latere in illo Callimachi versu, qui in Etymologico M. p. 154, 8. sic scriptus exstat:

δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπὶ τριπτῆρες ἁρπάσας.

In quo versu quum summus criticus R. Bentleius nihil se praestare posse fassus sit, magnae audaciae erat coniecturam proferre huiusmodi,

δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπιχρίμπτεσκεν Ἄρηα,

quae et longius a tradita scriptura recederet, et verbum praeberet frequentativum, cui hic non videtur locus esse. Sermo est enim, ut et Etymologicum et scholiastes Apollonii Rhodii

ad I. 1216. narrant, de Dryopibus, qui ab Hercule Delphis pulsi, quod amplius nocere non potuerint, Ἀσινεῖς fuerint appellati. Verum viderat, sed male interpretatus erat Sylburgius:

p. 5 δειλαίοις Ἀσινεῦσιν ἐπιτριπτῆρ' ἐσαράξας.

Non magis admitti potest, quod eadem occasione in Bionis epithalamio Achillis et Deidamiae v. 14. de Graecis Troiam petituris scriptum, quorum nemo domi manserit φέρων δισὶν ἀνὰν ἄρηα, in φέρων δεισήνορ' Ἄρηα mutari voluit. Apertum est enim, neminem domi mansisse idem esse atque unumquemque profectum domo esse, ut non dubitandum sit quin scripserit Bio φέρων δύστανον ἄρηα. Et δύστηνον coniecisse Bentleium adnotavit Maltby ad Morelli Thesaurum p. 1145.

Accedo ad Callimachum. In v. 177.

φρούρια καὶ κῶμαι Λοκρῶν καὶ Δελφίδες ἄκραι,

(sumam enim genuinum esse) mota est dubitatio de tribus spondeis, quos Callimachus non posuerit continuos nisi in versus initio sexies. Eorum exemplorum unum eripuit Schneiderus p. 261. scite de hac re disputans, sed ut in simili causa p. 266. sibi non constitisse videatur, quum hunc versum,

υἱωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρκτοιο,

propterea corrigi vellet, quod Callimachus versus spondiacos non terminaret vocabulo trisyllabo. Hoc est illius, quam dicebam modum excedere, diligentiae. Sane quidam recentiorum poetarum quas sibi leges numerorum fecerant, cum anxietate quadam observarunt: verum iniuriam facimus melioribus eorum, si eos putamus ut pueros ferulam magistri metuentes, non ausos esse praecepta migrare, si aures suaderent aliaeve idoneae caussae invitarent, ut nominum propriorum a communi lege exemptio aut formularum quarumdam antiqua auctoritate stabilitus usus. Quare etiam versus 39. in hymno Iovis,

πρωτίστη γενεῇφι μετὰ Στύγα τε Φιλύρην τε

non est propter insolentiorem productionem copulae pro vitioso habendus. Nec propter spondeos Naekio non assentiri debebat Heckerus p. 76. haec verba, quae in scholiis ad Iliad. V. 422. et Etymologico M. p. 547, 6. leguntur, ἦτ' ἄκρην ϑῖνα Γλαυκώπιον ἵζει ad Callimachum referenti, quum nesciamus an versus iste talis fuerit:

ἤτ' ἄκρην παρὰ θῖνα θεὰ Γλαυκώπιον ἵζει.

Aliter restitutio tentata est in Thesauro Parisino v. *Γλαυκώπιον*. Illum quidem, a quo profectus sum, Musuri versum Callimachus non fecisset, non propter tres spondeos, sed quod unus eorum iusto levior est. Quod si Musurus verum est coniectando assecutus, sic scripserat Callimachus:

φρούρια καὶ κῶμαί τε Λοκρῶν καὶ Δελφίδες ἄκραι.

Sed si sic scripsit, necessario aut statuendum est alium versum ante hunc interisse, quia copula deest, qua haec cum p. 6 praegresso *ὁππότ' ἂν* coniungi debebant, aut delendum esse totum versum, quod suasit Schneiderus. Probarem hoc, si veri simile videretur. At etsi non est hic versus in Mss. Ambrosianis, tamen pro eo relictum est vacuum spatium. Et quum in aliis non Musuri supplementa habentibus libris *φρούρια* et *φρούρια καὶ* reliquum sit, indicia exstant minime dubia, quae aliquem hic versum adfuisse confirment. Iam quid sibi volunt ista *φρούρια*? quaenam ista castella sunt? aut quid omnino opus est castellis? Videamus vero quae praecedunt:

τείρεσιν, ἡνίκα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται.

Bene perspexit Schneiderus, parum apte *ἠέρα* memorari, ubi *αἰθέρα* dictum oportebat. Est vero etiam aliud offensui. Nam etsi *πλεῖστα* referri ad *τείρεσιν* potest, tamen insuave est remitti lectorem vel auditorem ad praegressum nomen, ubi concinnitas et elegantia orationis potius novum addi nomen postulabat. Id nomen sumamus *φρούρια* esse. Tum quae sequitur copula iustum narrationi nexum restituet, neque iam opus erit ut ante *φρούρια* versus deesse credatur. At stellas *φρούρια* dici, eaque *κατ' ἠέρα βουκολούμενα*, vix in poeta dithyrambico ferremus. Quare credibilius videtur *φρούρια* ortum esse ex obscurata alius vocabuli scriptura. Optime omnia procedent, si putabimus scriptum fuisse:

ἡνίκα πλεῖστα κατῄορα βουκολέονται
φέγγεα.

Vituperari hanc coniecturam non posse intelligo: veram praestare in tanta hymni depravatione non ausim.

Pergamus, consideremusque versum 178.

καὶ πεδία Κρισαῖα καὶ ἠπείροιο φάραγγες
ἀμφιπεριστείνωνται.

Φάραγγες Musuri supplementum videtur, pro quo in quibus-

dam libris πόληες est. Unus liber, qui videtur esse editio Veneta a. 1555. hoc verbo ἠπείροιο finire versum dicitur. Quod a Fr. Thierschio propositum Heckerus probavit, Ἠπείροιο μελαίνης, certo non scripsit Callimachus. Nam et longissime a Delphis distat Epirus, ad quam ne pervenerunt quidem Galli, nec, si mentio eius fieri potuisset, inutile epitheton adiecisset poeta. Alia non multo probabilior explicatio inventa est a Schneidero, qui ἠπείροιο φάραγγες tenens, Crisae, ut loco ad mare sito, ἤπειρον ut μεσόγαιαν opponi putavit. Nam quae firmandae huic interpretationi affert Dionysii periegetae verba v. 876. 904. 1085.

αἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ, αἱ δ' αὐτῆς ἄγχι θαλάσσης·
p. 7 οἱ μὲν ἐν ἠπείρῳ — οἱ δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες·
οἱ μὲν ὑπειρᾴλιοι, τοὶ δ' ἔνδοθεν ἠπειρῶται.

aliosque similes locos, eorum nulla ad probandum vis est, quia in iis aperte loca ad mare sita a remotis a mari distinguuntur, campi autem Crisaei quum nominantur, campos, non littus, eoque nihil quod diversum sit ab eo, quod ἤπειρος vocatur, nominari videmus. Quid quod ne credibile quidem est, poetam ubique eruditionis ostentandae studiosum tam infiniti significatus nomen ponere, quam certum illius regionis locum nominare maluisse. Habebat autem in promptu, si scriberet καὶ ἄγκεα Παρνησσοῖο. Nam quod additum est verbum ἀμφιπεριστείνωνται, vix erit qui de gementibus locis, et non, quo ducit numerosi exercitus descriptio, de oppletis conferta multitudine hostium dictum esse intelligat. Ceterum Heckerus, quoniam coniunctivi ἀμφιπεριστείνωνται et ἴδωσι cum ὁππότ' ἂν coniungi non possint, recepto ex melioribus libris indicativo ἀμφιπεριστείνονται, sic scribendum coniecit:

καὶ πεδία Κρισαῖα καὶ Ἠπείροιο μελαίνης
ἀμφιπεριστείνονται, ἴδωσ' ὅτε πίονα καρπὸν
γείτονος αἰθομένοιο,

in quo ad γείτονος αἰθομένοιο e praecedentibus repetendum sit ἀγροῦ aut πεδίου. At neque impedit quidquam quominus uterque coniunctivus ex ὁππότ' ἂν pendeat, neque ἴδωσ' ὅτε aut scriptum esse a poeta, aut si scriptum esset, in ἴδωσι δὲ mutatum credi potest, denique qui καρπὸν γείτονος dicit, cuivis videbitur non agri aut campi, sed hominis vicini fructus dicere. Quod autem vult nova periodo per indicativum

praesentis futura praedici, ne hoc quidem accipi potest, quia, si isto modo loqui voluisset Callimachus, verba haec non per *καὶ*, sed per *δὲ* adnectere debebat. Itaque recte dissensit Schneiderus, qui tamen quum sibi persuaderet Callimachum scripsisse

ἰδῶσι δὲ πίονα καρπὸν
γείτονες αἰθὸν ἐμεῖο,

non videtur cogitasse *αἰθὸν* non ardentem, sed fuscum significare, *ἰδυῖα* autem si usitatum fuit, non continuo etiam *ἰδῶσι* pro *εἰδῶσι* usurpatum censeri posse. Quod si servandum est *αἰθομένοιο*, inepte autem dicuntur nescio qui videre fruges ardentis vicini, illud fortasse recte dixisse videatur Schneiderus, scribendum esse *γείτονες*: a quo si profectus simul ea quoque quae praecedunt et sequuntur attentius contemplatus esset, facile deprehendisset, quae et ipsum et alios latuerunt. Nam quid tandem ardet? Templum Apollinis non esse incensum et versus 182. seqq. ostendunt, et quae de invasione p. 8
illa Gallorum explicatissime Pausanias et Iustinus scripserunt. Atqui quid arserit dicendum erat necessario. Non est tamen dictum, nec locus apparet, ubi dici potuerit. Fruges enim ardere dici, unde Valckenarius *αἰθόμενον* et Schneiderus *αἰθὸν* coniecerunt, quum ob alias caussas, tum propterea displicere debet, quod aedes potius et vici dicendi erant incensi esse. Mittamus ergo fruges, sive quis illas segetes sive fructus arborum esse velit. Non videtur enim dubitandum esse, quin doctus poeta, ut tantisper *γείτονες* suscipiam, scripserit,

ἴδωσι δὲ πίονα καπνὸν
γείτονες αἰθομένοιο —

fortasse non immemor Aeschyli versuum in Agmemnone 792.

καπνῷ δ' ἁλοῦσα νῦν ἔτ' εὔσημος πόλις.
ἄτης θύελλαι ζῶσι· συνθνήσκουσα δὲ
σποδὸς προπέμπει πίονας πλούτου πνοάς.

Post *αἰθομένοιο* quid scriptum fuerit nescimus, nisi fuisse credibile est *αἰθομένοιο πυρός*: quamquam quis contendat non potuisse huiusmodi quid dici, *ἴδωσι δὲ πίονα καπνὸν γείτονος αἰθομένοιο πρὸς οὐρανὸν ἀΐσσοντα τείχεος* vel *ἄστεος*: minore certe audacia fumum cernere vici et montes dicuntur, quam scuta morientes milites v. 186. Interisse plus uno versu dubitare non sinit oratio duplici in leges grammaticas

peccato vitiosa, quorum alterum, quod est in optativo coniunctivi vicem tenente tolli non potest; alterum, quod in omissa *ἂν* particula est, removendum sit necne iudicari posset, si haberemus quae praecesserunt. Nam etsi rarum est *οὔ κε* pro *οὐκ ἄν*, invenitur tamen, ut apud Aratum v. 460. ubi quum plerique libri *οὐδέτι* vel *οὐκέτι* habeant, codex Barberinus (v. Grauertum in Museo Rhen. 1827. I. 4. p. 341) et scholiastes praebent *οὔ κ' ἔτι*. Reponendum pro *οὐκ* censebat Schaeferus in Apollonidae epigrammate 3. de quo dixi in Opusc. vol. IV. p. 370.

εἰ τοιόςδε Λέων λάχεν ἀντίος Ἡρακλῆϊ,
οὔ κ' ἦν Ἀλκείδεω τοῦτο τὸ δωδέκατον.

Aristarchum *οὔ κεν* et *οὐκ ἄν*, prouti vel *α* vel *ε* sequeretur, probasse ex scholiis ad Iliad. XII. 465. XIII. 289. cognoscitur. Sic XIV. 91. legitur:

μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο.

Iam igitur, indicata lacuna, et istud *αἰθομένοιο* vindicatum est et liberatus Callimachus gravi soloecismo. Exspectandus nunc aliquis Musurus, qui expleat quae interierunt.

p. 9 Verum non licet in his consistere: nam dubitationi saltem relictus est locus in his quae sequuntur:

ἤδη δὲ περὶ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
φάσγανα καὶ ζωστῆρας ἀναιδέας, ἐχθομένας τε
ἀσπίδας, αἳ Γαλάτῃσι κακὴν ὁδὸν ἄφρονι φύλῳ
στήσονται.

Recte quidem accusativi, quoniam *ἤδη* repetitum est, a praecedente verbo *ἀπαυγάζοιντο* reguntur, ut non opus sit novo verbo, sed insolentius dictum est *αἳ στήσονται κακὴν ὁδόν*, quod simplicius diceretur *θήσουσιν*. Videtur tamen defendi posse. Deinde haud valde placent *Γαλάτῃσι* et *ἄφρονι φύλῳ* coniuncta, quorum altero libentius careremus. Accedit quod *Γαλάτῃσι* suspectum videri potest, si, ut Spanhemius monuit, primus ex antiquioribus putandus est Callimachus illa esse gentis appellatione usus. Pausanias enim I. 3. extremo scribit: *ὀψὲ δέ ποτε αὐτοὺς καλεῖσθαι Γαλάτας ἐξενίκησε. Κελτοὶ γὰρ κατά τε σφᾶς τὸ ἀρχαῖον καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὠνομάζοντο.* Quamquam his opposuit Siebelis epigrammata ab ipso Pausania I. 13, 3. X. 21. 5. allata, quae brevi post illam Gallorum invasionem scripta esse videantur. Itaque nihil quidem cogit scripturam minus elegantem, sed vacuam vitio mutare:

verum tamen suspicari licebit aptiorem futuram fuisse hoc modo conformatam:

αἳ Γαλάτῃσι κακὴν ὁδὸν ἄφρονι τύφῳ
στήσονται,

ut propter stolidam superbiam, qua Galli se templo dei potituros sperassent, funesta iis scuta sua fuisse dicantur. Nihil enim illi quo corpora tegerent quam scuta habebant, de qua re Pausanias scribit X. 21, 2. maximeque nocte illa, quae iis perniciosissimam cladem attulit, terrae motu, grandine, subitoque insuper terrore consternati, quum in tenebris sua scuta ab hostium clipeis distinguere non possent, ipsi se invicem contrucidarunt, ut idem scriptor X. 23, 7. 8. narrat.

Denique v. 185. *τέων*, quod scholiastes *ὧντινων* interpretatur, ferendum quidem fortasse est in poeta Alexandrino, quando illi Homericis *ἑῆς* Iliad. XVI. 208. et *τάων* VIII. 156. ita abusi videntur, ut etiam *τέων* pro *ὧν* dicerent: quod fecit Nicander Alex. 2.

εἰ καὶ μὴ σύγκληρα κατ' Ἀσίδα τείχεα δῆμοι
τύρσεσιν ἐστήσαντο, τέων ἀνεδέγμεθα βλάστας,

notatus a scholiasta his verbis: *τὸ δὲ τέων οὐκ ὀρθῶς κεῖται· σημαίνει γὰρ τὸ τίνων· Ὅμηρος· τέων δ' ἔξ ἐσσὶ τοκήων:* p. 10
βούλεται δὲ λέγειν ὧν. Callimachum certe vellemus demonstrativum pronomen *τῶν* posuisse.

Iam si summam ex his quae dicta sunt colligimus, nihil sumus aliud assecuti, quam ut cognitis vitiis nec probemus quae probari nequeunt, neque corrigere audeamus quae quo modo scripta fuerint nescimus. Non sane multum hoc est, sed est tamen aliquid. Nam aeque perversum est conari facere quod facere nequeas, qum quod debueris facere non fecisse.

Adiungam his duo epigrammata similiter ut isti Callimachi versus sunt et lacunosa et mendosa, quae nuper Ludov. Rossius in altero fasciculo primi Hellenicorum voluminis edidit p. 97. et 108. Eorum in primo, quod in Isthmo inventum est, tria apographa conspirare dicuntur in hanc scripturam; integram autem esse inscriptionem ex ipsa lapidis forma cognosci:

ΘΕΥΔΟΤΑΑ...ΗΡΣΕ.-◡ΕΣΤΟΛΕΔΑΚΡΥ/\.
ΩΣΓΑΡ
ΑΡΠΑΞΑΣΣΑΙΔΑΣΣΑΝΕΜΑΡΑΝΕΝΑΚΜΑΝ

Quod alias commodum integraturo, hic incommodum est,

brevitas in vix dubia sententia. Nam quis non statim ut haec adspexerit scriptum putabit: *Θευδότα, ἁ μάτηρ σε . . . ἐς τόδε δάκρυ*? Haerebit vero, si ex his sententiam quae apta sit extundere volet, quoque magis consideraverit, eo magis ludificatus non recte pictas esse litterarum quae in lapide sunt reliquias existimabit. Quod si tamen his quae tradita sunt vestigiis ingrediendum est, proxime hoc opinor accedet:

Θευδότα, ἁ μάτηρ σ' ἔτεκ' ἐς πολὺ δάκρυ· ἄφνως γὰρ
ἁρπάξας σ' Ἀΐδας σὰν ἐμάρανεν ἀκμάν.

De postremis hexametri verbis dubitari non potest, habemusque eadem in epigrammate appendicis Anthologiae Palatinae 220. sive incertorum poetarum in Analectis Brunckii 710.

λαΐνεος στήλη με περὶξ ἔχει· ἐκ δέ με παστῶν
νύμφην κἀκ θαλάμων ἥρπασ' ἄφνως Ἀΐδας,
Πόλλαν, λυγρὰ γονεῦσι λιπὼν μνημήϊα τέκνου.

Illud vero, *ἁ μάτηρ σ' ἔτεκ' ἐς πολὺ δάκρυ*, si cui forte mirum videbitur, rem afferam multo magis mirabilem. Etenim quasi gemini fuerint haec Theodota et nescio qui Theodotus, simillimum etiam sententia et verbis in istum Theodotum exstat epigramma Theodoridae in Anthologia Palatina VII. 527.

Θεύδοτε, κηδεμόνων μέγα δάκρυον, οἵ σε θανόντα
κώκυσαν, μέλεον πυρσὸν ἀναπτόμενοι,
p. 11 *αἰνόλινε τρισάωρε· σὺ δ' ἀντὶ γάμου τε καὶ ἥβης*
κάλλιπες ἡδίστῃ μητρὶ γόους καὶ ἄχη.

Alterum epigramma, Rhodi in basi inventum, cui statua Xenophanti cuiusdam imposita fuerat, ab Hegenborgio parum accurate descriptum accepit Rossius. Statuam fecerat Timocharis Eleuthernaeus, qui etiam ex alia inscriptione in Corp. Inscr. T. II. p. 1098. n. 2491. b. innotuit. Eam Boeckhius ab Radulpho Rochetto accepit, qui eam commemoravit etiam in epistola ad Schornium p. 446. et in Quaestionibus de historia artis p. 146. priore loco observans formam litterarum esse eam, quae sub Romanis usitata fuerit. Id cur adnotandum duxerim infra apparebit. Statuam qui ponendam curaverint titulus superpositus inscriptioni ex his litteris coniiciendum relinquit... *ΓΙΔΕΙΩΝΚΟΙΝΟΝ*, quas Rossius interpretatur *τὸ Ἐρατιδείων κοινόν*. Epigramma Hegenborgius sic exhibuit:

ΛΟΙΣΟΥΚΕΝΕΛΜΟΧΘΩΝΛΡΙΣΕΡΕΛΛΕΧΕΙΡΟΝ
ΩΜΛΣΝΥΘΩΝΠΟΛΛΟΝΛΦΛΥΡΟΤΕΡΛ
ΛΓΕΣΤΡΛΤΟΥΥΙΟΣΕΝΛΣΤΟΙΣΙΠΞΕΝΟΦΛΝΤΟΣ
ΞΕΙΝΟΙΣΛΡΕΤΛΣΛΞΙΛΠΟΛΛΕΚΛΜΕ
ΛΝΤΙΚΛΙΟΙΤΛΥΤΛΝΝΟΣΤΟΥΧΛΡΙΝΕΙΚΟΝΛΘΕΝΤΕΣ
ΛΥΤΛΚΛΙΕΥΚΛΕΙΝΓΡΛΜΜΛΤΛΠΙΕΡΙΛΩΝ

Primi versus ultima verba sine dubio recte sic restituit Rossius: *μόχθων χάρις, ἔργα δὲ χειρῶν*; item *ταῦτα* v. 6. De ceteris aliter sentio. Ex primo disticho discimus Xenophantum non corporis viribus et bellica fortitudine, sed prudentia et eloquentia nobilem fuisse: quibus artibus quum multa fecisse dicatur *ἀρετᾶς ἄξια*, non videtur fecisse dici, quae digna essent eius virtute, sed quae ei existimationem et honorem virtutis compararent, de qua vocabuli significatione quum alii scripserunt, tum ego ad Sophoclis Philoctetae v. 1420. Sed quid hoc est, quod statua ei posita dicitur *νόστου χάριν*? quod tam mirum est, ut incredibile videri debeat. Illud enim non puto cuiquam in mentem venturum, *νόστον* significare iucundidatem, ut Eustathius scripsit his verbis p. 1383, 40. *οἱ δὲ μεθ᾽ Ὅμηρον καὶ βρῶμα φασὶ νόστιμον, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται· καὶ νόστον δὲ τὴν ἡδύτητα, διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ Ὁμηρικοῦ νόστου· ὅθεν καὶ εὔνοστος, φαῦλον φασὶν ἀγαλμάτιον παρὰ τοῖς μύλωσιν, ἢ ὡς ἐν ἑτέρῳ ῥητορικῷ λεξικῷ κεῖται, εὔνοστος θεὸς ἐπιμύλιος, δοκοῦσα ἐφορᾶν τὸ μέτρον τῶν ἀλεύρων.* Nam nec testata ista significatio exemplis est, nec si quis ita *νόστον* dixisset, fecisset id sic ut ambiguitatem notionis non tolleret. Quid vero si illud *νόστου χάριν* usitato significatu recte se habet? Certe si hic Xenophantus idem ille Rhodius est, de quo scripsit Polybius, p. 12
bene videtur totum epigramma posse explicari. Is IV. 50. de brevi bello inter Rhodios et Byzantios gesto scribens sic refert: *οἱ δὲ Ῥόδιοι πληρώσαντες ναῦς ἕξ, ἅμα δὲ ταύταις παρὰ τῶν συμμάχων προςλαβόντες τέτταρας καὶ ναύαρχον προχειρισάμενοι Ξενόφαντον, ἔπλεον ἐφ᾽ Ἑλληςπόντου δέκα ναυσίν, καὶ ταῖς μὲν λοιπαῖς ὁρμοῦντες περὶ Σηστὸν ἐκώλυον τοὺς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον, μιᾷ δ᾽ ἐκπλεύσας ὁ ναύαρχος κατεπείραζε τῶν Βυζαντίων, εἴ πως ἤδη μεταμέλοιντο καταπεπληγμένοι τὸν πόλεμον· τῶν δ᾽ οὐ προςεχόντων ἀπέπλευσε, καὶ παραλαβὼν τὰς λοιπὰς ναῦς ἀπῆρε πάσαις εἰς τὴν Ῥόδον.* Rediit igitur Rhodum, quod videri potest hominis ignavi esse. At paullo post addit Polybius: *οἱ δὲ Ῥόδιοι θεωροῦντες τὴν*

τῶν Βυζαντίων ὑπόστασιν, πραγματικῶς διενοήθησαν πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς προθέσεως. Ac tum narrat, quam callido consilio instituerint, ut pacem facere cogerentur Byzantii, concluditque illam narrationem c. 52. his verbis: *ὁ μὲν οὖν Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ πρὸς Βυζαντίους συστὰς πόλεμος τοιαύτας ἔλαβε τὰς ἀρχὰς καὶ τὸ τέλος.* Nunc si Xenophantum illum, quod facile credi potest, consilii illius auctorem et suasorem fuisse sumimus, meruerat ille sane, ut ei propter reditum, quum prudentia potius quam vi inter cives et peregrinos agere maluisset, publice honor decerneretur. Haec si ita se habent, simul de tempore constabit quo Timocharis statuarius vixit. Sin minus, falsumque est *νόστου χάριν,* non video quid aliud quam, quod tamen aegre feram, *νοεροῦ χάριν* positum fuisse credam. Sed reliqua est alia dubitatio. Ultimi versus litterae haec praebent:

ταῦτα καὶ εὐκλείνων γράμματα Πιερίδων.

At primo *εὔκλεινος* nusquam inventum est nisi in Aristotelici pepli epigrammate 25. ubi id recte quidem expellendum iudicavit Schneidewinus in Philologi fasciculo primo p. 36. sed quam proposuit illius epigrammatis emendationem, ea admitti nullo modo potest. Videtur sic esse corrigendem:

Δηϊπύλου μορφῆς εὐειδέος Ὀρμενίοιο
μνῆμα τόδ' εὐκλεές, ὃν γείνατο Τληπόλεμος.

Deinde autem nimis inepti et stolide arrogantes fuissent illi, qui hoc epigramma inscribendum curarunt, si hosce versiculos non modo *Πιερίδων,* sed adeo *κλεινῶν Πιερίδων γράμματα* vocassent. Ea culpa non liberantur scriptura quam Rossius commendavit, quamquam litterarum quae traditae sunt formis convenientissima:

φαντὶ καὶ οἱ ταύταν νόστου χάριν εἰκόνα θέντες
ταῦτα καὶ εὐκλειᾶ γράμματα Πιερίδων,

p. 13 Pro *εὐκλειᾶ* etiam *εὐκλειῶν* scribi posse ait. At hae quoque formae non usitatae sunt, quodque gravissimum est, si sic scribitur, non est hic sermo *τοῦ . . . τιδείων κοινοῦ,* sed aliorum, se quoque, qui hoc monumentum posuerint, cum civibus et peregrinis de laude Xenophanti consentire narrantium. Videntur utroque crimine et sermonis pugnantia inter se proferentis et stultae arrogantiae liberari posse, si quinti et sexti versus initia non recte expressa sunt: idque eo credibilius est, quod etiam, ut Rossius refert, tertius versus in apographo

eadem in linea incipit, in qua totus quintus versus est. Nec sine caussa factum videtur ut *γράμματα*, et non aliud quod magis conveniat Musis positum sit vocabulum. Nam quum primum distichon eiusmodi sit, ut alicuius poetae gnomici esse videatur, coniici licebit noti tum carminis versibus usos esse cives atque amicos Xenophanti, ut hoc praeconio debitum meritis eius honorem persolverent. Id si ita est, sine impudentia et claras vocare potuerunt Pierides et recte *γράμματα* dicere, quod praeconium illud scriptum basi statuae addiderunt. Quod si hoc modo verba eorum interpretamur, pulcrum habebimus epigramma hoc modo perscriptum:

„ἐσθλοῖς οὐ κενεὰ μόχθων χάρις, ἔργα δὲ χειρῶν
γνώμας καὶ μύθων πολλὸν ἀφαυρότερα.“
τοῖος Ἀγεστράτου υἱὸς ἐν ἀστοῖσιν Ξενόφαντος
καὶ ξείνοις ἀρετᾶς ἄξια πόλλ' ἔκαμεν,
ἀντίπαλ' οἳ ταύταν νόστου χάριν εἰκόνα θέντες
ταῦτ' ἄπεδον κλεινῶν γράμματα Πιερίδων.

ÜBER BRUCHSTÜCKE ZWEIER HYMNEN AUF DEN ATTIS.*)

»Herr Schneidewin hatte im ersten Bande seines Philo- p. 1
logus aus einem unbenannten griechischen Schriftsteller späterer Zeit eine von Herrn Miller in Paris ihm mitgetheilte Stelle bekannt gemacht, aus welcher sich ein ziemlich langes

---

*) Aus den Berichten über die Verh. d. K. S. Ges. d. W. zu Leipzig, philol. hist. Cl. 1849 I. p. 1 ff. — »In der Sitzung am 13. Januar 1849 wurde von Herrn Haupt ein **unvollendeter** Aufsatz des bisherigen Secretärs der philologisch-historischen Classe, Gottfried Hermann, vorgelegt. Der Verewigte hatte diesen Aufsatz zum Vortrag in einer Classensitzung niederzuschreiben angefangen, als die Krankheit ihn ergriff, die sein reiches und reines Leben am 31. December 1848 endete. Die Classe beschloss, dies Vermächtniss in ihren Berichten niederzulegen.« [Cf. Bergk P. L. p. 1320 sq.]

Bruchstück einer pindarischen Ode zusammensetzen liess. Aus demselben Schriftsteller giebt er im zweiten Hefte des dritten Bandes eine andere Stelle, in welcher Bruchstücke zweier Hymnen auf den Attis enthalten sind, die er, da sie sehr verdorben vorliegen, mit vieler Gelehrsamkeit erläutert und wieder herzustellen versucht hat. Die Freude wieder etwas neues an das Licht zu bringen mag wohl Ursache sein, dass er sein Augenmerk vorzüglich auf diese Hymnen richtete und die Stelle des Schriftstellers, der die Worte der Hymnendichter anführt, weniger beachtete. Der griechische Text lautet also:

*Οὕτως σχεδιάζουσι τὰ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων λεγόμενά
τε καὶ γινόμενα πρὸς ἴδιον νοῦν, πνευματικὰ φάσκοντες πάντα
γίνεσθαι. ὅθεν καὶ τοὺς θεάτροις ἐπιδεικνυμένους λέγουσι μὴ
αὐτοὺς ἀπρονοήτως τὶ λέγειν ἢ ποιεῖν. τοιγαροῦν, φησίν,
ἐπὰν συνελθὼν ὁ δῆμος ἐν τοῖς θεάτροις εἰςίοι τις ἠμφιε-
σμένος στολὴν ἔξαλλον, κιθάραν φέρων καὶ ψάλλων, οὕτως
λέγει, ᾄδων τὰ μεγάλα μυστήρια, οὐκ εἰδὼς ἃ λέγει, εἴτε*
p.2 *Κρόνου γένος, εἴ τε Διὸς μάκαρος, εἴτε Ῥέας με-
γάλης. χαῖρε τὸ κατηφὲς ἄκουσμα Ῥέας, Ἄττι σε
καλοῦσι μὲν Ἀσσύριοι τριπόθητον Ἄδωνιν, ὅλη
δ' Αἴγυπτος Ὄσιριν ἐπουράνιον μηνὸς κέρας, Ἕλ-
ληνες σοφίαν, Σαμοθρᾷκες Ἀδὰμ σεβάσμιον,
Αἱμόνιοι Κορύβαντα, καὶ οἱ Φρύγες ἄλλοτε μὲν
Πάπαν, ποτὲ δὲ νέκυν ἢ θεόν, ἢ τὸν ἄκαρπον,
ἢ αἰπόλον ἢ χλοερὸν στάχυν ἀμηθέντα, ἢ ὃν πο-
λύκαρπος ἔτικτεν ἀμύγδαλος ἀνέρα συρικτάν. τοῦ-
τόν φησιν εἶναι πολύμορφον Ἄττιν, ὃν ὑμνοῦντες λέγουσιν
οὕτως, Ἄττιν ὑμνήσω τὸν Ῥείης, οὐκ ὠδίνων συμ-
βόμβοις, οὐδ' αὐλῶν Ἰδαίων Κουρήτων, μύκτητα,
ἀλλ' οἷς φοιβείαν μίξω μοῦσαν φορμίγγων, εὐοῖ,
εὐών· ὡς πάν, ὡς βακχεύς, ὡς ποιμὴν λευκῶν
ἄστρων. διὰ τούτους καὶ τοὺς τοιούτους λόγους παρε-
δρεύουσιν οὗτοι τοῖς λεγομένοις μητρὸς μεγάλης μυστηρίοις,
μάλιστα καθορᾶν νομίζοντες διὰ τῶν δρωμένων ἐκεῖ τὸ ὅλον
μυστήριον. οὐδὲν γὰρ ἔχουσι πλέον οὗτοι τῶν ἐκεῖ δρωμένων,
πλὴν ὅτι οὐκ εἰσὶν ἀποκεκομμένοι, μόνον τὸ ἔργον τῶν ἀπο-
κεκομμένων ἐκτελοῦσι.*

Herr Schneidewin beginnt die Angabe des Inhaltes mit diesen Worten: *Disputat scriptor, de quo accuratius constabit*

cum, quod valde optamus, Millerus integrum opus ediderit, adversus eos, qui quaecunque homines vel loquantur vel agant ex sua mente et prout lubet, ea omnia divinitus inspirari (πνευματικὰ γίνεσθαι) *temere opinentur.* Ich nehme an diesem Gedanken Anstoss. Wenn alles was die Menschen sprechen und thun inspiriert sein soll, weshalb wird das so ausgedrückt: *quaecunque vel loquantur vel agant ex sua mente et prout lubet?* Man kann sich als Gegensatz nur denken, was sie von andern Menschen gezwungen sprechen und thun, ein Gegensatz der völlig unnöthig ist. Auch hat ihn der Schriftsteller nicht im Sinne gehabt. Denn Herr Schneidewin hat das Verbum σχεδιάζουσι, von welchem dessen Rede abhängt, ganz übergangen. Der Schriftsteller sagt wörtlich: »so leichtsinnig behandeln sie was von allen Menschen gesprochen und gethan wird nach ihrem Sinne, indem sie sagen dass alles inspiriert werde.« Dadurch ist zugleich der erwähnte Anstoss beseitigt. Denn die Worte πρὸν ἴδιον νοῦν beziehen sich nun auf die Meinung derer die alles für inspiriert halten, nicht auf die deren Reden und Handlungen von jenen für inspiriert ausgegeben werden. Herr Schneidewin fährt fort: *Vel eos qui in theatris artem ostendant citharizandi et cantandi, ne ipsos quidem quicquam immeditate et incogitate loqui et agere, sed quae proferant,* πνευματικά p. 3
esse. Ergo igitur, adversarius istorum inquit, cum congregato populo in theatris incedit aliquis magnifico ornatu citharam tenens eamque pulsans, cum magna canit mysteria, ignorans quae dicit ita fatur: Saturniae genus ac Iovis sqq. Den Gegner nimmt Herr Schneidewin an weil im griechischen Texte φησίν steht. Aber es ist bekannt dass φησίν und φασίν fast mit derselben Abkürzung in den Handschriften geschrieben und daher überall verwechselt werden. So gewiss wird auch hier angeführt was die, welche alles für inspiriert halten, weiter sagen. Aber, wessen Worte auch angeführt werden, sie enthalten doch gerade das Gegentheil dessen was hier gesagt werden kann. Denn was jemand nicht unvorbedacht spricht oder thut, spricht oder thut er mit Vorbedacht und frei, wogegen der, welcher inspiriert wird, gar nicht nöthig hat sich vorher zu bedenken, ja das gar nicht kann, da er unter der Gewalt des inspirierenden Geistet steht. Der Schriftsteller wird daher, weil προνοητῶς ungebräuchlich

war, *μηδ' εὐπρονοητῶς* geschrieben und also gesagt haben: »deshalb meinen sie dass auch, wenn das Volk im Theater versammelt ist und einer in ungewöhnlicher Kleidung mit der Cither musicierend eintritt und die grossen Mysterien besingend so spricht, nicht wissend was er spricht.« Beiläufig bemerke ich nur dass nach *ἐν τοῖς θεάτροις* etwas ausgefallen ist und die Stelle etwa so gelautet hat: *τοιγαροῦν, φασίν, ἐπὰν συνελθὼν ὁ δῆμος ἐν τοῖς θεάτροις* [*καθέζηται, καὶ*] *εἰσιών τις ἠμφιεσμένος στολὴν ἔξαλλον, κιθάραν φέρων καὶ ψάλλων, οὕτως λέγῃ, ᾄδων τὰ μεγάλα μυστήρια, οὐκ εἰδὼς ἃ λέγει*, worauf dann nach Anführung der Dichterworte der Nachsatz folgt, *διὰ τούτους καὶ τοὺς τοιούτους λόγους* u. s. w.

Ich komme nun zu den Bruchstücken der Hymnen. Die des ersten Hymnus sind sämmtlich so offenbar unvollständige Stücke heroischer Hexameter, dass daran gar nicht gezweifelt werden kann. Herr Schneidewin vermuthete hier einen Hymnus der höheren Lyrik, dergleichen die pindarischen sind, und bildete deshalb ganz andere Verse. Aber die Metra, die er aufgestellt hat, lassen sich auf keine Weise für alte anerkennen; auch widerspricht der ganze Charakter der Rede, der unabweislich auf epische Poesie hinführt, die bei weitem die gebräuchlichste in Hymnen war. Der Schriftsteller, der diese Bruchstücke erhalten hat, liess weg was nicht zur Sache gehörte, besonders die gewöhnlichen zum
p. 4 Schmucke dienenden Beiwörter, mit denen man leicht die unvollständigen Verse ergänzen kann.

Gleich von vorn herein haben wir drei gleichgestaltete Anfänge heroischer Hexameter:

εἴτε Κρόνου γένος
εἴτε Διὸς μάκαρος
εἴτε Ῥέας μεγάλης.

Die folgenden Worte *χαῖρε τὸ κατηφὲς ἄκουσμα Ῥέας* hat Herr Schneidewin in *χαῖρε τὸ κατηχὲς ἄκουσμα Ῥέας* verändert. Ausser dass der ganz unpoetische Artikel wegfallen musste, wodurch wieder der Anfang eines Hexameters erscheint, wird auch *κατηχές* sich nicht halten lassen. Es wäre ein gar zu seltsamer Ausdruck, den Attis, wegen der lärmenden Instrumente bei den Festen der Rhea, *streperum acroama Rheae* zu nennen. *Κατηφές* ist ganz richtig, aber es ist *ἄκρισμα* zu schreiben. Die Niedergeschlagenheit und

Trauer des Attis über seine Entmannung (und nach Einigen ist er von der Rhea entmannt worden, Luc. p. 251) ist von Catull so stark geschildert, dass sich dies sogleich als das Wahre ergeben muss. Denn *ἀκρίζειν* ist gleichbedeutend mit *ἀκρωτηριάζειν*.

In den Worten *Ἕλληνες σοφίαν* hat Herr Schneidewin richtig den Ophion oder Ophioneus erkannt: aber was bewog ihn einen neuen Namen zu ersinnen und zu verlangen dass Ophion bei dem Dichter *Ὀφίας* geheissen habe? Nicht minder befremdet es, dass er nichts dagegen zu haben versichert, wenn man *Ἕλληνες* für verderbt halten wolle.«

Hiermit bricht der Aufsatz ab. Auf einem Blatte finden sich folgende Versuche die unvollständigen Verse ungefähr herzustellen.

Εἴτε Κρόνου γένος [ἐσσὶ παλαιγενέος πολυβούλου,]
εἴτε Διὸς μάκαρος [, νεφεληγερέταο ἄνακτος,]
εἴτε Ῥέας μεγάλης [τέκος ἔπλεο τυμπανοδούπου,]
χαῖρε κατηφὲς ἄκρισμα Ῥέας [, πολυώνυμε δαῖμον].
Ἄττι, σὲ γὰρ καλέουσι Σύροι τριπόθητον Ἄδωνιν,
. . . . . ὅλη δ' Αἴγυπτος Ὄσιριν
[κλῄζει,] ἐπουράνιον μήνης κέρας . . . .
Ἕλληνες δέ σ' Ὀφίον', ἀτὰρ Σαμοθρᾷκες Ἄδαμον,
ἀλλὰ Φρύγες Κορύβαντα σαβάζιον, ὅν Βιθυνοί
ἄλλοτε μὲν Πάπαν, ποτὲ δ' αὖ νέκυν ἠΐθεόν τε
καὶ θεὸν οἰοπόλον, χλοερὸν στάχυν ἀμηθέντα,
ὃν πολύκαρπος ἔτικτεν ἀμύγδαλος ἀνέρ' ἄκαρπον,
συρικτάν. —

EPIGRAMMATA.

ÜBER ARISTOTELES PEPLOS, HIPPONAX, AGAMESTOR, DAS LOKRISCHE LIED.*)

p. 741 Ihre gründliche untersuchung über den Peplus des Aristoteles [Philol. I. p. 1] ist sehr schön und höchst interessant. Ueber die epigramme aber möchte ich ein strengeres gericht ergehen lassen, und noch mehrere dem Aristoteles absprechen. Ich erlaube mir Ihnen mitzutheilen, was mir bei dem durchlesen eingefallen ist.

1. Dieses ist nicht vom Aristoteles. Er würde nicht den pentameter so geschrieben haben.

3. *σὺ δ᾽* halte ich für das richtige. tu vero. Es zeichnet den Menelaus vor andern menschen aus.

12. Auch diess ist wohl nicht von Aristoteles. Daher kann *ἀνέρα τὸν πολύμητιν* richtig sein.

13. *εὐτυχέες.*

23. Dieses schlechte epigramm ist nicht von Aristoteles. Dieser würde etwa geschrieben haben:

ἐσθλὸν ὑπερθύμοιο Θόαντ᾽ Ἀνδραίμονος υἱὸν
Οἰνεΐδος Γόργης ἧδε κόνις κατέχει.

28. Hier möchte ich weder etwas ändern, noch des Stephanus übersetzung tadeln. Das grabmal trägt bloss den namen, da der mann, weil sein leichnam nicht hier begraben ist, hier auch nicht beklagt worden war.

---

*) Aus einem Briefe G. Hermanns an Schneidewin. Philolog. V (1850) p. 741 ff.

29. Wenn dieses von Aristoteles ist, hiess es wohl *νέρθεν ἐμοῦ.*

30. Auch dieses schlechte epigramm ist nicht von Aristoteles. Der hexameter würde etwas besser so klingen:

υἱος ὅδ᾽ ἐκ Τεγέης Ἀγαπήνωρ᾽ Ἀγκαίοιο.

35. *Καπανῆος τῷδε τέθαπται τύμβῳ.* p. 742

36. *δῶμ᾽ ἔβαν εἰς Ἄϊδος.* Doch ist das epigramm schlecht wegen *Ἤλιδι δίῃ* ohne *ἐν*, da *δμηθέντες* folgt.

37. Das ist ein ganz dummes epigramm, wie nicht nur *δῆμος ἅπας* zeigt, sondern auch dass Talthybius *θεῶν κῆρυξ* heisst. Der verfasser, wohl Tzetzes, machte einfältigen gebrauch von dem Homerischen *κήρυκες Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.*

41. *ὑπ᾽ ὄχθῳ*

48. *Ὀρφῆ᾽ ἐν χώρῳ*

50. Der hexameter scheint schlecht ergänzt zu sein. Er war ursprünglich wohl so geschrieben:

τόξον τηλεβόλον ῥυτῆρα, Λυκάονος υἱόν.

51. Dieses ist ein gutes epigramm, muss aber so geschrieben werden:

πατρὶς μὲν κρύπτει με, Δόλων᾽ Εὐμήδεος υἱόν·
αἴσιμα δ᾽ ἀγγέλλω τοῖς παριοῦσι μαθεῖν.

»ich erinnere die vorübergehenden bescheiden zu sein.«

67. *υἱὸν ἐϋστέφανον.*

Der scholiast des Apollonius zu I. 1212. den Sie in der andern schrift zu anfang erwähnen, kann wohl nicht *Κύαθον ἤτοι τὸν Οἰνέως οἰνοχόον* geschrieben haben, was ganz ungewöhnlich geredet wäre, sondern *Κύαθον τὸν Πύλητος, τὸν Οἰνέως οἰνοχοόν.*

Im Hipponax kann ich mich nicht überzeugen, dass *χρυσὸν ἀργύρου πάλμυν* geschrieben werden könne. Selbst wenn bewiesen werden könnte, dass *ἄργυρος* statt *ἀργύριον* gesagt worden wäre, würde hier, wo *χρυσὸς* daneben steht, nicht geld, sondern nur silber als metall denkbar sein. Noch weniger, wenn man auch alles zugeben wollte, würde der vers mit dem vorhergehenden sich verbinden lassen, indem ein solcher witz ganz unpassend sein würde. Hipponax hat diese verse nicht verbunden geschrieben. Tzetzes führt sie beide an um *πάλμυς* als ein ionisches wort zu beweisen, und hätte zwischen beide ein *καὶ* setzen können. Wer der

in dem zweiten verse angeredete *πάλμυς* ist, wissen wir nicht. Denn selbst wenn man Meinekens conjectur gelten lassen wollte, würde das wiederholte *πάλμυν* abgeschmackt sein. Ganz unzubezweifelnd hat Lobeck richtig vermuthet,

τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἢ ἄργυρον, πάλμυν.

Auch in dem epigramm des Agamestor muss ich Ihnen widersprechen. *Ἐν κονίῃς* würde nach hergebrachtem gebrauch vom staube, nicht von der asche verstanden werden können. Ferner hat der knabe wohl nicht ganz und gar in der asche gelegen. Sodann, wenn er beide lippen sich verbrannt hätte, würde die sache sehr schwerfällig ausgedrückt sein, statt ganz kurz *ἀμφοτέρου χείλεος* zu sagen. Ueberdiess sind die beiden mit einem hiatus zusammenstossenden hälften des pentametros offenbar umgestellt gewesen. Das epigramm wird demnach wohl so gelautet haben:

p. 743 *παιδνῷ δ' οὔνομα θῆκε Πυρίσσοον, ἀλλ' Ἀχιλῆα*
Πηλεὺς κίκλησκεν, νηλεὲς εἵνεκά μιν
κείμενον ἐσχατιῇ σποδιῇ ἔνι πῦρ ἀπάμερσεν
ἀπροφάτως ἑτέρου χείλεος αἰθομένου.

Das Lokrische lied klingt sehr unrhythmisch. Da das meiste kretischen rhythmus hat, so ist wohl das ganze lied in diesem versmaasse geschrieben, was sich so herstellen liesse:

ὢ τί πάσχεις σύ; μή, μὴ προδῷς ἔμ', ἱκετεύω σε, πρὶν καὶ μολὲν
κῆνον· ἀνστᾶθι καὶ μὴ κακὸν μέγα ποιήσῃς με τὰν δειλάκραν.
ἁμέρα δ' ἐστὶ καὶ δή· τὸ φῶς τὸ διὰ τᾶς θυρίδος οὐκ εἰσορᾷς;

EPICHARMEA.*)

Diogenes Laertius III. 10. in primo de quattuor Alcimi p. 739 ad Amyntam libris haec scripta esse ait: *φαίνεται δὲ καὶ Πλάτων πολλὰ τῶν Ἐπιχάρμου λέγων· σκεπτέον δέ, ὁ Πλάτων φησίν, αἰσθητὸν μὲν εἶναι τὸ μηδέποτε ἐν τῷ ποιῷ μηδὲ ποσῷ διάμενον, ἀλλ' ἀεὶ ῥέον καὶ μεταβάλλον, ὡς ἐξ ὧν ἄν τις ἀνέλῃ τὸν ἀριθμόν, τούτων οὔτε ἴσων οὔτε τινῶν οὔτε ποσῶν οὔτε ποιῶν ὄντων· ταῦτα δ' ἐστὶν ὧν ἀεὶ γένεσιν, οὐσία δὲ μηδέποτε πέφυκε· νοητὸν δέ, ἐξ οὗ μηδὲν ἀπογίνεται μηδὲ προσγίνεται· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀϊδίων φύσις, ἣν ὁμοίαν τε καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ συμβέβηκεν εἶναι· καὶ μὴν ὅ γε Ἐπίχαρμος περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ νοητῶν ἐναργῶς εἴρηκεν.* Tum affert undeviginti versus Epicharmi, quos quum quidam, quibus accessit P. P. Dobraeus in Aristophanicis p. (126), non genuinos esse suspicati essent, L. V. Schmidtius in Quaestionibus Epicharmeis, numerorum potissimum comparatione usus, vindicare Epicharmo studuit. Illis in versibus qui duo p. 740 inter se homines colloquuntur, eorum quum unus deos semper et fuisse et eosdem manere dixisset, alter chaos tamen ante deos creatum dici ait, quem refutans is qui prior locutus erat homines numquam eosdem manere, sed perpetuo mutari docet. Nam quod Schmidtio visum est, hunc alterum nunc vices docentis suscipere, quaeque de hominibus dicantur, priori opponere, nequaquam credibile est: immo unum eundemque, sive is Ulixes, alter autem Eumaeus est, sive alii sunt qui haec inter se disputant, necesse est philosophum

*) Philolog. V (1850) p. 739 sq.

esse, qui hominem non supra vulgus sapientem erudire vult. Sed consideremus singula, quorum quaedam sane ambigua videri possunt, alia autem quo vitiosius perscripta sunt, eo plus dubitationis admittunt. Ille igitur doctior haec dicit:

A. ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν χὐπέλιπον οὐ πώποκα,
τάδε δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια διά τε τῶν αὐτῶν ἀεί.

Legebatur *διὰ δέ*. Quia quae praegressa erant non habemus, latet nos quidem, cui sententiae alterius haec opponantur: sed quum deinceps de iis quae perpetuo fluxui obnoxia numquam eadem maneant sermo sit, veri simile est, mentione illius mutabilitatis facta exemptam esse deorum naturam, ut quae semper sibi constet, idque significatum esse altero versu. Ad id iam respondet alter:

B. ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν,

ne deos quidem, si cetera mutabilia sint, excipiendos esse evinci ratus. Quem ut refutet, prior ille dicit:

A. πῶς δέ κα, μὴ ᾿χον γ' ἀπὸ τίνος, μηδέ γ' ὅτι πρᾶ-
τον, μόλοι;

Sic enim scribendus videtur hic versus. Nam sensu caret ipsoque metro vitiatam scripturam prodit, quod legebatur, *πῶς δέ κ' ἀμάχανόν γ' ἀπό τινος μηδὲν ὅ τι πρᾶτον μόλοι.* Negat primum prodire potuisse, quod non habeat unde prodierit. Deinde sic, si quid video, pergebant:

B. οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδέν; A. οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
τῶνδέ γ' ὧν ἁμὲς νὺν ὧδε λέγομες ἂν μόλοι.

Nam si nihil primum prodiit, ne secundum quidem prodire quidquam potuisse consequitur, illorum quidem, de quibus locuti erant, h. e. eorum quibus divina natura constat. Legebatur horum versuum posterior sic scriptus *τῶνδέ γ' ὧν νυν ὧδε λέγωμεν* (vel *λέγων*) *μέλλει τάδ' εἶναι.* Transibat deinde is, qui postrema dixerat, ad res fluxas: quod sic videtur fecisse:

τί δέ;
αἰ ποτ' ἀριθμόν τις περισσόν, αἰ δέ κά τιν' ἄρτιον
ποτθέμεν λῇ ψᾶφον ἢ καὶ τᾶν ὑπαρχοισᾶν λαβεῖν
ἦ δοκεῖ κά τοι τόχ' ωὑτὸς εἶμεν; B. οὐκ ἐμίν γά κα,

Legebatur omisso *αἰ*, ut quod esset pars praegressi *εἶναι*, *ποτ' ἀριθμὸν τὸν περισσόν — αἰ δὲ λῇς τὸν ἄρτιον ποτεθέμεν λῇ ψᾶφον ἢ καὶ τὰν ὑπάρχουσαν λαβεῖν, ἦ δοκεῖ κᾆτοι*
p. 741 *καὶ ὁ αὐτος εἶμεν. οὐκ ἐμὶν τάχα. Τᾶν ὑπαρχοισᾶν* scriben-

dum esse vidit Cobetus in adn. ad or. adit. p. 61. Tum rursus prior:

Α. οὐδὲ μὰν οὐδ' αἴ ποτὶ μέτρον παχυαῖον ποτθέμεν
λῇ τις ἕτερον μᾶκος ἢ τοῦ πρόσθ' ἐόντος ἀποταμεῖν,
ἔτι χ' ὑπάρχοι τῆνο τὸ μέτρον; Β. οὐ γάρ.

Legebatur *παχὺ ἐόν*, correxit Casaubonus, et *ἕτερον στερρὸν μᾶκος* et *κεῖνο*. Iam concludebat prior:

ὧδε νῦν ὅρη
καὶ τὸς ἀνθρώπως· ὃ μὲν γὰρ αὔξεθ', ὃ δέ γ' ἁμῶν φθίνει,
ἐν μεταλλαγᾷ δὲ πάντες ἐντὶ πάντα τὸν χρόνον.
ὃ δὲ μεταλλάσσει κατὰ φύσιν κοὔποκ' ἐν ταὐτῷ μένει,
ἕτερον εἴη κ' αὐτό γ' ἤδη τοῦ παρεξεστακότος.
καὶ τὺ δὴ κἠγὼ χθὲς ἄλλοι καὶ νῦν ἄλλοι τελέθομες,
καὖθις ἄλλοι κοὔποχ' ωὑτοὶ δῆλον ὅτι καττὸν λόγον.

Legebatur *ὁ δέ γα μάν*, quae particulae consociari non possunt. Deinde *καὐτὸ δὴ τοῦ παρεξεστακότος*. In ultimo versu addidi *δῆλον ὅτι*. —

THUCYDIDEA.*)

p. 367 Thucydidem brevitatis studio multa ausum esse insolentius dicere iam ab antiquis est observatum. Apertum est tamen in ea re modum quemdam tenendum fuisse, ut nec temere et sine caussa quaereretur obscuritas, nec soloeca aut perversa fieret oratio. Contra non minus vituperandus esset scriptor, si consueta brevitate ita excideret, ut inutilia planeque ad rem non pertinentia insereret. Quod si neutrum a viro tam prudenter cogitateque scribente admissum esse credibile est, non videtur dubitari posse quin utroque in genere aliquid vel mendae vel erroris lateat. Sed quum Thucydidis liber aliquanto minus mendosus quam aliorum Graecorum scripta ad nos pervenerit, religioni sibi duxisse videntur plerique qui eum tractarunt corrigere quae aut perperam dicta aut ab usu scriptoris aliena deprehenderent, obscuritatis vel licentiae praetextu excusanda rati etiam quae defendi nequeunt. Liberiore iudicio in his rebus novissime duo egregii viri usi sunt, Fr. Haasius in Lucubrationibus Thucydidiis et Franc. Volg. Ullricus in symbolis ad interpretationem Thucydidis, quoniam alter non pauca acute emendavit, alter autem non omnia continenter a Thucydide scripta esse ostendit, cui rei illud quoque fidem facit, quod ultimum librum filia Thucydidis composuisse dicta est. Haec consideranti facile suspicari licebit, alia ab librariis, et quaedam fortasse antiquissimo tempore, peccata esse; alia, ut in scriptore difficili, explicandi caussa esse adiecta; alia denique ipsum Thucydidem, si vita suppetisset, mutaturum fuisse.

*) Philolog. I. (1846) p. 367 sq.

Promam quaedam horum, quae indicavi, maximeque ex libro primo. In eo vehementer laboratum est cap. 2. in his verbis: *τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διὰ τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι. ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι ὡς βέβαιον ὂν ἀνεχώρουν, καὶ πολῖται γενόμενοι εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν.* Apertum est, his verbis, *διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι,* nihil aliud significari posse, quam ce- p. 368
teras partes Graeciae non aeque ut Atticam per migrationes crevisse. Ac recte sane hanc sententiam restituerunt, qui *ἐς* praepositionem deleverunt, in quibus etiam Haasius est p. 115. At unde istud *ἐς*? sine quo cum planissima sit sententia, quem tandem putabimus adiecisse vocem, cuius accessio faceret ut ne intelligi quidem verba possent? Nimirum quod codices habent *διὰ τὰς μετοικίας* vel *διὰ τὰς ἀποικίας,* aut explicationi interpretum aut librariorum errori debetur, cum Thucydides scripsisset *διὰ τὰς ἐσοικίας τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι,* quae scriptura inter versus adnotata non est suo loco recepta. Non est quidem aliunde illud vocabulum notum: sed multa novavit vocabula Thucydides, (exempla quaerenti praebebit Lobeckius ad Phrynichum p. 351.) nec quidquam caussae est, cur, cum *ἐσοικίζειν* et *ἐσοικίζεσθαι* in usu fuerint, de quibus videndi Hemsterhusius in Misc. obss. VI. p. 346. et Valckenarius ad fragmenta Callimachi p. 270, non etiam *ἐσοικία* dici potuerit. Quin ut *ἐσοικίας* quam aut *μετοικίας* aut *ἀποικίας* scribere mallet Thucydides, res ipsa eum videtur movisse: nam istis in vocabulis commigrandi quidem notio inest, non autem, id quod hic dici debuit, etiam manendi in eo loco, in quem quis se contulerit.

C. 26. legitur: *οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν. ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες, προσκαθεζόμενοι δὲ τὴν πόλιν προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι· εἰ δὲ μή, ὡς πολεμίοις χρήσεσθαι.* In his cum non solum sermonis lex et ratio *ἀλλὰ* ad *οὐδὲν* referri et *στρατεύουσιν* de Epidamniis dictum esse postulet, scholiastesque veram interpretationem *καὶ ἐκστρατεύουσι κατ'*

αὐτῶν monstret, sed etiam res ipsa illam sententiam flagitet, ad Euripidis Oresten v. 632. incidendum esse post *ἐπ' αὐτούς*, addendumque *δὲ* ante *Κερκυραῖοι* dixi: sed debebam etiam removere illud *δέ*, quod post *προσκαθεζόμενοι* est, ut sic procederet oratio: *οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν, ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτούς. οἱ δὲ Κερκυραῖοι τεσσαράκοντα ναυσὶ μετὰ τῶν φυγάδων ὡς κατάξοντες προσκαθεζόμενοι τὴν πόλιν, προεῖπον Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους ἀπαθεῖς ἀπιέναι.*

C. 38. vulgo non male legitur: *οὐδ' ἐπιστρατεύοιμεν εὐπρεπῶς, μὴ καὶ διαφερόντως τι ἀδικούμενοι.* Sed cum codices *ἐπιστρατεύομεν* et *ἐκπρεπῶς*, quod hic quidem ineptum est, habeant, recte videtur Schneiderus in lexico *διαφερόντως* ut interpretationem eiiciendum, in eius locum autem *ἐκπρεπῶς* transferendum indicasse.

C. 39. Corinthii apud Athenienses ita de Corcyraeis censent: *οὓς χρῆν ὅτε ἀσφαλέστατοι ἦσαν, τότε προσιέναι, καὶ μὴ ἐν ᾧ ἡμεῖς μὲν ἠδικήμεθα, οὗτοι δὲ κινδυνεύουσι, μηδ' ἐν ᾧ ὑμεῖς τῆς τε δυνάμεως αὐτῶν τότε οὐ μεταλαβόντες τῆς ὠφελείας νῦν μεταδώσετε, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων*
p. 369 *ἀπογενόμενοι τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε, πάλαι δὲ κοινώσαντας τὴν δύναμιν κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν, ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχως οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ κοινωνεῖν.* Haec quae post *κοινὰ καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἔχειν* scripta sunt, non inveniuntur in optimis codicibus. Quae tamen cum non videantur interpretis sermonem prodere, assentior ego illis, qui servanda iudicarunt, putoque ab antiquo vel librario vel critico propterea eiecta esse, quod sic, uti scripta erant, necessario de Corcyraeis, non, de quibus debebant, de Atheniensibus dicta essent. At id factum erat errore, quo verbum exciderat. Sic enim videtur scripsisse Thucydides: *ἐγκλημάτων δὲ μόνων ἀμετόχως οὕτω τῶν μετὰ τὰς πράξεις τούτων μὴ βούλεσθε κοινωνεῖν.*

C. 57. de Atheniensibus scriptum est: *ἔτυχον γὰρ τριάκοντα ναῦς ἀποστέλλοντες καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπὶ τὴν γῆν αὐτοῦ Ἀρχεστράτου μετ' ἄλλων δέκα στρατηγοῦντος.* Iure miratur C. G. Krügerus, qui nunc Thucydidem brevibus quidem, sed consideratissime scriptis adnotationibus instructum edit, insolentem undecim, atque adeo, cum alii quinque cap. 61. accedant, sedecim praetorum numerum, unde *δ* po-

situm fuisse censet: in quo ei Poppo est assensus, qui an manserit in ea sententia nescio, quoniam nova eius editio mihi non ad manum est. At ne illud quidem verum videtur quia qui cap. 64. his adiungitur Phormio, undecimus futurus esset. Itaque *μετ' ἄλλων δύο* scribendum erit.

In perantiquis vitiis numerem quod cap. 75. legitur, *πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι.* Nam quis non cum Krügero deletum vellet *κινδύνων*, si origo tam inutilis additamenti ostenderetur? Verum etiam deleto isto vocabulo ineptum est *εὖ*. Multo rectius eadem sententia VI. 83. sic enuntiata est: *πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὴν προσήκουσαν σωτηρίαν ἐκπορίζεσθαι.* Egregie vero rem perspexit C. Sintenis, qui hanc mecum communicavit emendationem: *πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδυνεύουσι θέσθαι.* Ex his quo modo nasci potuerit quod in libris est, facile quivis videat. Significat autem *τὰ ξυμφέροντα θέσθαι* adornare quae sibi utilia sint: ut inepte adiungeretur *εὖ*. Qui multa de isto *εὖ τίθεσθαι* attulit, Hemsterhusius ad Luciani Necyomant. 21. T. 1. p. 485. omissi interdum *εὖ* exemplum affert ex Thucyd. I. 25. *ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθαι τὸ παρόν*, sumptum inde a Procopio. Non meminerat horum Lobeckius in Paralip. p. 165. ubi de omisso *εὖ* disputat. Ac ne in ista quidem dicendi forma temere omittitur, sed ibi, ubi non de bene adornandis rebus, sed simpliciter de componendis prouti fieri potest sermo est, ut in ipso illo Thucydidis loco I. 25. et cum *τὰ πράγματα τίθεσθαι* dicunt, de quo genere loquendi dixit Toupius ad Suidam v. *τίθεσθαι.* Quare vereor ne Porsonus ad Phoenissas v. 1422. superbius vituperaverit Hemsterhusium, qui in his Sophoclis versibus apud Stobaeum CVIII. 51.

στέργειν δὲ τἀμπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει p. 370
σοφὸν κυβευτήν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην,

corruptum verbum *τἀμπεσόντα* (sic enim vulgatum erat) intactum reliquisset, sanum autem *καὶ* corrupisset in *κεὖ*: nam *καὶ* cum *εὖ* numquam nisi in compositis crasin facere, neque cum *ἀεί*. Etsi enim codex A et editio Trincavelli recte *τἀκπεσόντα* servarunt, tamen sententia in Hemsterhusii scriptura bona est, nec vitio ei verti debebat admissa crasis quae exemplo careret. Laudanda sane est diligentia Porsoni

in notandis huiusmodi rebus, sed nisi ratio reddi potest, dubitare licebit, mirarine magis singularem fortunae lusum oporteat, qui nulla istarum crasium nobis exempla reliquerit, an credere non factum esse quod cur vitatum sit non appareat. In Sophoclis quidem versibus non aliter puto *καὶ θέσθαι* defendi posse quam ut illud quoque verbum pariter ac *μὴ στένειν* ad *τύχην* referatur. Plane eadem copiosius dixit Plato de rep. X. p. 604. C. *τίνι, ἦ δ' ὅς, λέγεις; τῷ βουλεύεσθαι, ἦν δ' ἐγώ, περὶ τὸ γεγονὸς καὶ ὥςπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστ' ἂν ἔχειν, ἀλλὰ μὴ προςπταίσαντας, καθάπερ παῖδας, ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν, ἀλλ' ἀεὶ ἐθίζειν τὴν ψυχὴν ὅτι τάχιστα γίγνεσθαι πρὸς τὸ ἰᾶσθαί τε καὶ ἐπανορθοῦν τὸ πεσόν τε καὶ νοσῆσαν, ἰατρικῇ θρηνῳδίαν ἀφανίζοντα.*

Inexplicabile visum est, quod V. 53. legitur *βοταμίων*. Correcta in qua peccatum erat littera prodibit vox Dorica, aliunde quidem non cognita, sed ab re sibi fidem faciens: *τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους Ἐπιδαυρίοις καὶ Ἀργείοις πόλεμος ἐγένετο, προφάσει μὲν περὶ τοῦ θύματος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθαέως, ὃ δέον ἀπαγαγεῖν οὐκ ἀπέπεμπον ὑπὲρ βωταμίων Ἐπιδαύριοι· κυριώτατοι δὲ τοῦ ἱεροῦ ἦσαν Ἀργεῖοι.* Neglexerant Epidaurii victimam mittere pro conservando sibi iure communium sacrorum. Eadem ratio intercedebat inter Asinaeos et Hermionenses, ut in Corp. Inscr. p. 593. docet inscriptio 1193.

In eodem libro c. 85. haec leguntur: *ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα ἐςάπαξ ἀκούσαντες ἡμῶν ἀπατηθῶσι, (γιγνώσκομεν γὰρ ὅτι τοῦτο φρονεῖ ἡμῶν ἡ ἐς τοὺς ὀλίγους ἀγωγή) ὑμεῖς οἱ καθήμενοι ἔτι ἀσφαλέστερον ποιήσατε· καθ' ἕκαστον γὰρ καὶ μηδ' ὑμεῖς ἑνὶ λόγῳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δοκοῦν ἐπιτηδείως λέγεσθαι εὐθὺς ὑπολαμβάνοντες, κρίνετε.* Potuisse ita scribi contendenti cedamus necesse est: sed aegre, opinor, credat quis non scripsisse Thucydidem: *ὑμεῖς οἱ καθήμενοι, ὃ ἔτι ἀσφαλέστερον, ποιήσατε.*

Contra cap. 90. cum libri veram scripturam *ἦ μὲν δὴ* praeberent, (nam *ἦ* et *ἡ* vix pro diversitate est) sola interpunctionis mutatione opus erat: *ἦ μὲν δὴ νομίζομέν γε, χρήσιμον (ἀνάγκη γάρ, ἐπειδὴ ὑμεῖς οὕτω παρὰ τὸ δίκαιον τὸ*

ξυμφέρον λέγειν ὑπέθεσθε) μὴ καταλύειν ὑμᾶς τὸ κοινὸν ἀγαθόν, ἀλλὰ τῷ ἀεὶ ἐν κινδύνῳ γιγνομένῳ εἶναι τὰ εἰκότα, p. 371 *καί τι καὶ ἐντὸς τοῦ ἀκριβοῦς πείσοντά τινα ὠφεληθῆναι.* Interpretis est quod post *τὰ εἰκότα* insertum erat *δίκαια* vel *καὶ δίκαια,* cuiusmodi explicationes non paucae in Thucydidis historia inveniuntur. Quarum de quibusdam ambigi potest, ut I. 10. ubi de Homero est: *αὐτερέται δὲ ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάντες ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσὶ δεδήλωκε. [τοξότας γὰρ πάντας πεποίηκε τοὺς προςκώπους]* et I. 13. ubi de Corinthiis: *χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται· [ἀφνειὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον].* Nam etsi nihil impediebat addi quae uncinis separavi, tamen ita cognitum esse sciebat popularibus suis Homerum, ut carere istis adnotationibus possent.

Cum fere quam potest brevissime scribat, nec iam dicta soleat repetere, rectius se habebit seclusis quae repetita sunt in his I. 11. ubi non omnem Graecorum exercitum semper ad Troiam sedisse docet: *αἴτιον δ' ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦτον ὅσον ἡ ἀχρηματία. τῆς γὰρ τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύσειν, ἐπειδή τε ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, (δῆλον δέ· τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατῷ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο) φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι, ἀλλὰ πρὸς γεωργίαν τῆς Χερσονήσου τραπόμενοι καὶ λῃστείαν τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ. ᾗ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον βίᾳ, τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις ἀντίπαλοι ὄντες. περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς καὶ ὄντες ἀθρόοι ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες, [εἷλον· οἵ γε καὶ οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρόντι ἀντεῖχον] πολιορκίᾳ δ' ἂν προςκαθεζόμενοι ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον.* Memorabile est quod de munitione castrorum dicit. Nam cum fere Homerum sequatur, quis eum non aut illum murum, de quo apud Homerum est, dicere, aut, si alium, id indicaturum fuisse credat? ut dubitari possit, an in sua Iliade aliquid de aedificatione muri legerit. Scholiastes rem coniectura expedit: *ἔρυμα λέγει νῦν οὐχ ὅπερ ἐν τῇ η' λέγει Ὅμηρος γενέσθαι, ἀλλὰ πρότερον μικρότερον διὰ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομάς.* Potest id tamen verum esse, quando etiam Chersonesi mentio ex scriptore cyclico sumpta videtur. Sic enim de Diomede

Scholia stes ad Iliad. V. 2. *ἔκδηλος δέ, ὅτι ἐπεσκοτεῖτο ὑπὸ τῆς Ἀχιλλέως ἀρετῆς, ἢ ὅτι πρώην* (sic, non *πρώτην* scribendum) *ἐγεώργει τὴν Θράκην*. Eustathius p. 512, 18. *ἢ καὶ διότι ἐν τῷ φθάσαντι χρόνῳ τὴν Θράκην ἐγεώργει, ὥς τινες ἱστοροῦσι, καὶ οὐκ ἦν ἐμφιλοχωρῶν τῷ πολέμῳ.*

Suspectum est etiam I. 15. incertae sedis verbum *ἦσαν*, quo facile caremus in his: *κατὰ γῆν δὲ πόλεμος, ὅθεν τις καὶ δύναμις παρεγένετο, οὐδεὶς ξυνέστη, πάντες δέ, [ἦσαν] ὅσοι καὶ ἐγένοντο, πρὸς ὁμόρους τοὺς σφετέρους ἑκάστοις.* Eodem modo plurimi codices c. 19. recte omittunt *ἦρχον*. Cap. 47. autem nolim omitti *ἐν τῇ ἠπείρῳ*, quae verba Krügero su-
p. 372 specta sunt: *ἦσαν δὲ τοῖς Κορινθίοις ἐν τῇ ἠπείρῳ πολλοὶ τῶν βαρβάρων παραβεβοηθηκότες. οἱ δὲ ταύτῃ ἠπειρῶται ἀεί ποτε αὐτοῖς φίλοι εἰσίν.* Videntur enim addita esse, ne quis putaret navibus auxilium tulisse illos continentis incolas. Illud vero lubenter concedam Krügero, c. 54, 4. *ἔστησαν τροπαῖον* adiectum esse ab interpretibus. Idem recte iudicare videtur, *καί*, quod I. 72. ante *ὡς ᾔσθοντο* legitur, deleri debere: quamquam id non prorsus abiiciendum, sed ante *πρότερον* ponendum puto: *τῶν δὲ Ἀθηναίων ἔτυχε γὰρ πρεσβεία καὶ πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, ὡς ᾔσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι.*

Sed haec levia sunt. Multo insigniora, nisi fallor, additamenta alienae manus habemus III. 104. Nam neque hoc satis dignum videtur Thucydide, quod de catena narratur, qua Polycrates Rheneam Delo alligaverit, multo minus autem credam post illa verba aliud quam hoc scriptum fuisse: *καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ Δήλια. ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε καὶ περικτιόνων νησιωτῶν· ξύν τε γὰρ γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐθεώρουν, ὥσπερ νῦν ἐς τὰ Ἐφέσια Ἴωνες, καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός, χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον, τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας [καὶ] τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν, ὡς εἰκός, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.* Nam omnis illa quae his inserta est certaminis musici descriptio, testimoniis instructa ex Homerico hymno depromptis, tantopere abhorret

a consuetudine Thucydidis, non amantis, quae satis explicate dixerat, sine ulla caussa uberius exponere, testiumque non commemoratione, sed ipsis eorum verbis, iisque multis, confirmare, ut non dubitem quin ea sit alicuius interpretis docta adnotatio, id quod ipsae etiam versuum poetae fluctuantes scripturae videntur prodere. Ut igitur tertii libri caput 84. iam ab antiquioribus criticis non esse Thucydidis iudicatum est, ita ei hoc ex alio genere scribendi accedat.

ATTIUS.

DE L. ATTII LIBRIS DIDASCALICON.*)

p. 3 Io. Nicolaum Madvigium in ea dissertatione, quam de L. Attii poetae Didascalicis scripsit, quae est in eius Opusculis p. 87. seqq. ita existimare video, fuisse istos Didascalicon libros prosa oratione conscriptos. Id quum argumenti ratione exemplisque Graecorum, quos imitatus sit Attius, tum apertissime fragmentis libri noni confirmari putat. Ego quidem, quamquam haec veri similia esse intelligo, tamen an vera sint dubito vehementer. Nam quod ad argumentum istorum attinet librorum, fateor quidem convenientius pedestri sermoni quam poesi esse: sed tamen eiusdem poetae libros pragmaticos, quos in simili argumento versatos esse censet Madvigius, ipse concedit versibus scriptos fuisse, affertque haec eorum fragmenta: apud Nonium in *perperos* p. 150.

Ét eo plectuntúr poetae quám suo vitio saépius,
Aút ductabilitáte nimia véstra aut perperitúdine.

Sic hi versus scribendi sunt, addito in alterius principio *aut:* nam quod vir doctissimus putabat, *ductabilitate* tertia syllaba producta dictum esse, non debebat ei in mentem venire. Apud eundem Nonium ibidem:

describere in theatro pérperos
Pópularis.

---

*) Edita est a. 1841.

Et in *ponderitatem* p. 156. quod ex probabili emendatione Madvigii sic scriptum

et cúncta fieri cétera
Ímbecilla ob pónderitatem grávitatemque nóminis.

Apud Nonium *hominis* legitur et *non quod* pro *ob*. Denique apud Gellium XX. 3. de sicinnistis,

nebuloso nómine.

Alia quoque eiusdem poetae scripta, quorum inscriptiones alienissimae a poesi sunt, versibus videntur scripta fuisse. Nominavit Parerga Madvigius, mentionem faciens fragmenti corruptissimi, quod apud Nonium in *porcas* p. 65. servatum sit, sed non adscripsit verba, quae Nonius ex libro primo sic scripta affert: *bene proscissas cossigerare ordine porcas, bidenti ferro rectas dereuere.* In vetustioribus editionibus legitur *bene prosi salcos sigerare.* Videntur haec numeris trochaicis sic scribenda esse: p. 4

béne proscissos súlcos signare órdine,
Et porcas bidénti sulco réctas deruere.

Nec quod ex Plinio affert Madvigius aliis crediderim numeris fuisse, qui in H. N. XVIII. 55, 200. sic scribit: *adiecit iis Attius in Praxidico, ut sereretur, quum luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario.* Sponte enim se talis scriptura offert:

sérere, quum est
Lúna in Arieté, Geminis, Leóne, Libra, Aquário.

Adscribuntur Attio etiam Annales, qui scripti fuerunt versibus heroicis. Quid igitur, si ne Didascalica quidem prosam orationem habuerunt? Certe quod Cicero in Bruto posuit c. 18, 72. *Attius autem a Q. Maximo quintum consule captum Tarento scripsit Livium annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis invenimus*, et c. 64, 229. *Attius iisdem aedilibus ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset*, etsi tam diligens notatio annorum sane aliena a poesi est, tamen non habet quo non potuerit inseri carmini non magni spiritus, atque, ut videtur, si metrum demas, vix a prosa oratione diverso. Neque vero obstant haec apud Gellium III. 3. quae ex Didascalicis sumpta putantur: *M. autem Varro in libro de comoediis Plautinis primo Attii verba haec ponit: nam nec Gemini nec Leones nec Condalium nec Anus*

Plauti nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, neque adeo Ἄγροικος neque Commorientes, sed M. Aquilii: in quibus praeter vitiosa verba *Gemini nec Leones*, quibus Lenones geminos, quae fabula Plauto tribuebatur, dici intellexerunt interpretes, etiam M. Aquilii nomen positum est ab iis, qui paullo ante in isto Gellii capite legissent Boeotiam Aquilii
p. 5 esse dici. Libri enim in ipsis Attii verbis *actu* et *M. Hatrutici* et *M. Accii Titi* habent: apud Varronem autem de L. L. VI. p. 266. ed. Speng. (p. 110. ed. Müll.) legitur: *accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Alii esse dicunt.* Id fuerunt qui *M. Attilii* scribendum putarent, quem Vulcatius Sedigitus apud Gellium XV. 24. in poetis comicis numerat. Alii praetulerunt Gellio auctore Aquilium. Quae omnia quum incertissima sint, ignotique poetae nomen latere videatur, suspicari certe licebit Varronem scripsisse: *quam comoediam M. Titi esse dicunt.* Quod si fuit aliquis illo tempore Titius, qui comoedias scriberet, facile Attii versus sic poterunt restitui:

Námque nec Gemini lenones, néc Condalium, nón Anus
Plaúti, nec Bis cómpressa aut Boeótia eius umquám fuit,
Néque adeo Agroecús, neque Commoriéntes, sed Marci Titi.

Videamus vero fragmenta quae distincte ex Didascalicis afferuntur. Et quod ex libro primo excerpsit Nonius in *mactare* p. 341. ut positura verborum poeticam orationem prodit sic plane praebet numeros trochaicos:

sapientiaéque invictae grátia
Atque honoris pátera Nestorém mactavit aúrea.

Alterum ex eodem libro apud eundem grammaticum in *inimiciter* p. 514. ut eosdem numeros habere ostendam, addam *se* et *ait:*

sé placare hostém ferocem inimiciterque accénsum ait.

Item tertium, si additur *que* apud Priscianum VI. p. 709. (vol. I. p. 264. ed. Krehl.)

fálsidica, audax, gnáti mater péssimi,
Ódibilis, natúraque impos, éxcors et fera.

Ab his valde discrepat, quod Gellius scribit III. 11. *Attius autem in primo Didascalicon levibus admodum argumentis utitur, per quae ostendit Hesiodum natu priorem. Quod Homerus, inquit, quum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit: quam rem procul,*

inquit, dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum videret. De Cyclope itidem, inquit, vel maxime quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus invulgatum esset. Non miror, quod his potissimum verbis adductus est Madvigius, ut prosa oratione hos libros ab Attio scriptos putaret. Me quidem haec non magnopere movent. Non enim hoc verbum *inquit*, quo usus est Gellius, indicio est ipsa eum verba Attii rettulisse. Usurpat enim hoc verbum etiam ubi suis verbis in afferendis scriptorum sententiis utitur: sic I. 3. saepius, et III. 5. VI. 1. 2. atque aliis locis. Quin ne opus quidem est ut eum quae ab Attio dicta esse scripsit non ipsis propemodum Attii verbis enuntiasse credamus, quum sponte se offerre videantur numeri trochaici:

Achillem quum in principio cárminis
Pélei esse dixit, non quis ésset Peleus áddidit:
Quód procul dubió dixisset, nisi id *ab Hesiodo* satis
Iám dictum vidéret.
Dé Cyclope itidém vel maximé quod unoculús fuit,
Rém tam insignem haud praéterisset, nisi prioris aéquiter
Hésiodi carminibus vulgatum ésset.

Porro apud Nonium ex secundo libro in *redhostit* p. 165. quod vitiose scriptum est, *ut dum velint brevitatem consequi verborum, aliter ac sit relatum redhostire sponsum*, ubi edd. Iunianae *ac sit* omittunt emendandum videtur hoc modo:

ut, dum velint brevitatem cónsequi
Vérborum, aliter, ác relatam résponsum est, redhóstiant.

Eam loquendi formam ex Cicerone affert Nonius in *relatum* p. 380. *videbimus, quum legati responsa rettulerint.* Nec certum prosae orationis signum praebent ex eodem libro allata ab Nonio verba in *temerius* p. 178. *sed Euripides qui choros temerius in fabulis:* quae quis ausit contendere non sic scripta fuisse:

sed enim Eurípides,
Qui choros temérius in suis fábulis?

Non magis refragabitur octavi libri fragmentum servatum ab Nonio in *balteus*, quod non exstat in editionibus vetustissimis, p. 7
p. 194. *auctoribus manuleos, baltea, machaeras*, si sic scribetur:

actoribús manuleas, báltea,
Ét machaeras.

Manuleas Schellero auctore scribendum monuit Madvigius:

sed quod idem in exemplari Universitatis Havniensis adscriptum ait, *ductoribus*, ei argumentum Attii librorum monet ut praeferamus, quod in edd. Iunianis est, *actoribus*. Suspectum habeo ex nono libro testimonium Charisii p. 114. Attium in illis numerantis qui *poematorum* dixerint: *nam quam varia sint genera poematorum, Baebi, quamque longe distincta ab aliis, nosce:* in quibus quod Madvigius scribendum coniecit, *alia ab aliis*, confirmavit codex MS. Nam si non *poematorum*, sed *poematum* scripsit Attius, solo *sint* transposito habemus numeros trochaicos. Si scripsit autem *poematorum*, sic ordinanda erunt verba:

nam quám poematórum varia génera sint,
Baébi, quamque lónge distincta ália ab aliis nósce nunc.

Nec repugnant haec apud eumdem Charisium p. 195. ex eodem libro, *vectigalia legerant vestra et servantur statim*, siquidem sic scribenda videntur:

vectigália
Légerant vestra ét servabantúr statim.

Postremum fragmentum Didascalicon ex eodem libro petitum servavit Priscianus p. 603.

magnificissimi
Éxcelsissimique honore,

cuius varias in codicibus depravationes adnotavit Krehlius p. 112. et in addendis vol. II. p. 315.

Haec si non sine probabilitate disputasse videbor, tantum abest ut prosa oratione quidquam ab Áttio scriptum fuisse evinci possit, ut etiam Didascalicorum libros scripsisse putandus sit versibus, eosque trochaicis totos, quoniam nullum alius metri certum vestigium apparet.

HORATIUS.

DE HORATII PRIMO CARMINE DISSERTATIO.*)

Credendi uberrimus fons perpetua iteratio est, nec quid- p. 5
quam tam falsum aut absurdam invenias, quod semper et ubique auditum non verum esse credatur, praesertim ab iis quorum mentes vel per aetatem vel per sexum vel per vitae genus ad cogitandum imbecillae sunt. Accidit vero etiam litteratis hominibus, ut ea quibus a puerili aetate adsueverunt omni erroris suspicione exclusa pro veris habeant. Insigne exemplum praebent carmina Horatii, quae omni tempore lectitata explicamus, laudamus, admiramur tanta credulitate, ut etiam ad claram lucem caecutiamus. Coepit tamen soporem istum excutere vir acuti iudicii, P. Hofman Peerlkamp, quamquam ille mea sententia nunc longius quam par erat, nunc non eo usque quo oportebat progressus. Reliquit sane Vettius Agorius Mavortius, qui se Horatii carmina ut potuerit emendasse scripsit, vitia non pauca. Nam quod I. C. Orellio dixit F. A. Wolfius, duodecim fere nodos in illis carminibus relictos esse, more ille suo fecit, admirationem audientis excitaturus. Sic eum saepius audivi, si de novis libris sermo esset, certum numerum, octo paginas, sedecim versus bonos, cetera nihili esse dicere. Sed illius Mavortii operam non magni momenti esse facile assentior Peerlkampio. Itaque etsi de genuina scriptura saepe incerti sumus, tamen, si integri versus strophaeque suppositae sunt, ut illa in undecimo tertii

---

*) Edita est a. 1842.

libri carmine, de qua egregie disputavit F. Naekius, ante Mavortium factas esse istas interpolationes necesse est. Ad eas indagandas, ubi non res, verba, metra indicium faciunt, non alia habemus vestigia, quam quae ingenium, ars, consuetudo Horatii suppeditant. Nam siquid eiusmodi est, ut indignum iudicandum sit poeta tali, qualem Horatium fuisse videmus, in quo et cultissimus sensus venusti et acutissimum recti aptique iudicium erat, confitendum est id aut non esse ab eo scriptum, aut certe scribi non debuisse. Id ostendam in eo carmine, quod totius voluminis primum est. Eo Horatius idem quod etiam aliis carminibus exposuit, se, quum alii aliis rebus studeant, poesi delectari. Nam qui v. 29. scribendum censuerunt *te doctarum ederae praemia frontium dis miscent superis*, fecerunt ut carmen per se non optimum pessimum fieret, diceretque poeta: alii aliis rebus gaudent: tu, Maecenas, magnus poeta es, ego parvus: quod si tu me probas, credam me ad sidera extolli. In quibus ne distributio quidem atque distinctio sententiarum iusta est. Deest enim quod priori carminis parti opponi debebat hoc: nos ambo poesin sequimur: quo deinde distingui magnus et parvus poeta possent. Et tamen ne adiecta quidem illa sententia
p. 7 bonum carmen evaderet. Inutilis enim atque inepta esset tota prior pars carminis. Nam si sese ad Maecenatem comparare voluisset Horatius, non illorum studia, qui alias res tractarent, enumerasset, sed laudasset Maecenatem ut magnum poetam, a quo si et ipse poetae nomine dignus iudicaretur, sublimi se vertice sidera feriturum dixisset. Defendit tamen istud *te* longa dissertatione F. A. Wolfius in Analectis litterariis: quam quum ad me misisset prius quam totus liber impressus erat, quaesivissetque quid de ea re censerem, credere me respondi eum imponere philologis voluisse, quo eos derideret, si aculeorum suorum metu obsequiosos inveniret. Negabat tamen, et serio se illa scripsisse affirmabat. Factum est, quod praevideram. Fuerunt enim, qui desiperent, ne viderentur desipere: sed non vicit iste error, mansitque quod Horatius scripserat *me*. Atque id geminari etiam, ubi cum aliquo animi motu distinctio facienda esset, lex et mos poesis postulabat. Sic in eadem sententia I. 31, 15. scriptum est: *me pascunt olivae, me cichorea levesque malvae*. At ne sic quidem est quod magnopere laudemus

hoc carmen. Habet enim longa illa enumeratio rerum earum quibus gaudere homines-soleant aliquid molesti: quae quamvis singula pulcre exornata sint, tamen lectorem nimis diu suspensum tenent usque dum cur illa percenseantur cognoscat. Sed haec quidem consuetudo est Horatii, ita ut illa cumulatione exemplorum etiam delectatus videatur, ut II. 13. 14. et magis etiam I. 7. cuius carminis quoniam mentionem feci, non inutile fuerit pauca adiecisse de his versibus:

sunt quibus unum opus est intactae Palladis urbem
carmine perpetuo celebrare et
undique decerptam fronti praeponere olivam;
plurimus in Iunonis honorem
aptum dicet equis Argos ditesque Mycenas;
me nec tam patiens Lacedaemon,
nec tam Larissae percussit campus opimae,
quam domus Albuneae resonantis,
et praeceps Anio ac Tiburni lucus et uda
mobilibus pomaria rivis.

In his quod scriptum est *plurimus* singulari numero pro plurali dictum volunt. At nec Latinorum nec Graecorum quisquam *multus plurimus*, *πολύς*, *πλεῖστος*, ita aut dixit aut dicere potuit, ea caussa, quod qui non addito aliquo substan- p. 8
tivo multus dicitur, non potest nisi idem multiplicatus intelligi, hoc est aliquid vel saepe numero, vel simul in multis rebus faciens. Ergo *plurimus Argos dicet* est saepissime dicet Argos: quod patet nihili esse, nisi addatur quis saepissime Argos sit dicturus. Afferunt quidem qui multum pro multis dixerit Lucanum III. 707. *multus sua vulnera puppi affixit moriens.* At ibi *moriens* participium pro substantivo est, cui adiectivum additum est *multus.* Nam multus moriens, multus miles et similia recte dicuntur, quia sic morientis aut militis conditio multiplicata significatur, quae non potest aliter quam in multis qui morientes aut milites sint cogitari. Praeterea etiam si posset istud *plurimus* multos comprehendere, quid est quod illi multi Argos et Mycenas non quod iis placeant illae urbes, sed in honorem Iunonis celebrare dicantur? Immo apertum est distingui eos qui Iunonis urbibus gaudeant ab illis qui Palladis urbem laudent, ut exspectetur *pronior in Iunonis honorem.* At recte se habet *plurimus*, sed scribendum est *plurimus in Iunonis honore*, h. e. qui multus est in

Iunone honoranda. Quam emendationem quum ante me fecerit Peerlkampius, permirum est quod eam Orellius non animadvertit plane necessariam esse, exempla requirens locutionis, quae non opus habet exemplis. Assentior autem ego Peerlkampio in eo quoque, quod illa verba, *carmine perpetuo celebrare et undique decerptam fronti praeponere olivam*, ut explicandi caussa addita, ab Horatio abiudicavit, restituta genuina scriptura:

sunt quibus unum opus est intactae Palladis arces.

Quod si quis obiiciat, quod sic una stropha non integra sit, praesto est quod respondeatur. Tam enim ex abrupto adiecta sunt quae post illos quos posui versus sequuntur, ut non appareat, quo modo cum superioribus cohaereant: quo factum est ut in aliquot codicibus hoc carmen in duo sit carmina divisum. Nam quod Orellius ait, apertissimam esse sententiarum connexionem, quam his verbis declaravit: „ante omnes regiones mihi placet Tibur; ergo tu quoque in amoenissimo Tiburtino tuo tristitiam, quae nunc te angit, depellere poteris," id patet extortum ex poetae verbis esse, qui quum scripsit *seu te fulgentia signis castra tenent, seu densa tenebit Tiburis umbra tui*, non fecit nisi obiter Tiburis mentionem, *ubicumque eris* significans. Ex quo veri simile est, quoniam
p. 9 nunc neque unum nec duo carmina habemus, excidisse aliquid post v. 14., quod posteriorem partem cum priore apte copulaverit. Ceterum si Oudendorpio et Peerlkampio offensui fuit *patiens Lacedaemon*, non dixerim, ut Orellius, satis illos refelli iis quae Plutarchus in vita Lycurgi cap. 18. referat: qui quum pueros saepe usque ad necem caesos narret, testatur ille quidem patientiam Lacedaemoniorum, sed non eam, quae aptam laudandi materiam praebeat. Non est tamen de vitio scripturae cogitandum. Nam quum poeta de omnibus quos nominat locis ea praedicet, quibus clari sunt et ob quae laudari soleant, Lacedaemoniorum memorat patientiam, non quod pueros flagris caedant, sed omnino quod severitate disciplinae ad labores sustinendos obdurati praecipuam sibi patientiae famam pepererint: ea vero laus iis manebat, etsi quo tempore illud scripsit Horatius mores eorum valde degeneraverant.

Redeo ad primum carmen. In eo etiam alia sunt quae displiceant. Non assentior ego quidem Peerlkampio, qui mihi

quum argutius de quibusdam disputasse, tum damnasse videtur quae dicta sunt rectissime. Ac fortasse ille aliter iudicasset, si animadvertisset, quod scite observavit A. Meinekius, omnia Horatii carmina ex strophis quattuor versuum esse composita. Negari tamen non potest, non immerito viros doctos verbum desiderasse in his versibus:

hunc si mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus,
illum si proprio condidit horreo
quidquid de Libycis verritur areis.

Non dubito tamen quin genuini sint, non solum quia, si omitterentur, non bene componeretur agricola cum victore Olympico, sed etiam quod ad integritatem argumenti necessarii sunt. Apparet enim omnia quibus trahi homines solent complecti voluisse Horatium, eaque ordine deinceps enumerare: gloriam, honores, divitias, parvo contentam mediocritatem, insatiabilem lucrandi cupiditatem, mollem inertiam, duram laboriositatem. Quod si verbum requiritur, ex quo pendeant illi versus, reiicio ego cum aliis Bentleii coniecturam, qui ut *iuvat* illud verbum esset, scripsit *palmaque nobilis terrarum dominos evehere ad deos:* quam quidem valde laudare memini praeceptorem meum, F. V. Reizium. Refutarunt Bentleium alii, nec profecto opus erat ista correctione, quia, quum *evehit ad deos* tantum amplificando isti *iuvat* ad- p. 10
ditum sit, nihil impedit, quin quae in utroque verbo notio inest, etiam ad sequentia referatur. Verum haeremus etiam in fine carminis, in quo illa, *quod si me lyricis vatibus inseris*, apertum est non recte dicta esse. Oportebat enim aut *quod si tu me*, aut *tu si me*. Quamquam etiam si corrigeretur hoc vitium, tamen nihil proficeremus. Manet enim aliud multo gravius, quo factum est ut totum carmen ineptum sit atque absurdum. Nam quid illa sibi volunt:

Maecenas atavis edite regibus,
o et praesidium et dulce decus meum.

Quorsum ista tam gravis, tam splendida, tam magnifica appellatio? Exspectamus magnum quid et insigne, quodque dignum tam honorifice invocato patrono sit, secuturum. Quid vero infert hic, qui tanto hiatu os aperuit? Rem tritissimam, omnibus notam, nihil omnino habentem, quod viro atavis regibus edito, qui praesidium et decus poetae sit, narrari con-

veniat: longissimam enumerationem earum rerum, quibus pro suo quisque ingenio vel delectetur vel non delectetur, quae profecto post tam grandiloquam allocutionem non modo inepta, sed plane ridicula expositio est. Hic vero eximium nobis auxilium fert illa quam dixi Meinekii observatio. Nam recisis et primis duobus et duobus postremis carminis versibus non solum strophas plena sententia conclusas, nisi prope finem, quo loco alacrior et concitatior sermo illam aequabilitatem negligi patitur, sed etiam totum carmen apte pulcreque compositum habemus. Quocirca vix dubitari potest quin isti quos indicavi versus ab aliquo conficti sint, qui carmen illud, quod primum esset, patrono Horatii Maecenati dicandum fuisse putaverit. Num recte statuerim, iudicare poterunt, qui liberatum istis pannis distinctumque in suas strophas carmen consideraverint.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
collegisse iuvat, metaque fervidis
evitata rotis palmaque nobilis
terrarum dominos evehit ad deos;
hunc si mobilium turba Quiritium
certat tergeminis tollere honoribus,
illum, si proprio condidit horreo
quidquid de Libycis verritur areis.
gaudentem patrios findere sarculo
p. 11 *agros Attalicis conditionibus*
numquam dimoveas, ut trabe Cypria
Myrtoum pavidus nauta secet mare.
luctantem Icariis fluctibus Africum
mercator metuens otium et oppidi
laudat tuta sui: mox reficit rates
quassas, indocilis pauperiem pati.
est qui nec veteris pocula Massici
nec partem solido demere de die
spernit, nunc viridi membra sub arbuto
stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.
multos castra iuvant et lituo tubae
permixtus sonitus bellaque matribus
detestata: manet sub Iove frigido
venator tenerae coniugis immemor,
seu visa est catulis cerva fidelibus,

seu rupit teretes Marsus aper plagas.
me doctarum ederae praemia frontium
dis miscent superis; me gelidum nemus
nympharumque leves cum satyris chori
secernunt populo, si neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

ÜBER DIE HORAZISCHE ODE AN CENSORINUS.*)

Das in neuester Zeit von andern und von mir selbst p. 274 besprochene achte Gedicht des vierten Buchs der horazischen Oden ist die einzige Ode die der von Meineke zuerst durchgeführten Abtheilung in vierzeilige Strophen zu widersprechen scheint. Diese Abtheilung gründet sich auf die von ihm und von Lachmann gemachte Bemerkung dass die Verszahl jeder Ode durch 4 theilbar ist. Bloss die zwölfte des dritten Buchs macht davon eine Ausnahme, da sie nach dem Vorgange des Alcäus in jeder Strophe einen aus zehn gleichen Füssen ohne Unterbrechung fortgehenden Rhythmus hat. Da nun Horaz selbst (Epist. I. 19, 27) sagt *timui mutare modos et carminis artem*, so dürfen wir schliessen, dass auch die ionischen und äolischen Dichter in den Gedichten, deren Versmasse wir bei dem Horaz finden, dasselbe Gesetz werden befolgt haben. Da es ferner wohl natürlich ist, dass alle Strophen nach derselben Melodie gesungen wurden, so wird auch die Melodie nach jeder vierten Zeile wiedergekehrt sein, nicht bloss bei den Griechen, sondern auch bei den Römern, deren Gedichte, wie Herr D. Kirchner in seinem diesjährigen gelehrten Osterprogramm (*Novae quaestiones Ho-*

*) Gelesen in der Sitzung der philol.-hist. Classe der K. S. Gesellschaft der Wissensch. zu Leipzig am 26. Juni 1847. (Abgedruckt aus den Berichten über die Verhandl. der K. S. Ges. d. W. zu Leipzig I. p. 274 ff.)

ratianae) zeigt, wenigstens zum Theil wirklich gesungen worden sind, wenn sie auch meistens wohl nur so gedichtet wurden, als sollten sie gesungen werden, wie eben die achte
p. 275 Ode des vierten Buchs. Herr Dr. Kirchner meint übrigens wohl mit Grund, dass das begleitende Instrument, so wie mit ihm vor Anstimmung des Gesangs präludiert wurde, auch zwischen den Strophen einen kurzen Uebergang, ehe der Sänger wieder fortfuhr, werde gemacht haben. Indessen wird man dies nicht als etwas bei jedem Strophenwechsel nothwendiges ansehen dürfen, da selbst in der höhern lyrischen Poesie der Griechen das Ende der Strophen, wenn es auch mehrentheils einen Ruhepunkt gestattet, doch manchmal einer Unterbrechung des Gesangs gänzlich entgegen ist, z. B. in Pindars erster olympischer Ode, wo von den eng verbundenen Worten *γάμον θυγατρός* das erste die dritte Antistrophe beschliesst, und das andere, mit dem sich der ganze Satz endigt, die Epode anfängt. Selbst das Ende der Epoden, mit dem man am ersten den Schluss einer aus drei Strophen bestehenden musikalischen Periode erwarten sollte, lässt manchmal keinen Stillstand des Gesanges zu, wie z. B. in der neunten olympischen Ode die Rede der ersten Epode mit dem Anfangsworte der nun folgenden Strophe *ἐγένοντο* beschlossen wird. Ja sogar die letzte Sylbe eines Wortes findet man am Ende der Strophe in die folgende Epode elidiert in der dritten olympischen Ode, *ὥρμαιν' Ἰστριηνᾶς*. Das einzige Beispiel dieser Art bei dem Horaz II. 13, 8,

ille venena Colchica
et quidquid usquam concipitur nefas,

hat Bentley aus den besten Handschriften durch *Colcha* richtig beseitigt, ohne jedoch die Bemerkung hinzuzufügen, dass die Elision nicht an sich, sondern weil ihr eine kurze Sylbe vorhergeht, zu verwerfen war, denn *ille venena Colchorum* würde nicht anstössig sein. Doch dieses alles nur beiläufig.

Ich wende mich zu der bezeichneten Ode selbst. Da diese aus 34 Versen von gleichem Masse besteht, so würde sie, wenn diese Zahl richtig wäre, unter die Epoden gesetzt sein, deren Verszahl durch 2 theilbar ist und also nur eine gerade Zahl zu sein braucht. Deshalb ist die letzte Epode des Horaz, die 81 Verse enthält, entweder, wie sie auch in

der zu St. Gallen befindlichen Handschrift fehlt, von den Epoden abzusondern, oder, wenn sie ihnen beigezählt wird, muss sie um einen Vers verkürzt werden. Dies ist wohl das richtige; denn der 77. Vers kündigt sich zu sehr als matten Zusatz eines Erklärers an, als dass man ihn dem Horaz zuschreiben könnte. Da nun die fragliche Ode nicht unter die Epoden gesetzt ist, so folgt schon hieraus dass sie zwei Verse entweder zu viel oder zu wenig enthalte, dafern man p. 276
nicht annehmen will dass sie, ebenfalls nach dem Vorgang griechischer Lyriker, κατὰ στίχον, wie es die Metriker nennen, gemacht sei. Von solchen Gedichten, in denen alle Verse gleiches Mass ohne Beschränkung ihrer Anzahl haben, giebt Catull viele Beispiele. Dieser Annahme steht jedoch das entgegen, dass die Ode so viele und so unverkennbare Spuren vierzeiliger Strophen zeigt, dass man Bedenken tragen muss sie für eine Ausnahme zu halten. Das Eigenthümliche solcher Strophen ist das, dass wenn auch der Sinn der Rede nicht mit jeder Strophe geschlossen ist, sondern entweder in die folgende Strophe übergreift oder früher zu Ende geht als die Strophe selbst, wodurch dem Dichter freie Bewegung gestattet ist, doch meistens zwei Zeilen zusammen durch ihren Inhalt ein Ganzes ausmachen und so die Strophe durch Scheidung in zwei Theile in ein gefälliges Gleichgewicht bringen. Dieses Verhältniss ist in den drei ersten Strophen der Ode sehr gut beobachtet; in den folgenden aber mannigfach gestört. Die alte Handschrift, aus der die Ode stammt, muss nach dem zwölften Verse so durch Moder beschädigt gewesen sein, dass manche Verse nicht mehr vollständig lesbar waren, andere aber ganz oder zum Theil nur in abgetrennten Stücken vorlagen. Diese Bruchstücke sind hernach so gut es gehen wollte von einem Abschreiber theils nicht in gehöriger Ordnung zusammengefügt, theils nach Vermuthungen ergänzt und durch eigne Zusätze in eine Art von Zusammenhang gebracht worden, so dass diese Ode, die ein sehr schönes Gedicht war, nun zum Theil matt, widersinnig und durch geschichtliche Unrichtigkeit entstellt auf uns gekommen ist. Dem Urtheil, das Lachmann im Philologus 1 S. 166 gefällt hat, kann ich nicht beistimmen. Er sagt: »Ueber die ganze Ode will ich beiläufig bemerken dass sie bei aller Feierlichkeit ein scherzhaftes neckendes Ge-

schenk war, etwa am Geburtstage des Censorinus: denn obgleich sie ihm stolz die Unsterblichkeit zu versprechen scheint, bringt sie doch nichts von ihm auf die Nachwelt als dass er des Dichters Freund war und Gedichte liebte. Gleichwohl verdanken wir dieser Ode die Nachricht von seinem Tode. Wenigstens kann man nicht sehen warum Velleius Paterculus II. 102 den Tod des Censorinus mit dem des Lollius zugleich erwähnt hat, wenn ihm nicht etwa, da sie fast gleichzeitig im Orient starben, einfiel, dass Horaz an sie zwei auf einander folgende Oden gedichtet hatte.« Etwas Scherzhaftes kann ich in dem Gedichte nicht entdecken,
p. 277 sondern finde darin vielmehr eine ernstlich gemeinte Andeutung der liberalen Gesinnung und, wenn ich mich nicht täusche, auch der militärischen Eigenschaften des Censorinus. Dass er ein ehrenwerther und allgemein hochgeachteter Mann gewesen ist, bezeugen die Worte des Velleius, auf den sich Lachmann beruft. Denn dieser sagt, nachdem er den Charakter des Lollius scharf getadelt hat: *sed quam hunc decessisse laetati homines, tam paulo post obisse Censorinum in iisdem provinciis graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum.* Ueberhaupt aber würde ein Gedicht, mit dem man einem die Unsterblichkeit bloss scherzhaft verspräche, nicht in einem so ernsthaften Tone ihn mit berühmten Heroen und Göttersöhnen zusammen stellen dürfen, sondern müsste damit endigen dass der Dichter entweder sagte, er selbst sei freilich zu schwach Unsterblichkeit durch seine Verse zu geben, oder die Unsterblichkeit die man durch Gedichte erlange, sei zuletzt doch nur ein trüglicher Schein, da den Dichtern niemand glaube und schon einer der ältesten Dichter die Musen selbst sagen lasse, sie wüssten viel Erlogenes, das wie Wahrheit aussehe, zu erzählen. Betrachtet man die Ode unbefangen, so hat sie vielmehr durchaus einen würdigen und erhabenen Charakter. Der Gedanke, den Horaz ausführt, sei es dass er dem Censorinus diese Ode zum Geburtstage oder zum neuen Jahre schickte, ist dieser: »ich würde dir werthvolle Dinge zum Geschenke machen, wenn ich reich wäre und Kunstwerke berühmter Meister besässe: aber dergleichen habe ich nicht, und du hast weder Mangel an solchen Sachen noch Verlangen danach: an Gedichten findest du Wohlgefallen: mit einem Gedichte kann ich dich

beschenken: Gedichte haben Werth, weil sie das Andenken des Besungenen sichern.« Dies sprechen die ersten drei Strophen sehr schön in folgenden Worten aus:

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus;
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessima munerum
ferres, divite me scilicet artium,
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus
sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
sed non haec mihi vis: nec tibi talium
res est aut animus deliciarum egens:
gaudes carminibus: carmina possumus p. 278
donare, et pretium dicere muneri.

Was Horaz hier sagt, dass er solchen Geschenken ihren Werth bestimmen könne, will er nun durch Beispiele zeigen, und zwar zuerst durch das des älteren Scipio, der die Erhaltung seines Ruhms besonders der calabrischen Muse des Ennius verdanke. Wahrscheinlich ist damit das Lobgedicht des Ennius gemeint, das den Titel Scipio führte, da Ennius den zweiten punischen Krieg, der bereits von Nävius besungen, nur kurz in seinen Annalen berührt zu haben scheint. Hier lesen wir nun folgendes:

non incisa notis marmora publicis,
per quae spiritus et vita redit bonis
post mortem ducibus, non celeres fugae,
reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,
non incendia Carthaginis impiae
eius, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit, clarius indicant
laudes quam Calabrae Pierides.

Es ist merkwürdig, dass der sonst so scharfsichtige Bentley in seinem Eifer gegen die *incendia Carthaginis* die übrigen Verkehrtheiten dieser Verse übersehen hat. Da die *incisa notis marmora publicis* nur Inschriften an einem Denkmale bedeuten können, so fällt gleich der widersinnige Gedanke in die Augen, dass den Inschriften die Kraft zugeschrieben wird die Verstorbenen von neuem zu beleben, und es leuchtet ein dass diese Wirkung nur der Dichtkunst beigelegt werden

konnte und der Absicht des Dichters zufolge beigelegt werden musste. Hieraus folgt, dass der Vers *non incisa notis marmora publicis* an die unrechte Stelle gesetzt ist; und Horaz werde geschrieben haben:

carmina possumus
donare, et pretium dicere muneri:
per quae spiritus et vita redit bonis
post mortem ducibus.

Es würde aber sehr ungeschickt und fast einem Spott ähnlich gewesen sein, in dieser Gedankenverbindung *bonis ducibus* zu sagen, wenn Censorinus nicht ebenfalls hätte unter die *duces* gezählt werden können. Und auf Tapferkeit des Censorinus deuten auch schon in der ersten Strophe die Worte hin, *donarem tripodas, praemia fortium Graiorum*, die ausserdem ein sehr unpassend angebrachter leerer Zusatz sein würden.

p. 279 Was nun die Worte *non incisa notis marmora publicis* anlangt, so vermisst man dazu noch einen andern Gedanken, da nicht bloss Inschriften, sondern auch Bilder des Verstorbenen zur Erhaltung seines Andenkens dienen. Dieses musste auch schon nach einem Gesetze der poetischen Sprache erwähnt werden, die, wo zwei gleichartige Sätze durch ein gemeinsames Wort oder einen gemeinsamen Begriff zu einem Satze verbunden werden, die Wiederholung des beiden Sätzen gemeinschaftlichen Anfangswortes verlangt: *me doctorum ederae praemia frontium dis miscent superis, me gelidum nemus Nympharumque leves cum Satyris chori secernunt populo; me pascunt olivae, me cichorea levesque malvae; sic te diva potens Cypri, sic fratres Helenae, lucida sidera, ventorumque regat pater.* Daher glaube ich nicht zu irren, wenn ich annehme Horaz werde geschrieben haben:

non statuae magis,
non incisa notis marmora publicis
indicant laudes Scipionis, quam Calabrae Pierides.

Dies ist um so wahrscheinlicher, da diese Fassung eine absichtliche Anspielung auf die von Trebellius Pollio im siebenten Kapitel des Claudius aufbewahrten Worte aus dem Lobgedichte des Ennius giebt:

quamnam statuam faciet populus Romanus tibi?
quam columnam, quae loquatur res tuas gestas?

Was nun ferner in der Ode überliefert ist, *non celeres fugae reiectaeque retrorsum Hannibalis minae*, ist offenbar in dieser Form ungereimt und widersinnig. Denn wo die Mittel mit einander verglichen werden, durch welche die Thaten eines Mannes verewigt werden können, Bildwerke, Inschriften, Gedichte, ist es Unverstand, die Thaten selbst, deren Gedächtniss durch diese Mittel erhalten werden soll, zu den Mitteln zu zählen, durch welche die Thaten fortleben. Einen so absurden Gedanken kann Horaz nicht ausgesprochen haben. Ueberhaupt aber würden solche negative Sätze auf keine Weise in den Zusammenhang passen, sondern könnten nur dann statt finden, wenn der Sinn wäre, nicht die Thaten eines Mannes verewigen seinen Ruhm, sondern die Gedichte, in denen sie erzählt, beschrieben, und dadurch im Andenken der Menschen erhalten werden. Lachmann macht nun gegen die Worte *non celeres fugae* auch den Einwurf, dass Hannibal keineswegs schnell aus Italien geflohen sei. Dies würde unwiderleglich sein, wenn diese Deutung nothwendig wäre, was sie jedoch nicht ist, wie sich hernach zeigen wird.

Den grössten Anstoss hat man an dem Verse *non* p. 280
incendia Carthaginis impiae genommen, den Bentley theils wegen der verletzten Cäsur, theils weil durch einen argen Anachronismus der jüngere Scipio mit dem ältern in eine Person zusammengeworfen ist, für untergeschoben erklärt hat. Die Versuche, die man gemacht hat die *incendia Carthaginis* zu vertheidigen, sind sämmtlich Versuche das Unmögliche möglich zu machen. Aber darum ist noch nicht der ganze Vers zu verwerfen: denn er kann ja unrichtig ergänzt sein, wie denn auch Cuningham und Sanadon *impendia* und Döring *stipendia* geschrieben haben, dieser sogar mit Berufung auf den Ennius, aus dessen Annalen Varro die Worte *Poeni stipendia pendunt* aufbewahrt hat. Die *incendia* rühren gewiss von dem Ergänzer der Handschrift her, in der wahrscheinlich nur noch *endia Carthaginis impiae* lesbar war. Was die verletzte Cäsur anlangt, so halte ich es für pedantisch, diese in einem Eigennamen, der sich nicht bequem in das Versmass fügt, nicht dulden zu wollen, und Bentley hatte um so weniger Ursache sich über diese Cäsur zu ereifern, da er in der vierzehnten Ode dieses Buchs

spectandus in certamine Martio

nicht angefochten hat.

Endlich folgt noch *eius qui domita nomen ab Africa lucratus rediit.* Hier nimmt Lachmann an *eius qui* Anstoss, weil *is qui* selbst in epischer Poesie nicht vorkomme, da das einzige Beispiel in der Aeneis XI. 256 (denn *id campi quod* IX. 274 werde verworfen) nur ein scheinbares *ea quae* sei, und die richtige Erklärung, dass *quae* für *quaenam* stehe, vom Mediceus deutlich und schicklich durch eine Interpunction nach *ea* bezeichnet werde:

mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
quos Simois premat ille viros.

Man sehe also wohl, was von den beiden *eius* im Horaz, hier und III. 11, 18 zu halten sei. Beweise aus durchgeführter Induction sind sehr schätzbar, weil sie zu guten Ergebnissen benutzt werden können. Aber an sich geben sie nur einen todten Körper, der erst den belebenden Funken erwartet. Das Pronomen *is*, wo es unbetont bloss die Beziehung auf den in Rede stehenden Gegenstand bezeichnet, was seltener im Nominativ, häufig aber in jedem andern Casus stattfindet, gehört als bloss logische Vertretung des Subjects der Sprache des gewöhnlichen Lebens an und ist ganz prosaisch: daher
p. 281 es in der Dichtersprache möglichst vermieden wird. In dem angeführten Verse aus der Aeneis ist es nicht nur ganz müssig, sondern sogar störend, und rührt meiner Ueberzeugung nach gar nicht von dem Dichter her. Wo es aber betont ist und betont werden muss, weil es das einzige Wort ist, das den Subjectsbegriff giebt, wie in der Stelle dieser Ode, ist es nothwendig und folglich auch richtig. Es kann daher *eius qui domita nomen ab Africa lucratus rediit* nicht mit dem andern *eius* bei dem Horaz, *quamvis furiale centum muniant angues caput eius*, verglichen werden: denn hier steht es ganz überflüssig und konnte wegbleiben. Eben so liest man in der Aeneis IV. 478

inveni, germana, viam: gratare sorori,
quae mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.

Den zweiten dieser Verse, der ganz erbärmlich ist, halte ich für den Zusatz eines Erklärers. Uebrigens steht *is qui* auch bei dem Properz I. 10, 29 *is poterit felix una remanere puella, qui numquam vacuo pectore liber erit*, und, ganz wie in der

horazischen Ode, V. 2, 35 *est etiam aurigae species Vertumnus, et eius, traiicit alterno qui leve pondus equo.* Und umgekehrt III. 21, 1 *qui videt, is peccat.* So auch bei dem Tibull I. 2, 39 *nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam, is Venerem e rapido sentiet esse mari.* Ja sogar das bloss relative *eius* findet sich bei dem Tibull I. 6, 25 und dem Properz V. 6, 67. An sich hat folglich *eius qui domita nomen ab Africa lucratus rediit* durchaus nichts, was zu tadeln wäre, sobald nur der ganze Satz richtig ist und *eius laudes* zusammen gehören. Aber daran lässt sich zweifeln, theils weil *eius laudes clarius indicant* ein matter Ausdruck ist und man etwas Bestimmteres und Bezeichnenderes von den Verdiensten des Scipio erwartet, theils weil so etwas auch wirklich in den Worten *non celeres fugae, reiectaeque retrorsum Hannibalis minae, non incendia Carthaginis impiae* gegeben ist. Nur sieht man nicht wie diese Worte dem *eius, qui domita nomen ab Africa lucratus rediit, clarius indicant laudes* vorausgehen konnten. Sie scheinen daher von dem Ordner und Ergänzer der zerstückelten Handschrift nicht an die rechte Stelle gesetzt zu sein; und wenn dieses sich so verhält, muss mit dem matten *clarius indicant laudes* zugleich auch *eius* als Ergänzung von fremder Hand angesehen werden, welcher wohl auch die Negationen und die dadurch, sowie durch die Verrückung der Worte aus ihrer wahren Stelle, nöthig gewordenen Nominative werden zuzuschreiben sein. Mit Sicherheit angeben zu wollen was Horaz geschrieben habe, wäre eine nicht zu entschuldigende Vermessenheit. Da aber das, was gegeben ist, wenn das matte p. 282 *clarius indicant* weggeworfen und die beiden Wörter *eius* und *laudes* mit andern vertauscht werden, gerade hinreicht die zwei in Unordnung gekommenen Strophen auszufüllen, so würde sich auf folgende sehr passende Andeutung der Thaten des Scipio schliessen lassen:

non statuae magis,
non incisa notis marmora publicis
illum, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit post celeres fugas
reiectasque retrorsum Hannibalis minas
in dispendia Carthaginis impiae,
clarant, quam Calabrae Pierides.

Diess würde sich auf die Schlacht bei Zama beziehen, durch die das Schicksal von Karthago entschieden und der zweite punische Krieg beendigt wurde, und nichts hätte wohl sich mehr geeignet hier genannt zu werden, als das, wodurch Scipio den Gipfel seines Ruhms erreichte und den Beinamen *Africanus* erhielt, wovon Livius XXX. 45 sagt: *primus hic imperator nomine victae ab se gentis est nobilitatus.* Die *celeres fugae* beziehen sich nun auf die Flucht des Hannibal nach jener Schlacht, von dem Livius XXX. 35 schreibt: *Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus Adrumetum perfugit*, was Polybius XV. 15 so ausgedrückt hatte: *Ἀννίβας δὲ μετ' ὀλίγων ἱππέων κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὴν ἀναχώρησιν εἰς Ἀδρύμητα διεσώθη.* Uebrigens hat Peerlkamp nicht uneben, um *lucratus* zu vertheidigen, das Faber als einen gemeinen Ausdruck getadelt hatte, die Worte des Scipio bei dem Valerius Maximus III. 7 angeführt: *quum Africam totam potestati vestrae subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur praeter cognomen retttuli.*

Es folgt die sechste Strophe:

neque
si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mavortisque puer, si taciturnitas
obstaret meritis invida Romuli.

Da dies so viel ist als *quid foret Romulus, si taciturnitas obstaret meritis Romuli*, so wird wohl Niemand Anstand nehmen dieses *Romuli* für eine verunglückte Ergänzung des in der Handschrift nicht mehr vorhandenen Endwortes zu halten. Horaz schrieb wahrscheinlich *si taciturnitas obstaret meritis invida praemiis.*

p. 283 In dem, was nun folgt,

ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
virtus et favor et lingua potentium
vatum divitibus consecrat insulis,

sind die Worte *et favor et lingua potentium vatum* so inhaltleer, so ganz überflüssig, dass wohl nicht gezweifelt werden kann, diese Strophe werde so geklungen haben:

ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
virtus divitibus consecrat insulis.

dignum laude virum Musa vetat mori,
caelo Musa beat.

Der ganze Inhalt der Ode zeigt, dass, wenn gesagt wird *virtus Aeacum divitibus consecrat insulis*, dies nur durch den Ruhm, den die Tugend des Aeacus durch die Dichter erhalten hatte, geschehen konnte. Dies wird nun auch sogleich in dem nächsten Verse, *dignum laude virum Musa vetat mori*, ausgesprochen, was durch die Auslassung der Verbindungspartikel nur die nachdrücklichere Redeform für *nam dignum laude virum Musa vetat mori* ist. Ich kann daher nicht mit Lachmann stimmen, dem dieser Vers, so schön er auch sei, doch hier aus dem Ton zu fallen schien. Auch hat Herr Ritter im Philologus S. 583 f. mit Recht, wie ich glaube, geltend gemacht, dass Horaz hier, wie anderwärts, den Hauptgedanken des Gedichts in einen gemeinsamen Ausdruck zusammenfasst, und dass *caelo Musa beat*, was Lachmann übel und ganz prosaisch fand, vielmehr eine Steigerung ist. Beides hat Horaz sehr passend und geschickt gesetzt, das erstere, *dignum laude virum Musa vetat mori*, weil durch diese Wendung von den Beispielen aus geschichtlicher und mythischer Zeit in den Kreis zurückgekehrt wird, der alle verdiente Männer und mit ihnen auch den Censorinus umfasst; das andere, *caelo Musa beat*, weil der Dichter nun zu denen fortgehen will, denen der Ruhm, welchen sie durch die Dichter erhalten haben, die Versetzung unter die Götter bewirkt hat. Denn es folgt:

sic Iovis interest
optatis epulis impiger Hercules:
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates.
ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

Hiermit schliesst die Ode. An *Iovis optatis epulis* hat, so viel p. 284
mir bekannt ist, niemand Anstoss genommen. Ich muss jedoch gestehen das Beiwort *optatis* nicht passend zu finden, wenn nicht ein Grund, warum Hercules an dem Mahle der Götter Antheil zu haben wünsche, hinzugefügt wird, z. B. wenn gesagt würde *actis multivagis rite laboribus*. Denn wenn es auch als ein Glück oder als eine ausgezeichnete Ehre mag angesehen werden, an der Tafel der Götter zu

sitzen, so ist doch ein Wort, das diess als etwas von jedermann gewünschtes oder allgemein wünschenswerthes bezeichnet, schon an sich unrichtig, weil es zu viel umfasst; wenn es aber von dem Hercules gesagt wird, kann man sich kaum enthalten an dessen übermässige Esslust zu denken, die ihm Beiwörter wie παμφάγος, βουφάγος, βουθοίνας zugezogen hat. Ich denke daher, Horaz werde weit würdiger *Iovis interest oblatis epulis* geschrieben haben, um anzudeuten, dass ihm dieses Vorrecht als eine freiwillige Anerkennung seiner Würdigkeit ertheilt worden sei.

Es ist nun nur noch ein Bedenken übrig: denn entweder hat die Ode drei Verse zu wenig oder einen zu viel. Lachmann verwirft den Vers

ornatus viridi tempora pampino,

weil er die Symmetrie der Sätze durch müssiges Beiwerk störe und aus der 25. Ode des dritten Buchs entlehnt sei: denn Horaz wiederhole seine Worte nicht ohne Anspielung. In jener Ode heisst es vom Bacchus *cingentem viridi tempora pampino*. Die Sache selbst, dass aus diesen Worten der Vers entlehnt ist, ingleichen dass er müssiges Beiwerk enthält, muss zugegeben werden. Könnten die Worte bedeuten »wenn das Standbild des Gottes bekränzt wird«, so wäre gegen den Vers nichts einzuwenden: denn dann wäre der Grund angegeben, warum der Gott die Wünsche in Erfüllung gehen lasse. Wird er ausgeworfen, so haben wir allerdings das ganze Gedicht in vierzeiligen Strophen vor uns: aber dann kann nicht zugegeben werden, dass dieser Vers die Symmetrie der Sätze störe, die vielmehr auf eine höchst auffallende und ungefällige Weise gestört wird, wenn er wegfällt:

sic Iovis interest
oblatis epulis impiger Hercules
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates.
Liber vota bonos ducit ad exitus.

p. 285 Denn anstatt dass die ersten beiden Verse zusammen einen Satz, und so auch wieder die beiden letzten, ausmachen sollten, was die symmetrische Regel verlangt, so würden hier der zweite und dritte Vers zusammenhängen, der letzte aber ganz allein wie ein dürftiges, nur um die Strophe voll

zu machen herbeigezogenes Anhängsel aussehen. Ja er würde sogar die logische Ordnung der Sätze aufheben, da Bacchus nicht wie die Tyndariden unter den Sternen am Himmel erscheint. Doch diese Fehler sind leicht zu beseitigen und wir erhalten eine völlig richtige und schöne Strophe, wenn sie so geschrieben wird:

sic Iovis interest
oblatis epulis impiger Hercules:
Liber vota bonos ducit ad exitus:
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates.

So werden zuerst die zusammengestellt, die unter die Götter versetzt worden sind, Hercules und Liber. Den Beschluss machen die am Himmel unter den Sternen leuchtenden Tyndariden, die sich von jenen auch dadurch unterscheiden, dass sie nach dem Mythus ἑτερήμεροι sind und, wie Pindar in der 10. nemeischen Ode sagt, mit einander abwechselnd im Olymp und in der Unterwelt leben, nach dem Homer aber nur göttliche Ehre geniessen, und abwechselnd unter den Lebendigen auf der Erde, und bei den Todten in der Unterwelt sich aufhalten, Odyss. XI. 301

τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα·
οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες
ἄλλοτε μὲν ζώουσ᾽ ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε
τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασ᾽ ἶσα θεοῖσιν.

Wenn es scheinen kann als steige der Dichter durch diese Anordnung nun von denen, die Götter geworden sind, in einen niedern Kreis zu denen herab, die nur den Göttern gleich geachtet werden, so gleicht sich das dadurch aus, dass die erstern dem Anblick der Menschen entrückt sind, die leuchtenden Tyndariden aber ein jedem vor Augen stehendes Zeugniss sind, wie Gedichte das Verdienst verewigen. Mit der angegebenen Umgestaltung des horazischen Verses stimmt auch die Ordnung bei dem Hygin überein, dessen 224. Fabel, welche die Ueberschrift führt *qui facti sunt ex mortalibus immortales* mit folgenden Worten beginnt: ***Hercules Iovis et Alcumenae filius; Liber Iovis et Semelae filius; Castor et Pollux, Helenae fratres, Iovis et Ledae filii.*** Und fast möchte man vermuthen, dem belesenen Hygin hätte nicht p. 286
nur diese Ode, sondern zugleich auch aus der dritten des

ersten Buchs der Vers *sic fratres Helenae, lucida sidera* vorgeschwebt.

Ist das, was gesagt worden, gegründet, so haben wir ein Gedicht, das des Horaz in jedem Betracht würdig ist, und den Censorinus als ein freundliches Geschenk, das ihm ein ehrendes Andenken sicherte, erfreuen musste.

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus,
donarem tripodas, praemia fortium
Graiorum, neque tu pessima munerum
ferres, divite me scilicet artium,
quas aut Parrhasius protulit aut Scopas,
hic saxo, liquidis ille coloribus
sollers nunc hominem ponere, nunc deum.
sed non haec mihi vis: nec tibi talium
res est aut animus deliciarum egens:
gaudes carminibus: carmina possumus
donare, et pretium dicere muneri:
per quae spiritus et vita redit bonis
post mortem ducibus. non statuae magis,
non incisa notis marmora publicis
illum, qui domita nomen ab Africa
lucratus rediit post celeres fugas
reiectasque retrorsum Hannibalis minas
in dispendia Carthaginis impiae,
clarant, quam Calabrae Pierides: neque
si chartae sileant quod bene feceris,
mercedem tuleris. quid foret Iliae
Mavortisque puer, si taciturnitas
obstaret meritis invida praemiis.
ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
virtus divitibus consecrat insulis.
dignum laude virum Musa vetat mori,
caelo Musa beat. sic Iovis interest
oblatis epulis impiger Hercules:
Liber vota bonos ducit ad exitus:
clarum Tyndaridae sidus ab infimis
quassas eripiunt aequoribus rates.

DE IO. NIC. MADVIGII INTERPRETATIONE QUARUNDAM VERBI LATINI FORMARUM.*)

Quadruplex cernitur linguarum in constituendis verborum formis ratio, prima, qua notiones distinguuntur, ut temporum et personarum; alia, qua quid facilioris pronuntiationis suaviorisve soni caussa mutatur; tertia, qua poetae metri vel necessitate vel commoditate adducti a communi usu declinant; quarta, qua consuetudo vulgaris sermonis ab recta via aberrat. Ad haec omnia animum advertere debet, si quis recte de formis verborum iudicare vult. Est autem harum rerum explicatio non ubique facilis, praesertim in emortuis linguis, si exempla vel non multa suppetunt, vel quorum copia est omnia ita in unam partem vergunt, ut aliae partes exclusae esse videantur. Quod si in huiusmodi caussa sumuntur, quae accuratius perpensa aut non vera aut saltem dubia esse reperiantur, ea si a claro viro proferuntur, verendum est ne a multis tamquam explorata accipiantur, errorque, si quid erratum est, propagetur longius. Eiusmodi quaedam continere mihi visa est in Io. Nicol. Madvigii opusculis alteris ea dissertatio, quae est de formarum quarumdam verbi Latini natura et usu: in qua quum ille tam acute docteque de formis illis disputaverit, ut auctoritas viri, in quo eximia est planeque admirabilis linguae Latinae scientia, facile incautos capere possit, constitui, oblata scribendi

p. 3 (margin note beside the first line of the paragraph)

*) Edita est a. 1843.

occasione, ea aperire, de quibus cum eo dissentiendum putarem.

Repudiat Madvigius illam divisionem temporum, quam a Fr. A. Wolfio Germanis ita commendatam esse ait, ut iam nemo fere ab ea discedere audeat. Quod Wolfio tribuit, profectum est a Fr. Volg. Reizio, cuius iudicio Wolfius in huiusmodi rebus confidebat. Ab illis igitur dissentiens haec scripsit Madvigius p. 62. »quum *γέγραφα* et *scripsi* dicatur aut *fuit Ilium* aut *βεβίωκε ὁ δεῖνα,* praesens tempus significari volunt actionis perfectae, apertissime rerum naturae repugnantes et actionem cum actionis negatione et sublatione confundentes.« Iniquius vituperavit vir eruditissimus Germanos, qui tantum abest ut actionem cum actionis negatione confuderint, (quod qui faciat profecto insanus sit) ut potius id ipsum voluerint, ubi actio praeterisset, praesentem eius negationem esse. Et quid aliud in mente habuit, qui *fuimus*
p. 4 *Troes*, *fuit Ilium* dixit, quam hoc, iam non esse Troes neque Ilium? Quid autem illud oratorum *εἴρηκα* et *dixi* est, nisi affirmatio praesentis silentii? Et quum Latini Graecum *τέθνηκε mortuus est* interpretantur, nonne ipsum verbum praesentis temporis notationem praebet? Sed mittam exempla, utarque potius argumentis. Etenim quum omnino nullum verbi tempus cogitari possit, in quo non insit negatio aliorum temporum, necessario neque actam actionem neque agendam aliter quam eo, quod iam non agitur, definiri licet. Quod si recte de verborum formis exponere volumus, sic statuendum erit, et in praeteritis et in futuris per figuram rhetoricam affirmari praesentem negationem actionis, ita ut qui aliquid nunc non esse dicere velit, fuisse vel futurum esse dicat, ut ille qui *fuimus Troes*, *fuit Ilium* dixit, aut si quis alicui tali, qualis Antigonus ille fuit, qui *δώσων* cognominatus est, dicat *dabis*. Eadem rhetorica figura Latini in passivis uti coguntur, quum quod Graece est *τέθνηκε mortuus est* dicunt, non in mente habentes nunc quemdam non vivere, sed ante illa quae nunc sunt vita excessisse. Haec quum non satis distingueret Madvigius, p. 62. ita scripsit: »sequamur igitur in temporibus dividendis naturam ducem, intelligamusque, loquenti non propositum esse, quod demonstret, discrimen perfecti et imperfecti, notionem a grammatica alienarum, sed id eum declarare, quem locum ea visa, quae verbis con-

cepta proferat, in ordine actionum temporis momentis discretarum teneant.« Haec ego vereor ne aut non intelligam, aut, si intelligo, non possint pro veris haberi. Nam si perfecti et imperfecti notiones a grammatica alienae sunt, non apparet qui factum sit ut his notionibus significandis certae verborum formae inventae sint, usurpenturque ita ut ne posse quidem iis carere videamur; quin ne illud quidem apparet, quo modo is qui loquitur visa, quae verbis concepta proferat, quem locum in ordine actionum temporis momentis discretarum teneant declarare possit. Nam quid aliud est actiones temporis momentis discernere, quam eas dicere aut actas esse aut agi aut nondum esse actas? Atqui quae actae sunt, perfectae; quae aguntur, imperfectae sunt, sicuti quae neque actae sunt neque aguntur, ad exspectationem futuri temporis pertinent. Aliter nihil nisi nuda notio remaneret actionis, quae est omni temporis notatione vacua. Illos quoque ego puto naturam ducem sequi, qui rationem divisionemque temporum ita definiunt, ut eam ab illo qui loquitur repetant. Nam quum omnis oratio sit declaratio cogitationum, is qui loquitur non potest non ab se ipso, ut cuius cogitationes eloquatur, proficisci. Itaque hoc tempus, quo cogitat p. 5
et cogitata verbis profert, eadem necessitate absolutum tempus est, idque praesens, qua persona in verbis quae prima vocatur, quod sine ea nec secunda nec tertia persona ulla cogitari potest. Illud absolutum tempus praesens terminos habet ab altera parte id quod desiit praesens esse, hoc est perfectum, ab altera autem illud quod nondum praesens est, quod est futurum: quae tempora quatenus ad illud absolutum praesens referuntur, eoque sublato ne cogitari quidem possunt, relativa sunt; quatenus autem absoluti praesentis negationem propter communes cum eo terminos continent, ipsa quoque absoluta eaque praesentia sunt: idque comprobant in Latina lingua hae formae, *factum est*, *facturus est;* in Graeca autem *μέλλω ποιεῖν.* Quocirca immerito nescire putabitur quid absolutum, quid relativum sit, si quis idem tempus modo absolutum, modo relativum appellet; quamquam non laudatum volo, si quis quod imperfectum in verbis vocatur, inter absoluta tempora posuit. Quoniam autem mentis ea facultas est, ut se possit etiam alio quam quo nunc cogitat tempore cogitantem, hoc est praesentem, cogitare,

hoc fictum tempus Graeci grammatici *ἀόριστον* vocarunt, quia quovis in tempore collocari potest, errantes tantum in eo, quod de solo praeterito cogitarunt. At id nullum esset, nisi esset aliquod praesens infinitum. Id quidem in Graeca et credo in omnibus linguis communem cum absoluto praesente formam habet: sed quibus terminatur utrimque temporibus, eorum praeteritum apud Graecos, ut in quibusdam etiam recentioribus linguis, suam accepit propriam formam, *ἐποίησα*, cuius vicem apud Latinos subit perfectum absolutum, *feci*, futurum autem infinitum uterque populus propria forma instructum habet, *ποιήσω*, *faciam*. Sunt igitur etiam tempora *ἀόριστα* tria, *ποιῶ, ἐποίησα, ποιήσω*. His et absolutis et infinitis temporibus alia sunt tempora in verbis adiuncta, quae quoniam per se sola cogitari nequeunt, sed referuntur ad aliud vel absolutum vel infinitum tempus, relativa appellantur, in quibus duo sunt, quae quia propriam formam non habent, ignorari videntur, relativa dico praesentis et futuri, quod qui *facio* dicit, aut absoluto praesente se nunc facere dicit; aut infinito, facere se cogitato aliquo tempore; aut relativo, facere dum aliud quid vel absoluto vel infinito praesente fiat. Eodemque modo *faciam* et infiniti futuri est, et, quum occupatum in faciendo significat quo tempore aliud quid futurum sit, relativi. Relationes, autem temporum inter se quum multae et cogitari et significari verborum vel formis vel copulationibus possint, tres formae primae sunt et sim-
p. 6 plicissimae, imperfecti, quod ex praesentibus, plusquamperfecti, quod ex praeteritis, futuri exacti, quod ex futuris pendet.

Huius igitur futuri eas formas quae in *so* exeunt, ut *faxo*, *levasso*, Madvigius p. 64. ab initio futuri simplicis, non exacti fuisse, et, ut apud Graecos *ἄξω* et *γελάσω*, ex quo poetae epici *ἐγέλασσα* dixerint, factas esse statuit. Neutrum videtur concedi posse. Habet illa opinio duos fontes, similitudinem Graeci verbi, et usum istarum apud scriptores Latinos formarum. Ut a Graeco verbo incipiam, nemo quidem negabit, ut Graecum *ἄξω* ex *ἄγω*, sic etiam Latinum *axo* ex *ago* esse formatum. At hoc quidem argumento non efficietur ut *axo* ab initio forma fuerit futuri simplicis. Non enim videtur dubitari posse quin Graecum illud *ἄξω* origine sua coniunctivus aoristi praeteriti fuerit, quo quum antiquissimi pro futuro

uterentur, ex eo demum formatum est futurum, testans originem suam eo, quod caret coniunctivo. Viderat id G. I. Vossius lib. III. de analogia cap. 41. Illud autem plane fieri non potest, ut *levasso* sit ad exemplum epici *ἐγέλασσα* factum. Nam quid ad Latinos, si Graecorum poetae epici aut lyrici litteram metri caussa duplicarunt? Immo huius quoque rei rationem optime perspexerat Vossius, qui in illius libri cap. 15. *levasso* ex *levaveso* contractum esse vidit, quum *u*, quod extrito *e* remanebat, in *s*, quia sequebatur sibilus, abiret. Ex quo apparet *a* in *levasso*, ut ex contractione natum, non breve, ut in *ἐγέλασσα*, sed longum esse, ut in *levarunt*, *levasse*, ipsoque *levaro*, quod sola *r* littera ab *levasso* differt. Eodem modo formata sunt *ausim* ex *ausesim*, et ex verbis quorum perfecta in *ui* exeunt *habessit*, *prohibessit*, *licessit*. Nam quum non *habúeso*, *habúesim*, sed *hábueso*, *hábuesim* pronuntiarent, non potuit abiici *u*, quod pro *e* illatum erat, sed extrito sequente *e* contractio indicanda erat duplicatione litterae sibilantis. Ut autem ad illa redeam, *axo*, *capso*, *faxo*, si quis quaerat cur non *exo*, *cepso*, *fexo* dixerint, quum tamen *occepso*, *effexo* usurparent, quid aliud quam quod ultro se offert respondebimus, antiqua fuisse perfecta *axi*, *capsi*, *faxi*, *rapsi*, quorum reliquiae istis in formis servatae sint, postquam substituta erant *edi*, *cepi*, *feci*, *rapui:* quae quum usurparentur in verbis compositis, dicereturque *occepi*, *effeci*, horum futura exacta *e* litteram tenere oportebat.

Haec si ita sunt, non est quod de plusquamperfectis *percepsem*, *faxem* dubitetur, quae suspecta habet Madvigius p. 69. Eorum alterum invenitur in his Pacuvii apud Ciceronem de off. III. 26.

quod ni Palamedis perspicax prudentia p. 7
istius percepset malitiosam audaciam,
fides sacratae ius perpetuo falleret.

Codices quidem ibi habent *percepisset*, quod qui servandum censuerit, *eius* scribere debebit. Alterum est apud Plautum in Pseudolo, ubi I. 5, 82. haec leguntur:

peccata mea sunt: animum advorte nunc iam,
quapropter nati amoris te expertem habuerim:
pistrinum in mundo scibam, ni id faxem, mihi.

Ni pro *si*, quod in libris est, scribendum esse monuit Madvigius: qui quidem quum dicit, si quis *faxim* legat, discedi

quidem a vera syntaxi et legitimo temporum usu, nec tamen longius quam ipse discesserit Plautus in duobus quae affert exemplis, eorum ego exemplorum neutrum accipio. Illo quidem, quod est in Capt. III. 5, 53.

nam cogitato, si quis hoc gnato tuo
tuus servus faxit, qualem haberes gratiam,

non utar ut *faxet* scriptum fuisse contendam, quamquam id tam est veri simile quam quod maxime, sed ut negem quidquam conferre ad defendendum *faxim* in Pseudolo. Nam de quo hic agitur Hegionis filio, is quoniam vivit, captus quidem ab hostibus, fieri potest ut eius servus, quo herum liberet, se illum esse simulet. Itaque dici potuit *si hoc fecerit*, etsi, quia nescitur an sit facturus, in apodosi plusquamperfectum infertur, quasi dictus sit non fecisse. Alia est alterius exempli ratio, sumpti e Cistellaria IV. 2, 14. quod Madvigius quidem, qui librorum scripturam servaret, *nam si nemo hac praeteriit, postquam intro abii, cistella hic iaceret*, omnino non debebat ad defendendum in Pseudolo *faxim* adhibere. Apertum est enim ancillam istam non potuisse dicere *si nemo hac praeterisset:* nondum enim scit neminem praeterisse, quae noscitare incipiat an aliquis praeterierit. Accedit quod ne *iaceret* quidem vitio vacuum videtur, siquidem librorum scripturae indicium faciunt metra sic esse restituenda:

nunc vestigia hic si qua sint noscitabo:
nam si nemo hac praeteriit, postquam intro abivi,
cistella hic iacet, quae quidem hic periit, opinor.

Haec igitur exempla nihil conferunt ad commendandum in Pseudoli versu *faxim*, sed ostendi debebat perfecti con-
p. 8 iunctivum ita usurpari, ut quemadmodum in plusquamperfecti aut imperfecti coniunctivis, negatio contrarii facti inesset.

Quae porro affert Madvigius, ut ex ipsa verborum forma argumenta petat, quibus *faxo* et *levasso* ab initio simplicia futura fuisse ostendat, haec sunt p. 69: neminem umquam dixisse *capse*, *faxe*, *axe*, *taxe*, *abiexe*. Non apponam *cepse*, quod fuerunt qui scriberent in Plauti Sticho I. 3, 8.

quo minus laboris illam cepse existumo.

Nam quum libri *cepisse* teneant, praestat ordinem verborum mutari:

quo minus laboris cepisse illam existumo.

Esto igitur ut nulla inveniantur exempla decurtatorum infinitivorum nisi in verbis, quorum perfecta in *si* terminantur: eo non efficitur ut non potuerint *axe*, *faxe* et similia dici, aut ut dicta non fuerint, sed ut ex raris et fere obsoletis perfectis nulla istiusmodi infinitivorum exempla nobis supersint. Num vero id minus in infinitivis perfectorum in *si* exeuntium evenit? Multum laboret credo, qui ex scriptis quae habemus proferre velit *scalpse*, *arse*, *farse*, *parse*, *sarse*, *sparse*, *planxe*, *sanxe*, *carpse*, *rasse*, *dempse*, *flexe*, *plexe*, *rexe*, *merse*, *gesse*, *presse*, *sense*, *sepse*, *terse*, *cinxe*, *finxe*, *minxe*, *ninxe*, *pinxe*, *strinxe*, *tinxe*, *vinxe*, *fixe*, *frixe*, *vixe*, *risse*, *visse*, *coxe*, *prompse*, *sorpse*, *torse*, *fulse*, *vulse*, *sculpse*, *fluxe*, *luxe*, *struxe*, *nupse*, *glupse*, *iunxe*, *unxe*, *urse*, *iusse*, *trusse*, *usse*, *plause*, *auxe*. Nimirum ista vulgaris sermonis propria erant, ex quo sunt a poetis metri caussa, sed raro, adscita, praesertim in disyllabis, ut ab Lucilio XXVIII. 9. apud Nonium in *autumare:*

Socraticum quiddam tyranno misse Aristippum autumant.

Pergit Madvigius ita: „ut has formas ex syncopa ortas longissime ab antiqua futuri forma diiungamus, vel id admonere potest, quod hac forma et coniunctivo inde derivato nemo post Terentium est usus, si *faxo*, *faxim*, *ausim* exceperis, ac ne is quidem nisi parcissime (bis omnino, nisi fallor *excessit* Andr. IV. 5(4) 20. et *appellassis* Phorm. IV. 6, 15), contra illa syncopa et Lucretius et Virgilius et Horatius." His quidem verbis vereor ne vir doctissimus nostram magis quam suam sententiam corroboret. Nam quod his quas dicit formis nemo est post Terentium usus, ex eo nihil aliud sequitur, quam ut eas prius obsolevisse intelligamus quam illam syncopam quae est in *dixti* aliisque similibus, non ut diiungendae sint ab illa quam ipse antiquam formam futuri esse putat. Eam enim suo arbitratu sumpsit ex Graecis ἄξω et ἐγέλασσα, non demonstravit nullam in ea esse syncopam. Immo si syncopa p. 9
est in *dixti*, est etiam in *levasti*, *consuesti*, *audisti*, *commosti*, atque adeo in *concessamus* apud Plautum in Poen. I. 2, 9. et in *adiurat*, *afflictat* in Cist. II. 3, 40. Merc. III. 4, 63. quibus exemplis refellitur Madvigii de *irritat* aliisque huiusmodi apud Lucretium sententia p. 226. Quid igitur ni etiam in *levasso?*

Videmur eo redacti esse, ut, quoniam in forma nihil repertum est, quod *faxo* et *levasso* antiqua futura, eaque simplicia fuisse vincat, significationem considerare debeamus, si

forte haec illam opinionem confirmet. Ac dicit sane Madvigius p. 69. *faxo* in minitando et magnifice promittendo pro simplici futuro dixisse Virgilium, Ovidium, Livium quoque semel, et Virgilii imitatorem Silium: verum id ipsum, quod addidit, „in minitando et magnifice promittendo,“ non modo labefactat, sed evertit illam simplicis futuri significationem. Aperte enim ista minitatio et magnifica promissio in eo cernitur, quod quid tam certo quam si iam factum sit, futurum esse affirmatur, ut apud Ovidium Met. XII. 594.

faxo triplici quid cuspide possim
sentiat.

Ergo haec non sunt futura simplicia, sed exacta; quam significationem quum Madvigius ipse frequentissimam esse confiteatur, cur ad aliam confugiamus in exemplis quale modo attuli, quando haec quoque exempla futurum exactum non modo admittunt, sed planissime testantur?

At enim vero alia in promptu habet argumenta vir doctissimus, cuius tanta fuit in lectitandis Latinis scriptoribus diligentia, ut etiam ad ea, quae ab illis non sint dicta, animum attenderit. Graviter vituperans eos, qui neglexerint de rebus cum hac quaestione coniunctissimis cogitare scribit p. 70. „vulgaris enim futuri exacti forma quod a perfecto orta praeteriti significationem ab initio in se continet, coniunctivi forma inde derivata transit aliquando ad solam et veram praeteriti significationem, quod antiquae huic formae, quia futuri simplicis ab initio est et ad ipsum futurum exactum tantummodo traducta, nunquam accidit. Nemo enim dixit neque *quaeso quid faxit* pro eo, quod est *fecerit*, neque *adeo fuit severus, ut nunquam amassit*, pro eo, quod est *amarit*.“ In his primo illud prorsus incredibile est, ut futuri exacti *fecero*, quod praeteriti significationem ab initio in se contineat, coniunctivus aliquando ad solam et veram praeteriti significationem transeat, deposita scilicet planeque abiecta futuri notione. Ita enim coniunctae atque inter se nexae sunt in *fecero* praeteriti et futuri notiones, ut nec praeteritum sine
p. 10 notatione eius quod post actionem praeteritam futurum sit, nec futurum sine significatione praegressae actionis cogitari possit. Quare, si *fecerim* coniunctivus est futuri exacti, non magis fieri potest ut alteram duarum in eo consociatarum notionum amittat, quam ut *fecero* umquam aut *feci* solum aut

solum *faciam* significet. Eodemque modo, si *faxo*, ut putat, ab initio simplex futurum fuit, non potuit ei umquam praeteriti notio inferri, quam tamen inesse fatetur, quum eam formam etiam futuri exacti esse concedit. Deinde, etsi verum est non dici *quaeso quid faxit* neque *adeo severus fuit, ut nunquam amarit*, tamen num id eo factum est, quod *faxit* et *amassit* aliud quid quam *fecerit* et *amarit* significent? Credo ego hoc quoque cum hac quaestione coniunctum esse, ut videamus, quid caussae sit, ut illorum, quae neminem dixisse ait, nulla exempla habeamus, quum praesertim hoc solum ex iis, quae muniendo isti simplici futuro attulit, aliquam veri speciem praebeat, eaque ipsa de causa non possit non suspectum videri. Et profecto si vel grammaticorum testimonia vel naturam exemplorum respicimus, non ad simplex, sed ad exactum futurum deferimur. Grammatici enim (nam Phocas aut Alcuinus neminem morabitur) constanter *faxo* interpretantur *fecero*, et cetera similiter, praeter solum *ausis*, cuius potestatem declarantes *audeas* ponunt, ut Festus et Priscianus p. 868. quia in istiusmodi formulis passiva, quale est *ausus sis*, minus sunt usitata. Usum autem si consideramus, et indicativus et coniunctivus plerumque aperte futurum exactum significant, nullo autem in loco eam significationem non admittunt. Ad hoc accedit, quod quum futura infinita apud Latinos non magis quam apud Graecos coniunctivum habeant, eoque ne indigeant quidem, non solum abnorme foret futurum coniunctivi forma instructum: ac fatetur ipse p. 99. inauditum hoc ad aures accidere, sed parituras dicit veritati: sed etiam intelligi non posset, quo modo is coniunctivus, qui usu nihil prorsus a coniunctivo perfecti discreparet, futuri coniunctivus esse censendus esset. Quod si forma quoque et indicativi et coniunctivi, quemadmodum supra ostendimus, non est a *fecero*, *fecerim*, nisi antiquo *s* pro recentiore *r* diversa, quid aliud quam falsam esse illam opinionem iudicabimus, qua simplex futurum *faxo*, *levasso* introducatur, idque *faciam* et *levabo* potius quam *fecero* et *levavero* significare existimetur? Quin faxo quidem ipse fatetur p. 75. pro futuro exacto poni, ut apud Plautum in Bacch. IV. 8, 6.

nam neque Bellona mi umquam neque Mars creduat,
ni illum exanimalem faxo, si convenero,

p. 11 *nive exheredem fecero vitae suae.*

Cui simillimum est illud eiusdem in Freto apud Gellium III. 3.

peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo.

Quae quum ita sint, restat ut aperiamus, cur non dixerint *quaeso quid faxis*, neque *adeo fuit severus, ut numquam amassit*, aut quae p. 80. commemorat, *si hoc feceris (faxis), magna me cura levassis*, neque *si hoc evenerit, frustra laborassis*. Huius rei non difficile est rationem reddere. Nam quum formae istae magis magisque obsolescerent, unde iam apud Terentium rarissimas esse ipse animadvertit, quumque fere in legibus tantum et comprecationibus ius suum obtinerent, vetando orandove inservientes, paullatim visae sunt voluntati potius quam rebus praeteritis significandis aptae esse, ut, si distincte futuro exacto, praeterquam in conditionibus, quod genus frequentissimum in legibus est, utendum esset, iam recentior forma praeferretur, antiqua autem, sicubi ea uterentur, referretur magis ad futura, servata tamen, quam exuere non potest, exacti futuri significatione, sive sine particula poneretur, ut apud Plautum in Mil. III. 1, 75.

quid ad illas artes optassis, si optio eveniat tibi?

et in Cornicularia apud Nonium in *Laverna:*

lita Lavernae, in furtis celerassit manus;

sive cum particulis finalibus et caussalibus aut pronominibus coniungeretur, ut in Persa IV. 3, 9.

nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis mi in iure
abiurassit;

et apud Attium in Armorum iudicio apud Nonium in *componere* [Ribbeck Tr. L. Rell. p. 130]:

quid est [Ulixe], cur componere ausis mihi te ac me tibi?

et in Plauti Milite III. 1, 30.

novo modo tu amas, siquidem te quidquam quod faxis pudet.

Quod si Plautus in Capt. III. 5, 37. dixit:

pol si istud faxis, haud sine poena feceris,

potuisse eum, si metrum pateretur, pro *feceris* etiam *faxis* dicere, haec in Menaechmis I. 2, 3. ostendunt:

praeter hoc si mihi tale post hunc diem
faxis, faxo foris vidua visas patrem.

Et in Truculento I. 1, 40. qui locus sic est scribendus:

quos quum celamus, si faximus conscios
qui nostrae aetati tempestive temperant,

unde anteparta demus postraptoribus,
faxim lenonum et scortorum, ut plus est, minus, p. 12
et minus damnosorum hominum, quam nunc sunt, siet.

Addit Madvigius disputationi suae haec p. 71. „ab his futuris, quibus per se nulla inest praeteriti nota, proficiscuntur futura illa *impetrassere*, *reconciliassere*, *expugnassere*, *averruncassere*, *depeculassere*, *deargentassere*, *depoculassere*, quorum nihil simile in altera forma est.“ Sumit vir doctissimus pro demonstrato, quod non est demonstratum, nullam per se inesse istis futuris notam praeteriti, eaque caussa tribuit his infinitivis significationem, quae suae opinioni conveniat. At quid obstat quominus, ut Graeci *ἑστήξειν* et *τεθνήξειν* dixerunt, Latini quoque infinitivis usi sint futuri exacti? Nec profecto ullum exstat exemplum, in quo ea significatio non vel maxime apta sit: ut in Plauti Aul. IV. 7, 6.

et istuc confido a fratre me impetrassere.

Ceterum *depoculassere* non debebat afferri: nam non fecit Lucilius iambicos octonarios. Versus, qui apud Nonium in isto verbo leguntur, sic sunt scribendi:

depeculassere aliqua sperans me ac deargentassere,
decalanticare, eburno speculo despeculassere.

Ex his facile aestimari poterit, quo iure vir doctissimus p. 72. de antiquis Romanorum poetis haec scripserit: „hoc tamen eos facile ausos iudicaverim, ut, quum *amasso* haberent ad formam simile eius, quod est *γελάσω*, siquando obiectum esset futurum infinitivi Graeci, tentarent ipsi, nullo populi usu adiuti, possentne brevius dicere quam *amaturum esse* et ad versum aptius, *amassere*. Verum id non tentassent, si *amasso* quidquam in se habuisset ex praeterito.“ In quibus ne hoc quidem concedi potest, non fuisse populi usu adiutos in usurpandis his formis. Immo non essent comici iis usi, nisi vulgari sermone tritas invenissent. Sed ad illud, quod dicit nihil simile esse in altera forma, (hanc puta, quae est *impetravero*) quid aliud respondebimus, quam linguas, quamdiu adolescunt, fecundas esse procreandis verborum formis, adultas autem, languescente vi genitali, expoliendis acquiescere opibus ante partis? Accedit quod ex hac forma, quae est in *impetravero*, haud facile quis aliquid procuderit, quod speciem praebeat infinitivi.

In his ergo, quae hactenus commemoravi, nondum in-

ventum est eiusmodi argumentum, quo *faxo* aut *levasso* umquam futura simplicia fuisse evinceretur. Reliquum est, ut usum harum formarum consideremus, de quo docte sane et
p. 13 accurate disseruit Madvigius, sed ita tamen, ut hic quoque pro certa et demonstrata poneret opinionem suam. Si vera sunt, quae supra dixi, neque, si formae istae sint simplicis futuri, intelligi posse unde iis praeteriti notio sit illata, nec, si sint futuri exacti, fieri potuisse, ut aut futuri aut praeteriti notionem deponerent: per se planum est non posse Madvigii sententiam veram esse. Sed dicit p. 75. in uno hoc verbo *faxo* remansisse illam futuri simplicis significationem, nec praeter hoc nisi in *indicasso* uno in Plauti loco inveniri. Per profecto mirum foret, si ita esset. Sed videamus illud *indicasso* Plauti in Poenulo II. 2, 66.

numquam edepol mortalis quisquam fiet e me certior,
nisi hero meo uni indicasso, atque ei quoque ut ne enuntiet
esse id facinus ex ted ortum.

Recte sane hoc interpretatur *tantum hero meo indicabo.* At num dici non potuit *tantum hero meo indicavero?* Porro *faxo* ait apud veteres illos semper alteri futuro indicativo verbi ipsum effectum indicantis ex aequo adiungi, ut *faxo scies.* Nego illud „ex aequo,“ nisi ita, ut communis utrique verbo sit futuri significatio, non ut etiam simplicis futuri. Nimirum si asseverare volumus id, quod eventurum esse simplici futuro enuntiatur, addimus *faxo*, in quo propter adiunctam significationem rei quasi iam effectae, maior ad asseverandum vis inest quam in *faciam.* Quod si non illud quod fiet, sed id quod factum erit asseveramus, tum vero illi *faxo* necessario consociatur futurum exactum, ut in hoc Plauti de commutandis uxoribus in Trin. I. 2, 21.

vin' commutemus, tuam ego ducam et tu meam?
faxo haud tantillum dederis verborum mihi.

Ceterum, quod in transitu commemoro, verum quidem est, tam saepe *faxo* cum altero futuro consociari, ut suspectus sit qui in multo paucioribus exemplis invenitur coniunctivus praesentis, isque talis ut unius litterae mutatione removeri possit, praeter duos locos, in quibus *sit* ex Madvigii sententia in *erit* mutari oporteat. Valde haec veris similia sunt; vera esse non ausim dicere. Nam quum recentiores, iique vix sine exemplis antiquiorum *faxo* cum coniunctivo praesentis

coniunxerint, non credam hoc genus loquendi temere ex antiquis expellendum esse, praesertim quum aliquando etiam aptius altero videri possit, ut in istis ipsis duobus exemplis, in quibus *erit* pro *sit* reponendum putat, Plauti in Amph. III. 3, 17.

quin venis quando vis intro: faxo haud quidquam sit morae; p. 14

et Terentii in Adelphis V. 3, 59.

ego istuc videro:
atque ibi favillae plena, fumi ac pollinis
coquendo sit faxo et molendo.

Redeo in viam. Scribit Madvigius p. 79. „dictum est de futuro simplici, ad quod has formas initio pertinuisse iudicavimus. Inde quemadmodum ad futurum exactum significandum transferri potuerint, non est multis verbis declarandum, quum in ea coniunctione, in qua frequentissimus futuri exacti est usus, et ceteras linguas aut simplici futuro contentas esse videamus, ut, quae ratio inter duas actiones futuras intercedat, ex ipsa coniunctione et rei natura intelligatur, aut etiam praesenti tempore uti (Graecam etiam aoristo coniunctivi), et eiusdem simplicitatis vestigia in Latino sermone reperiamus. Huc igitur traductae hae formae locum aliquamdiu tenuerunt, quum priorem amisissent.“ At quo tandem modo amittere potuerunt, hoc est recipere notionem praeteriti, quam in iis ab initio nullam fuisse statuit? Nam si et aliae linguae et Latina, ubi futuro exacto utendum erat, simplici futuro aut praesenti utuntur, ea nihil est nisi liberior figuratio sermonis familiaris, sed illa non mutans potestatem temporum, neque efficiens ut aut simplex futurum aut praesens significationem accipiat futuri exacti. Quid enim? num quod ipse p. 85. figurate dictum a Cicerone attulit, *vicimus*, non perfectum est, sed futurum exactum? Quare ista *faxo* et *levasso* aut ubique nihil nisi simplicia futura esse ostendendum erat, aut concedendum, si vim haberent futuri exacti, eam suapte natura et ab initio habuisse: quod si neutrum placebat, non satis erat dictitare futurum simplex traductum esse ad futurum exactum, sed monstrare debebat, quod neque ipse potuit, nec quisquam umquam poterit, unde in simplex futurum notio illata sit praeteriti. Illud vehementer miror, quod Graecorum aoristum coniunctivi hoc loco

commemoravit, quem natura sua futurum exactum significare per se patet, estque notissimum.

Disserit a p. 66. de futuro exacto in *ro* exeunte, cuius usum quum in sex generibus sententiarum persecutus esset, multis in Plauti, nonnullis in Terentii locis nullum prorsus ait discrimen utriusque futuri apparere. In eo idem, quem modo tetigi, error latet. Nam ubi nihil interest, quo modo aliquid dicatur, liberum quidem est quem modum quis praeferat, sed ipse tamen modi retinent naturam suam, manent-
p. 15 que diversi. Ut illud, cuius mentionem feci, apud Ciceronem in Verr. III. §. 145. *nisi ita res manifesta erit allata*, *ut responderi nihil possit*, *vicimus*. Licebat id dicere *vicerimus* et *vincemus*. Quo ex his tribus uteretur, ad veritatem sententiae nihil intererat: eo tamen non tollitur discrimen, quod inter haec verbi tempora intercedit, sed pro eo discrimine aliud alio alacrius et fortius est. Pergit nunc Madvigius p. 94. ita: „illud in hac re memorabile est, quia hic transitus in futuri simplicis locum factus est per significationem actionis finitae ex praeterito inhaerentem, (quod ita esse, vel hinc confirmatur) nunquam illis, quos enumeravi, modis positum reperiri futurum in *so*, quod quum primariam simplicis futuri significationem, retenta futuri exacti, amisisset, (si *faxo* excipimus), non potuit eam illa via recuperare.“ Quae his verbis continentur, ut planius dicam (ipse enim obscurius elocutus est) haec sunt: futurum exactum in *ro* terminatum ita promiscue cum simplici futuro consociatur, ut vix ab eo differat; futurum per *so* formatum amisit significationem simplicis futuri, retinuit significationem futuri exacti; eo fit, ut in tali sententia, *si hoc fecero*, *magna te cura levavero*, non dicatur *levasso*. Nunc futura exacta in *ro* exeuntia cur negem, etiam si saepe numero ita usurpentur, ut cum simplici futuro commutari potuerint, umquam vere simplicia futura esse, modo dixi. Illud alterum autem nimis profecto mirum est, futura in *so* terminata, quae ab initio simplicia futura fuerint, ibi, ubi simplici futuro opus sit, non usurpari, idque propterea, quod suam naturam exuerint, induerint autem significationem futuri exacti, quum tamen non sit monstratum, unde acceperint, quam retinere dicuntur, notionem praeteriti. Id igitur, quod haec futura, quae in *so* exeunt, quibusdam in sententiarum generibus, postquam magis excul-

tus fuit sermo, non sunt usurpata, multo simplicius sine istiusmodi machinis eo modo mihi videtur explicari posse, quem supra indicavi.

Transit Madvigius ad coniunctivum, quem futuro exacto tribuit, dicitque p. 97. multos et magnos errores ex uno fonte promanasse, quod hic coniunctivus ab indicativo suo futuri temporis seiunctus, adiunctus sit ad perfectum. Vereor ego ne in hac re nullus sit error. Ac primum quaero, cur neque Graeci coniunctivum futuri habeant, neque in Latina lingua ullus inveniatur, nisi quem sumit Madvigius, sed, ubi eo opus sit, confugiatur ad praesens, dicaturque *facturus sim*. Sed tamen quum hoc ipsum exemplum notionem certe testetur coniunctivi futuri, credi posset, etiam formam eius aliquam in futuro exacto esse inventam, si id idoneis argu- p. 16
mentis demonstraretur. Nam quas notiones Graeci coniunctivo et optativo distinxerunt, quarum alteri non denegarunt locum in futuris, eas Latina lingua uno complexa est coniunctivo, is ut, quatenus in eo optativi potestas est, videri possit non esse a futuro alienus. Graeci coniunctivi ea vis est, ut eventum significet ex causa in ipsis rebus sita proficiscentem, sive deliberemus, ut *τί φῶ;* vel *ἴωμεν*, sive finem indicemus, ut *ἵνα γένηται*, sive conditionem ponamus, ut *ἐὰν γένηται*. Hic conditionalis usus quosdam in eum errorem induxit, ut Latinorum futurum exactum putarent coniunctivum esse, quia Latini *ἐὰν ποιήσω si fecero* dicerent. At *fecero* aperte est indicativus, ut Graecorum *ἑστήξω, τεθνήξω*. Est ille autem ex perfecto et futuro conflatus. Iam Madvigius scribit p. 97. »ut a *faxo* fit *faxim*, a *levasso levassim*, eadem coniunctivi terminatione, quae est in *sim* et *velim* et *edim*, sic ab *amavero* fit *amaverim*. Eius, quod est *amavi*, nullus est omnino coniunctivus, si de origine formae quaerimus, qui adiecto *erim* deduci nullo modo potest.« Cur non possit, quum adeo debeat? Nam ut Varro de L. L. IX. 100. testatur, antiqui *esum*, *es*, *est* dicebant, quod G. I. Vossius in V. de arte grammatica c. 36. Graecum *ἔσομαι* esse coniiciebat. Hodie id rectius cum linguae Sanscritae *asmi*, *asi*, *asti* comparatur, quocum quidem etiam ipsum illud *ἔσομαι* cognatum est. Eius activa forma *ἔσω* quum aliquamdiu servata in Latina lingua esset, mutata est in *ero*. Hoc igitur *eso* vel *ero* ad perfectum adiuncto procreatum est *amaveso*,

amasso, et *amavero*, *amaro*. Coniunctivus istius antiqui praesentis *esum* videtur *esim* fuisse, ex quo mansit *sim* vel *siem*, ut in lingua Sanscrita *syam*. Ea terminatio sive perfecto, sive futuro exacto adiungeretur, gignere debuit *amavesim*, *amassim* et *amaverim*, *amarim*. Nunc utrius est, perfectine an futuri exacti? Ponamus exempla: *levavi te hac cura: tu rogas an te levarim?* Hic quidem quin perfecti sit coniunctivus, dubitari nullo modo potest, quod in eo nihil plane futuri inest. Aliter in tali exemplo: *si fecero quod iubes*, *cura te liberavero: at metuo ne*, *si hac cura te liberaverim*, *alia te gravior cura maneat*. Vel si notum illud,

o Tite, *si quid ego adiuro curamve levasso:*
ecquid erit praemi,

in obliquam orationem transferimus, *quaeris ecquid praemii futurum sit*, *si quid te adiuverim curave levaverim*. Non mirabor, si quis hos censeat coniunctivos esse futuri exacti, sicuti Gellius XVIII. 2. quaesitum esse narrat, *scripserim*, *vene-*
p. 17 *rim*, *legerim*, cuius temporis verba essent, praeteriti, an futuri, an utriusque, non ille tamen addens quid responsum fuerit. At vero videndum est ne fallat opinio quamvis speciosa. Nam quum Latini coniunctivi haec vis sit, ut veritatem rei aliunde suspensam indicet, fieri id tribus modis potest, primo in simplici enuntiatione, ut *fecerim*, sive id est fingo me fecisse, sive cupio fecisse; deinde ad finem significandum, ut *optas ut fecerim*, *vereris ne fecerim;* denique in conditione, ut *si fecerim* vel *quum fecerim*, a quo diversum est illud singulare et proprium Latinae linguae *quum fecerim* in re vere facta, in qua aliae linguae indicativum usurpant, ut Graeca *ἐπειδὴ ἐποίησα*. In nullo horum trium dicendi modorum esse videtur, quod coniunctivo futuri exacti indigeat. Nam illud quidem, *fecerim*, sive est fingo me fecisse, sive cupio fecisse, quum cogitari iubeat actionem peractam, aeque refertur ad ea, quae vel acta esse vel agi vel actum iri animo concipiamus; illud autem, *ut fecerim* vel *ne fecerim* actionem ut peractam ponit post praegressam eius caussam; hoc denique, *si fecerim* sumit actionem ut peractam propter consecuturum eius eventum. Iam quum hae tres dicendi formae omnem usum huius coniunctivi complectantur, atque in unaquaque earum actionis tamquam peractae incomperta veritas cogitetur, nihil in ea notione, si sola per se spectatur,

futuri temporis inest, sed, quum ad futura refertur, continent futuri significationem ea verba, ex quibus pendet iste coniunctivus. Atque in hac ipsa re fallax illa ratio conspicitur, quae speciem praebet futuri. Nam actio, quae tamquam peracta sumitur, nec tamen peracta est, requirere videtur aliquid, quo peractum eatur. Sic, ut hoc utar, Madvigius p. 87. futuri coniunctivum esse putat in hoc versu Plauti in Bacch. IV. 4, 50.

emungam hercle hominem probe hodie, ne id nequidquam dixerit.

At si id Graece dicas, perfecti coniunctivum habebis: *καλῶς αὐτὸν νὴ Δία τήμερον παρακρούσομαι, ἵνα μὴ μάτην τοῦτο εἰρήκῃ*, nec si Latine eam sententiam *ne* in *ut* mutato enunties, dicas *ut dicti poenas daturus sit*, sed *ut det poenas*. Verum quam incerta et fluxa sit viri praestantissimi disputatio, quamque ipse haud longe ab ea quam nos defendimus sententia absit, haec eius verba ostendunt p. 101. »in perfectum haec forma coniunctivi tum transit, quum respondet indicativo perfecti, velut ex eo, quod est: *quum usus progrediens familiaritatem effecit, tum amor efflorescit*, fit (Cic. de Fin. I. 20, 69.): *dicunt, quum — effecerit, tum — efflorescere.* Tantum intelligendum est, veteres, quum hanc formam ex futuro in praeteritum transeuntem ponerent, non semper certo sensu tempora distinxisse, ut praecise ipsi dicere pos- p. 18 sent, ubi pro futuro exacto, ubi pro perfecto ponerent.« Nimirum, ut dicam quod sentio, rem satis planam vir doctissimus nimium dividendo distinguendoque implicatam reddidit. Etenim multitudo divisionum et distinctionum tantum obest perspicuitati, quantum prodest summorum momentorum talis definitio, qua cetera per se patescant.

In omni hac disputatione tantummodo de futuris in *so* et *ro* exeuntibus eorumque coniunctivis, si illi sunt coniunctivi temporis futuri, sermo fuit. Debebat autem non praeteriri aliud genus coniunctivi futurique exacti, quod neutram formam habet. Fuerunt enim quaedam sive antiqua sive vulgaria praeterita, ut *credui*. Plautus Cas. II. 8, 41.

apud hunc sodalem meum atque vicinum mihi
locus est paratus: ei ego amorem omnem meum
concredui: is se mihi locum dixit dare.

Ex eo coniunctivi terminatio est *uim:* unde grammatici *duim* recte interpretati sunt *dederim.* Plautus Amph. II. 2, 39.

si situlam cepero,
numquam edepol tu mihi divini creduis post hunc diem,
ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero,

Et in Aulularia IV. 6, 4.

nimis hercle ego illum corvum ad me veniat velim,
qui indicium fecit, illi ego ut aliquid boni
dicam: nam quod edit, tam duim quam perduim.

Et in Mercatore II. 3, 67.

ne duis, neu te advexisse dixeris.

Sic *interduim* in Rud. II. 7, 22. Trin. IV. 2, 152. Futurum exactum autem *uo* habet, ut in Aulularia III. 6, 48.

Fides, novisti me et ego te: cave sis tibi,
ne in me mutassis nomen, si hoc concreduo.

Et in Captivis III. 5, 33.

quando ego te exemplis pessumis cruciavero,
atque ob sutelas tuas te morti misero,
vel te interisse vel perisse praedicent,
dum pereas, nihil interduo, aiant vivere.

Si haec, quae disserui, vera sunt, consequitur ut futura, quae in *so* vel *uo* exeunt, non simplicia, sed exacta futura sint, coniunctivi autem in *im* terminati non sint temporis futuri, sed praeteriti perfecti.

ÜBER DAS NE (NAE) DER LATEINISCHEN SPRACHE.*)

Herr *A. Fleckeisen* hat in dem vorigen jahrgange s. 57 ff. p. 460
erwiesen, dass das affirmative ne der lateinischen sprache auch von den komikern ganz so wie in der prosa gebraucht worden ist. In dieser überaus fleissigen, gründlichen, an scharfsinnigen bemerkungen und dankenswerthen emendationen reichen abhandlung ist er von der 381. anmerkung des herrn Fr. Haase zu Reisigs vorlesungen über lateinische sprachwissenschaft ausgegangen, in welcher gesagt ist, dass dieses ne immer vor einem pronomen personale oder demonstrativum, immer zu anfang des satzes stehe, und zwar meistens eines satzes, der entweder einem conditionalsatze folge, oder der dem conditionalsatze ganz oder theilweise vorausgehe; und nur selten stehe es in einem ganz freien satze. Demnach hat herr Fleckeisen den gebrauch dieses ne unter drei hauptclassen gebracht, deren erste fünf, die zweite zwei unterabtheilungen hat; zu diesen drei hauptclassen hat er noch eine vierte in der Haasischen anmerkung nicht berührte classe, in welcher das ne dem pronomen nachfolgt, hinzugefügt. Ich erkenne hierin die methode Reisigs, der es liebte viele eintheilungen zu machen, eine methode, die ich nicht billige, nicht nur weil sie eine klare einsicht in das wesen der sache erschwert, und es oft ungewiss macht, unter welchen fall man ein gegebenes beispiel zu bringen habe, sondern auch weil sie an sich irrig ist, indem sie das

*) Philolog. III. (1848) p. 460 ff.

wesentliche nicht bemerkend, es in dem unwesentlichen sucht. Nichts destoweniger ist die abhandlung des herrn Fleckeisen höchst dankenswerth, da sie durch die zusammenstellung und genaue betrachtung so vieler beispiele es möglich macht die ganze lehre zu übersehen, um sodann von einem andern standpuncte aus sogleich auf das wesentliche einzugehen und hiernach das übrige zu beurtheilen. Ehe ich
p. 461 jedoch dieses thue, will ich einige worte über das bisher aufgestellte vorausschicken.

Wir haben zwei durch induction gefundene Sätze vor uns,

erstens, das affirmative ne steht immer vor dem pronomen personale oder demonstrativum;

zweitens, es steht immer zu anfang des satzes.

Beides muss einen grund haben. Induction aber kann nur die wirklichkeit, nicht aber die nothwendigkeit der sache darthun, und muss daher wenigstens die möglichkeit von ausnahmen zulassen. Nun findet sich allerdings in allen sprachen vieles, was bloss durch gewohnheit zur nothwendigkeit worden ist; wovon sich daher schwerlich der grund nachweisen lässt. Aber da gewiss einer vorhanden war, b eibt wenigstens die nachfrage darnach offen.

Um nun mit dem ersten jener sätze anzufangen, ist denn dieser auch richtig? Allerdings haben die bis jetzt bekannten beispiele das ne bloss vor dem pronomen personale und demonstrativum. Indessen hat Reisig im 219. §. die ausnahme hinzugefügt, „wofern nicht die sache mit ihrem eignen ausdruck unmittelbar darauf gesetzt ist.“ Diese worte will herr Fleckeisen s. 64 als unrichtig gestrichen wissen: ein urtheil, dem ich nicht beitreten möchte. Reisig machte diesen zusatz wohl, auch wenn er eben so wenig als andere, ein beispiel zur hand hatte, aus einem nicht zu verwerfenden grunde. Denn was mit dem pronomen demonstrativum bezeichnet wird, illud, ist die ursprünglichste und allgemeinste bezeichnung der sache durch hinweisen. Schon etwas beschränkter ist das pronomen personale, das zwischen jener allgemeinen bezeichnung und dem nomen mitten inne steht. Denn das nomen ist eigentlich nur der stellvertreter des demonstrativen pronomens durch eine willkürlich angenommene benennung. Folglich ist es ein ganz richtiger schluss,

dass, wenn statt des demonstrativen pronomens der name der sache gesetzt wird, sich nichts in dem satze ändert; wie denn auch ego und tu im grunde nichts anderes sind als hic und iste mit andeutung des gegenseitigen verhältnisses der sprechenden. Wenn demzufolge ego und tu nur stellvertreter von hic und iste sind, so lässt sich nicht absehen, warum nicht auch dem hic und iste wieder die namen der personen substituirt werden könnten. Wenn z. b. im Amphitruo 1. 1, p. 468
208. Mercur und Sosia folgendes zu einander sprechen:

ME. quid ais? quid nomen tibist?
SO. Sosiam vocant Thebani Davo prognatum patre.
ME. ne tu istis hodie malo tuo compositis mendaciis
adventisti, audaciai columen, consutis dolis:

sollte nicht Mercur eben so richtig haben sagen können: ne Sosia hodie malo suo advenit? das würde auch in anderen fällen gelten müssen. In der Aulularia III. 6, 44. sagt der geizige:

edepol ne tu aula multos inimicos habes
et istuc aurum quod tibist concreditum.

Es scheint kein grund vorhanden zu sein, warum nicht auch ne aula haec oder ne aula mea gesagt werden könnte; und noch weniger in dem ganz allgemein ausgedrückten satze, ne aurum multos inimicos habet.

Doch ich wende mich zu der zweiten behauptung, dass ne immer den satz anfange. Dieses ist richtig, wie sich ergeben wird, und ich kann nicht mit den herrn Haase und Fleckeisen eine beschränkung dieser regel darin finden, dass oft pol, edepol, ecastor, mecastor, hercle, me dius fidius dem ne vorangehen. Denn diese betheuerungen gehören gar nicht zu dem satze selbst, das heisst zu dessen wesentlichen bestandtheilen, sondern stehen eben so für sich allein, wie wenn sie mitten in den satz eingeschoben werden. Wahre ausnahmen von der regel würden folgende sein: Terenz Heaut. V. 1, 45 von herrn Fleckeisen s. 76 angeführt,

at ne illud haut inultum si vivo ferent,

und s. 85 Plautus Curc. I. 3, 38.

at ne tu hercle cum cruciatu magno id dixisti tuo.

Beiden stellen aber sind durch eine aposiopese mit der regel in einklang zu bringen, indem die rede nach at unterbrochen, und anstatt den satz, wie er angefangen war, zu vollenden,

at id haut inultum ferent, ein anderer heftigerer satz untergeschoben wird, ne illud haut inultum ferent. Nicht hierher gehört die s. 76 aus dem Heaut. III. 2, 45 angeführte stelle,

et ne ego te, si usus veniat, magnifice Chreme
tractare possim:

denn dieses ist ein negatives ne, wie das vorhergegangene ne quid und der ganze gedanke zeigt.

p. 468 Ich komme nun zur sache selbst. Sehr auffallend würde es sein, wenn die lateinische sprache zwei gleichlautende partikeln hätte, deren bedeutungen einander geradezu entgegengesetzt wären. Je unglaublicher das ist, desto zuversichtlicher lässt sich annehmen, dass, da die verneinende bedeutung keinem zweifel ausgesetzt ist, auch die für bejahend gehaltene eigentlich eine verneinende sein werde. Offenbar wird eine bejahung verstärkt, wenn ihr gegentheil ausdrücklich verneint wird. Die lateinische redensart gleicht daher sehr dem von den griechischen komikern gebrauchten μὴ ἀλλά, das „vielmehr" bedeutet. Nur steht in dieser griechischen formel gleich der gegensatz durch das ἀλλά scharf bezeichnet da; im lateinischen aber, wo er nicht durch eine dem ne entgegengesetzte partikel ausgedrückt wurde, musste er auf eine andere weise hervorgehoben werden. Wenn demnach in dieser redensart eigentlich zwei sätze enthalten sind, die man vollständig so ausdrücken kann, ne dubites, sed, das sed aber weggelassen wird, so muss dessen stelle auf eine andere weise ersetzt werden. Nun ist aber das erste wort in jedem mit seinen nothwendigen bestandtheilen ausgesprochenen satze dasjenige, mit welchem der sprechende aussagt, das sei es, wovon er sprechen wolle, mithin das wort, welches den gegensatz gegen alles andere bezeichnet. Der allgemeinste ausdruck dafür ist aber illud, und folglich ist ne illud soviel als ne dubites, illud est. Auf diese weise erklärt sich ganz natürlich, wie das demonstrative pronomen illud dazu gekommen ist der eigentliche stete begleiter des ne zu sein, dem, wenn es sich auf eine der sprechenden personen bezieht, das personale pronomen ego und tu, und wenn es auf einen ausdrücklich als gegenwärtig darzustellenden gegenstand geht, hic substituirt wird, wie in der s. 81 angeführten stelle des Plautus Pers. IV. 7, 2.

ne hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

und s. 89. Menaechm. V, 5, 1.

edepol ne hic dies pervorsus atque advorsus mi optigit.

Diese redensart besteht nun ganz für sich selbständig, und bedarf keiner beziehung auf einen anderen satz, wie bei dem Cicero Tusc. Q. I. 42, 99. nachdem er die letzten worte des sterbenden Sokrates angeführt hat: ne ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum omnium fortunas qui de hoc iudicaverunt. Und bei dem Plautus Curc. III. 16.

edepol ne ego hic nunc me intus explevi probe, p. 464
et quidem reliqui in ventre cellae uni locum,
ubi reliquiarum reliquias reconderem.

Daraus folgt nun von selbst, dass es einer rücksichtsnahme auf conditionalsätze gar nicht bedarf, und die beziehung auf eine bedingung etwas rein zufälliges, obwohl sehr natürliches ist. Denn da diese redensart eine starke, mit einer art von ausrufung ausgesprochene affirmation ist, so liegt es in ihrem wesen, dass sie nicht da, wo es einfach auf aussage einer wahrheit ankommt, sondern da gebraucht wird, wo an der wahrheit gezweifelt werden kann. Bei verwunderung, bei drohung, bei voraussagung was geschehen werde oder zu befürchten sei, alles dinge, die weil sie befremdlich oder ungewiss sind, ihrer natur nach von bedingungen abhängen. Diese einzige bemerkung macht alle von conditionalsätzen hergenommene unterscheidung überflüssig, und es kommt nur noch darauf an, ob jedes beispiel an sich richtig ist und keiner emendation bedarf. Zugleich ergiebt sich auch, warum dieses ne nicht in befehlenden oder ermahnenden sätzen gebraucht wird, was Madvig, Opusc. I. p. 361. auf dem empirischen wege, den er zu gehen gewohnt ist, richtig bemerkt hat, ohne einen klaren begriff von der redensart zu haben, wie schon die von ihm beibehaltene falsche schreibung nae beweist. Wer befiehlt oder ermahnt, würde durch eine redensart, welche die möglichkeit eines zweifels voraussetzt, seinen befehl oder seine ermahnung nur schwächen. Solche stellen also wie in den Bacchiden IV. 9, 79

ne ille alium gerulum quaerat, si sapiat, sibi,

oder im Trinummus III. 3, 31.

ne tu illud verbum actutum inveneris:

pol mihi quidem hercle non est quod dem mutuum,

sagen bloss was geschehen werde, nicht was geschehen solle.

Nicht minder erhellt aber auch, warum diese redensart stets den satz anfängt. Denn da sie eine art von ausrufung ist, kann sie ihrem wesen nach nicht als ein theil der vorhergehenden rede auftreten, folglich nicht durch conjunctionspartikeln, wie et, atque, sed, nam und dergleichen mit den etwa vorhergegangenen worten verbunden werden.

Ich will nun noch, indem ich die von herrn Fleckeisen zusammengestellten und meistens trefflich emendirten stellen
p. 465 der komiker durchgehe, einige einzelne bemerkungen wie sie sich mir darbieten, hinzufügen.

S. 71. Die katalektischen iamben im Persa des Plautus I. 1, 7.

qui ero suo servire volt bene servos servitutem,
ne illum edepol multa in pectore suo collocare oportet,
quae ero placere sentiat praesenti et absenti suo,

sind gewiss nicht zu verändern: vielmehr sind wohl auch die drei folgenden verse in diesem versmaasse geschrieben gewesen. Der wechsel der versarten ist wohlbegründet. Die ersten sechs verse der scene spricht Toxilus für sich: diese sind, wie es scheint, octonarii. Nun tritt v. 7 Sagaristio auf, auch für sich, aber in septenariis sprechend. Nach v. 12 werden erst beide einander gewahr, und nun entsteht ein gespräch in trochäen.

S. 72. wo herr Fleckeisen mir beitritt, da ich in den Bacchiden IV. 9, 132 statt ne ego cum illo geschrieben habe

ne cum illo pignus haut ausim dare,

obgleich diess das einzige beispiel sei, das eine präposition zwischen dem ne und dem pronomen habe, bemerke ich nur, dass überall im lateinischen wie in jeder andern ähnlich gestalteten sprache eine ihrer natur nach nothwendig vor dem worte stehende präposition syntaktisch mit diesem worte zusammen für ein wort gilt und gelten muss.

S. 74. Dass der verdorbene vers der Aulularia IV. 2, 3.

edepol ne illic pulcram praedam agat, siquis illam invenerit

so hergestellt werden könne,

édepol ne ille agat púlcram praedam, sí quis illam invénerit,

kann ich nicht zugeben, da ne ille nur ein trochäus, nicht

ein pyrrhichius sein kann. Von mehrern arten, wie sich der vers verbessern lässt, ist die leichteste und wahrscheinlichste die, pulcram als zur erklärung hinzugeschrieben zu streichen, und zu setzen,

édepol ne illic práedam agat nunc, sí quis illam invénerit
aúlam onustam aurí.

Ueberhaupt kann der lange vocal des ne weder elidirt werden, noch in der krasis mit einem kurzen vocal eine kurze sylbe geben. Daher bedürfen auch folgende stellen einer verbesserung.

S. 86. Terenz Adelphi IV. 2, 1.

ne égo homo infelix: prímum fratrem núsquam invenio
géntium.

Diess ist von Bentley, der ungewiss war, wie er schreiben sollte, da die vulgata ne ego homo sum infelix gab, zwei p. 466 handschriften aber homo wegliessen. Wahrscheinlich ist vielmehr, dass primum wegzuwerfen war:

né ego homo sum infélix: fratrem núsquam invenio
géntium.

Die natur dieses ne verlangt es, dass das wort überall vernehmlich gehört werde, was nicht geschehen könnte, wenn das ne elidirt würde. Es können daher die worte ne ego nirgends einen pyrrhichius geben. Am auffallendsten zeigt sich dieser fehler s. 78. Heaut. IV. 6, 21. in dem auch von Bentley unverändert beibehaltenen verse

ne ego fórtunatus hómo sum. deamo té Syre.

Recitirt man diesen vers, so hört man die zwei kurzen sylben nego, aus denen niemand errathen kann, dass das ne ego, was nothwendig né ego ausgesprochen werden müsste, sein soll. Dieser auch sonst noch durch das hómo sum fehlerhafte vers kann daher so nicht gelautet haben. Der Leipziger codex hat nach sum ein fragzeichen. Diess führt zu einer vermuthung, die sich durch den sinn wie durch das versmaass empfiehlt:

Sumne égo homo fortunátus? deamo té Syre.

Derselbe fehler findet sich noch in folgenden stellen. s. 76. Heaut. V. 1, 77.

Sét Syrum — ME. quid eúm? CH. ne ego, si vivo, ádeo
exornatúm dabo.

Bentley hat mit recht, wie ich glaube, das ne weggeworfen,

aber, da er asynarteten bei dem Terenz nicht bemerkt hatte, eum vor adeo wiederholt. Das war unnöthig, und der vers richtig so:

Sét Syrum — ME. quid eum? CH. égo, si vivo, ádeo exornatúm dabo.

Das egone bei dem Nonius ist vermuthlich aus ego nunc, einer metrischen correctur älterer grammatiker, entstanden. Ferner s. 90. Pers. IV. 8, 3.

TO. redís tu tandem? DO. rédeo. TO. ne ego hodié bonam.

Hier ist ohne allen zweifel zu schreiben:

TO. redís tu tandem? DO. rédeo. TO. ne ego tíbi bonam vitam hódie feci. DO. fáteor. habeo grátiam.

S. 88. Stich. IV. 2, 9.

édepol ne egomet míhi nunc mille módium esse argentí velim.

Die hergebrachte lesart ist edepol ne egomet mihi modium nunc mille esse argenti velim. Es wird zu schreiben sein:

p. 467 édepol ne ego míhi nunc modium míle esse argentí velim.

Endlich s. 85. Most. III. 1, 37.

iam illó praesente adíbit: ne ego homo súm miser.

Dass hier homo wegzustreichen ist, erhellt ganz klar daraus, dass Tranio seine worte wiederholt:

TH. quo té agis? TR. nequoquam ábeo: ne ego súm miser.
sceléstus. natus dís inimicis ómnibus.
iam illó praesente adíbit: ne ego súm miser.

Nur dann könnte homo vertheidigt werden, wenn geschrieben würde sumne homo miser? Wie in dem ersten dieser drei verse, so ist auch in den vielen anderen beispielen, in denen diese formel vorkommt, überall ne ego ein tribrachys, und folglich in versen wie s. 77. Asin. V. 2, 19.

táce modo. ne ego íllum ecastor míserum habebo,

und s. 89. Curc. III. 16.

edepól ne ego hic nunc me íntus expleví probe,

der fuss, in welchem ne ego steht, dreisylbig.

Noch habe ich über einige andere stellen etwas zu bemerken. S. 86 Pers. IV. 6, 15. würde, wenn man schriebe

atque édepol ne tu mé commonuisti haút male,

die nicht nur aus induction, sondern auch, wie gezeigt worden, aus dem wesen der redensart hervorgehende regel, dass ne den satz anfangen müsse, übertreten werden. Auch

käme me unpassend unter den ictus. Ueberdiess gehört aber die redensart gar nicht hierher. Es wird daher zu schreiben sein,

atque édepol tu me núnc commonuisti haút male.

Selten findet sich nach dem ne ein anderer casus des personalen pronomens als der nominativus. Richtig ist s. 79. Menaechm. V. 7, 31.

édepol, ere, ne tíbi suppetias témpore advení modo.

So auch s. 85. Bacch. IV. 2, 13.

nê tíbi hercle haut longe est ós ab infortúnio.

Diess ist die hergebrachte auch von Bentley und Ritschl anerkannte lesart, und ich hätte das ne nicht verwerfen sollen, da das als kurze sylbe gesetzte hercle sich rechtfertigen lässt. Nicht hingegen für richtig kann ich s. 75. Poenul. III. 3, 80. erkennen, wo, nachdem Collybiscus gesagt hat,

ego id quaero hospitium, ubi ego curer mollius
quam regi Antiocho oculi curari solent,

Lycus antwortet: p. 168

edepól ne tibi possum íllud festivum dare,
si quidem potes pati te esse in lepido loco.

Denn auf das tibi, das füglich wegbleiben konnte, kommt gar nichts an, sondern illud ist das, was den gegensatz giebt. Es wird daher wohl zu schreiben sein,

edepól ne illud tibi póssum festivúm dare.

Derselbe fall ist s. 90. im Heaut. IV. 6, 12, so dass zu schreiben ist,

ne istúc me prius ex te aúdivisse gaúdeo,

statt ne me istuc.

Sehr richtig hat zu der Haasischen anmerkung herr Fleckeisen nun noch hinzugefügt, dass, wo das pronomen als frage vorausgeht, in der antwort die ordnung umgekehrt wird, und das ne dem pronomen nachstehen muss: z. b. s. 92. Stich. IV. 2, 52.

égone? tu ne. míhine? tibi ne. víden' ut annona ést gravis.

Ganz natürlich. Denn auf die frage egone muss zuerst die antwort tu, dann die versicherung ne dubites folgen.

ORATIO IN QUARTIS FESTIS SECULARIBUS ARTIS TYPOGRAPHICÆ

habita D. XXV. M. Junii A. MDCCCXL. *)

Rector academiae magnifice,
decani maxime spectabiles,
viri generis, munerum, honorum, meritorum splendore amplissimi,
fautores honoratissimi,
commilitones carissimi.

Inventa est ante quattuor secula ars, quae facis instar luci pandendae destinata non est mirandum, si aliquando comitem habuit fumum aut excitavit incendium. Nam in magnis etiam nocendi facultas est, quae testis est potentiae: contemnunturque, quae non habent quo timeantur. Eius artis inventionem quum seculari festo celebramus, tam larga suppetit dicendi materia, ut, etiam si praecipua tantum attingere conarer, verendum mihi intelligam, ne multo maius quam cui par essem viderer opus agressus esse. Ac ne vos quidem, auditores, exspectare arbitror, ut, quae his diebus multi gravissimis orationibus, elegantissimis carminibus, doctissimis libris copiosissime ornatissimeque explicant, ea ego brevi sermone summatim et strictim comprehendere audeam. Immo aliud est, idque, ut mihi quidem videt ur, nec leveet accommodatius Academicis huius festi sollemnibus, ad quod eos animum advertere deceat, quibus ex illa arte nec perfectionis ad quam evecta est gloria, neque opes et divitiae

*) Edita Lipsiae 1840 sumtibus Ernesti Fleischeri.

quas ostentare possimus affluxerunt, sed illud sobrium ac severum gaudium enatum est, quo mentes hominum erroribus liberatas, quo animos ex sopore excitatos, quo lumen litterarum cum populo communicatum, quo liberalem eruditionem ingenuamque humanitatem in omnem vitam illatas laetamur; dum laetamur autem, simul ancipiti exspectatione inter dubia temporum admonemur, ut ipsam huius festi rationem contemplantes ea cum temperatione laetitiae, quam iusta rerum aestimatio imperat, quaeramus quid celebretur et a quibus celebretur et qua spe quove metu celebretur. Nam unaquaeque res duplicem faciem habet, nec, dum alteram intuemur, obliviscendum alterius est.

Considerantibus nobis, auditores, quanta contentione, quantis opibus, quanto apparatu memoria inventae artis typographicae recolatur, non dubium videatur necesse est, quin non tam natura artis atque inventio hoc studium excitaverit, quam status in quem adducta est florentissimus et fortunatissimus, cogitatioque summorum bonorum, quibus p. 4
per eam genus humanum est affectum. Sed haec maiora et graviora quoniam me aliis relinquere significavi, hoc tantum mihi sumam, ut paucis de ipsa inventione illius artis naturaque exponam. Nam in inventione quidem artis typographicae hoc singulare est, quod multo admirabilior eius non inventio fuit quam inventio, in natura autem, quod uno felici iactu inventa, vias quibus perficeretur ipsa monstrabat.

Accepimus primos fuisse Sinas, sollertissimam gentem, a quibus excogitata sit ars haec, quae ut inter nos nata merito quidem, sed tamen non ut solis Germanis propria, laudibus effertur. Delituit illa apud Sinas multa per secula, ut apud homines a cetero orbe divisos nec caelestis quod vocant regni instituta cum aliis populis communicantes. Quid vero de eo censeamus, quod ex reliquis orbis terrarum gentibus ne eae quidem, quae alacritate et exercitatione ingenii, quae intelligentia rerum mathematicarum et mechanicarum, quae exactissima omnis generis artium peritia cultissimae fuerunt et politissimae, litterarum figuras membranis, chartae, aliive materiae imprimere reppererunt? Profecto hoc tam mirabile est, ut, nisi ita esse sciremus, ne credibile quidem videretur. Quid enim? Non pedum in limo et pulvere vestigia, non digitorum in luto fingendo notae, non imago

tinctae pigmento manus in rebus attrectatis relicta viam monstrabant litterarum lineamenta tabulis inferendi? Quin ne annulorum quidem signa ceris impressa, quae proxime ad typographorum artem accedunt, ut longius progrederentur monuerunt. Denique quid de eo dicamus, quod de natura deorum disserens Cicero scripsit, non intelligere se cur, qui mundum effici potuisse corporum concursione fortuita existimet, non putet, si innumerabiles unius et viginti formae litterarum vel aureae vel quales libet aliquo coniiciantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici, quod se nescire an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna? Quid vero proclivius erat, quam ut formas litterarum innumerabiles imaginanti in mentem veniret, si eae formae non casu, sed consilio componerentur, non dubium esse quin ex iis et Ennii annales et quilibet alii libri confierent? Profecto aut fati quaedam vis mentes hominum obcaecaverat, aut, quod credere pium est, divina providentia tum demum caliginem ab oculis discussit, quum illud tempus instabat, quo longe saluberrimus ex recenti arte fructus esset proditurus. Paullo enim ante inventa est, quam expugnata a Turcis Constantinopoli complures Graeci in Italia, quae et ipsa non paucos habebat egregie doctos homines, perfugium quaesiverunt: per quos quum semimortua litterarum studia reviviscerent alacrique impetu nova caperent incrementa, certatim praestantissimi veterum Graecorum et Romanorum libri legebantur explicabanturque: qui libri quo molestiore et sumptuosiore opera non sine multis mendis describebantur, eo opportunius adiumentum afferebat nova ars, quae eos sine tanto labore tantaque impensa ita multiplicabat, ut corrumpi multiplicando non possent. Paullo post autem, vigentibus iam studiis litterarum latiusque omnia lumine suo collustrantibus, vehementissimae illae de sacris rixae exortae sunt, quibus effectum est, ut qui se a pontificiis separaverant libros sacros in patriam linguam versos populo legendos traderent, quo quivis ipse quid illis in libris scriptum aut non scriptum esset noscere, veraeque pietatis praecepta ex iis haurire posset. Quo perveniri non potuisse sine artis typographicae auxilio apertum est, ea ars ut illo ipso tempore inventa videatur, quo in fatis erat ut profanae simul et sacrae litterae, alterae excolendo liberali-

bus studiis populo, alterae liberando a vinculis pontificiis ingentem rerum commutationem procrearent. Ac testatur quidem illa ars sollers repertoris ingenium eximiamque industriam, sed tamen, si bona illa quibus genus humanum beavit mittimus, ipsa per se aliquanto minus quam multis videtur admirabilis est. Nam ex hoc solo pendebat eius inventio, ut alicui in mentem veniret, singulas litterarum formas una in tabula ita coagmentatas, ut eximi cum aliisque permutari possent, pro varia positura quaevis verba repraesentare. Quod semel mente et cogitatione conceptum quomodo efficiendum esset, facile deinceps res ipsa monstrabat. Nam quid fieri oporteat si qua in re intellectum est, cetera se sponte offerunt, suppleturque tentando, si quid deesse ad perfectionem videtur. Quae esset autem ars typographica, si scribendi ars non esset inventa? et tamen hanc typographorum artem, tempore inventam artibus florentissimo, maxima sollemnitatis pompa celebramus; illa autem, rudi aevo nata, cuius repertor ignotus est, nulla sollemnia, nullum honorem monumenti, nullam instaurationem memoriae habet. Atqui illo homine, qui scribere primus instituit, nihil admirabilius, nihil divinius fieri potuit. Cogitate enim, auditores, et fingite animo, quantum hoc sit, vocis non solum multiplices, sed etiam maxime volubiles sonos veluti consistere cogere; vocem ipsam, quae solis auribus percipitur, pictam subiicere oculis, quaeque ore edita sunt, audienda per oculos etiam longe remotis, etiam serae posteritati proponere: quod iis qui primo factum viderunt non minus incredibile videri debuit, quam figuras et colores corporum cerni a caecis. Est autem illud inventum eo admirabilius, quod qui scripturam excogitavit, fere non eos sonos, qui natura sua vocales sunt, sed qui consonantes vocantur figuris expressit, quorum sonorum multo tenuior multoque subtilior et quasi fugacior natura est, quam vocalium, ut incredibili attentione summoque acumine opus fuerit ad discrimina eorum et varietates notandas. Huius igitur tanti tamque divini hominis et nomen et memoriam vetustas obruit: quem, quisquis fuit, summis honoribus coli quum ab omnibus, tum maxime ab iis oportebat, qui si ille non fuisset, ne haberent quidem illam cuius inventione gloriantur artem typographicam.

Sed veniendum est, auditores, ad alterum eorum, de

quibus me dicturum significavi, qui sint illi, qui inventae artis typographicae memoriam celebrent. Credat quis, quoniam utilitas ejus ad omnes pertinet, neminem esse qui se segreget a communi approbatione. Tamen nescio an id permulti faciant. Non dico facinorosos, qui quam parum metuant in actis diurnis describi, crescens in dies lenitate puniendi numerus eorum arguit, sed illos nec paucos neque infimi ordinis, quorum interest hominum mentes crassa in caligine versari, quo eas vel religionis terroribus stupefactas vel alieno arbitrio parere suetas in potestate sua ac dominatione contineant. Qui quum exstirpare nequeant artem quae ipsis potentior facta est, nunc frangere eius potentiam conantur, nunc utuntur ea ad fucandas fallacias, quibus se capere homines sperant. Ceteri gaudent arte typographica, laetique hoc festum concelebrant. Celebrant qui legendo vel erudiri vel oblectari vel cognoscere quid novi accidat cupiunt; celebrant qui scribunt, et horum quidem alii ut doceant, alii ut placeant, alii gratia odiove ducti, alii iique non pauci, ut vitam tolerent: celebrant denique quorum negotium in arte typographica positum est, librarii ipsique typographi, et qui in horum sunt officinis occupati. Hi omnes uno ore, non autem animo eodem artem illam laudant. Nam utilissimam quidem
p. 6 et sibi et in commune esse omnes consentiunt, sed quoniam caussae illius utilitatis diversissimae sunt, aliud aliorum est gaudium, atque honestissimum quidem eorum, qui vel doceri vel docere alios cupiunt: quamquam horum etsi multo commodior per eam artem, tamen etiam haud paullo deterior facta est conditio. Sunt enim hi de quibus loquor docti, qui quum illo tempore, quo propemodum soli facultatem usumque legendi et scribendi possidebant, ob eam ipsam scientiam admirabiles viderentur summoque in honore essent, maxima parte illius admirationis et dignitatis exuti sunt, ex quo litterarum cognitio per omnem populum diffusa effecit ut etiam indoctus quisque doctis a vulgo adnumeraretur. Facile tamen illi hanc famae suae atque existimationis imminutionem ferunt, quia eam intelligunt nullo modo ad illorum amplitudinem commodorum, quae ex arte typographica ad se redundarint, posse comparari. Pessimi vero planeque indigni communione huius quod agitur festi, quamquam inter laetantes atque exsultantes non ultimi, illi sunt non pauci, quos

non pudet plenis fanatica superstitione libellis, turpibus et obscenis fabulis, calumniosis et seditiosis scripturis, cuiusmodi scripta cupide expeti sciunt, populi mores et studia corrumpere. Iustissimas autem sine dubio caussas laetandi habent librarii et typographi. Iam enim non servit studiis litterarum hominibusque litteratis res libraria, sed imperat, tributariisque non uno modo factis qui se litteris dediderunt, tantis opibus effloruit, quantas ingens huius festi apparatus testatur luculentissime. Est autem quod illis opibus non hi solum, sed omnis urbs nostra et civitas, atque adeo universa patria gaudeat felicemque se praedicet. Communes enim sunt totius reipublicae, tantamque vim nacta sunt commercia rei librariae ac typographicae, ut in iis potentissimus quidam nervus insit, qui res nostras animet, roboret, fructibusque ditet uberrimis: ita ut alere ea, fovere, tueri, firmare praecipua debeat civitatis cura esse. Non sunt tamen illae tam eximiae tamque admirabiles rei librariae opes vacuae sollicitudine, si quanta iis pericula ex ea quae nunc est rerum omnium atque animorum fluctuatione immineant consideramus. Atque hoc denique tertium est, auditores, de quo dicere constitui, qua spe quove metu hoc festum celebretur.

Nullum est genus doctrinae, quod non his temporibus tantos tamque rapidos fecerit progressus, ut quorsum hoc evasurum sit, non videamur animo posse praecipere. Nulla pars naturae neque in caelo neque in terra neque in mari neque in imis telluris visceribus est, quae non diligentissima operosissimaque cura pervestigetur; nulla rerum elementa nullaeque vires, quae non sollertissimis ingeniosissimeque excogitatis experimentis explorentur; nihil in rerum gestarum memoria, quod non ex abditis locis in lucem prolatum sagacique iudicio perpensum modo labefactetur, modo firmetur, modo corrigatur: nihil in gentium populorumque vel clarorum vel oblivione pene sepultorum institutis moribus, linguis, quod non accuratissimis doctorum studiis explicetur atque illustretur; nullae neque in nostris neque in remotissimis oris urbium, castrorum, templorum, monumentorum ruinae, nullae cavernae tumulorum et bustorum, ad quas non penetrare, quas non perquirere, non in tabulis pictas exhibere, non verbis describere curiosa antiquariorum industria conetur: praetereo theologorum obstinatas de rebus sacris

et religiosis contentiones, philosophorum de divinis atque humanis rebus pertinaces disputationes, aliorumque innumerabilium de sua cuiusque arte ac disciplina commentationes: quae omnia quantam quamque immensam producunt libro-
p. 7 rum copiam, quorum redemptio, impressio, venditio quantis, quam variis, quam diuturnis opus habet sumptibus, quantumque affert iis qui harum rerum curam receperunt periculum iacturae. Quod si eadem proportione, qua crescunt praesidia doctrinarum, etiam utendi illis praesidiis opportunitates augerentur, non esset verendum ne quid detrimenti ex tanta mole sua caperet res libraria. Nunc vero contrarium fit, quum quo magis materia atque instrumentum eruditionis augescit, eo malignius alendae nutriendaeque eruditioni consuli videatur. Nam praecipua seculi cura eo tendit, ut, tamquam in mercatura, diligenter subductis rationibus ea tantum comparentur, quae statim in usum versa praesens lucrum afferant. Hinc festinatur institutio puerorum atque adolescentium, ut quam plurima, et tamen in iis haud pauca inutilia, quam brevissimo tempore discentes, tantum sibi modo scientiae parent, quantum opus sit ad munera civilia mediocriter gerenda, impensae autem in litterarum cultum tam circumspecte et parce, quam large et profuse in eas res fiunt, quae eruditione et studiis litterarum potiores habentur. Nam si hic illic litteris non propter utilitatem reipublicae, sed propter ipsarum dignitatem iusta liberalitate prospicitur, at in universum tamen plurimi eorum qui in litteris versantur ea conditione sunt, ut ne officiis quidem suis possint prae vitae sustentandae cura satisfacere. Et tamen horum tenues reditus haud raro non modo non augeri, sed etiam minui sollicitque circumcidi videmus. Ita multi doctorum labore et curis misere contabescunt, homines nefarii autem et capitali supplicio digni non modo vivunt, victuique eorum et cultui in saluberrimis locis provisum est munificentissime, sed etiam bene se habent, ridentque clementiam, qua mox denuo in proborum civium perniciem sint abusuri. Admirabilis vero seculi humanitas, quae liberalis in perditos, parca est ad ea, in quibus anima reipublicae et vitalis spiritus est. Haec neglectio atque contemptio eorum, quos pro munerum suorum atque officiorum ratione erudiendo excolendoque populo operam navare oportebat, magnum momentum etiam ad sta-

tum rei librariae habet, ut quam pro numero hominum, quibus neque ad emendos libros facultates, neque ad utendos otium et iusta institutio desit, aut florere aut marcescere necesse sit. Ac profecto id iam sentiri coeptum est, luendumque posthac magis erit, facta penuria doctorum. Videmus repertum esse, ut alliciendorum emptorum caussa libris per temporis intervalla particulatim vendendis dissimuletur magnitudo pretii; videmus libros longo studio multaque opera elaboratos redemptorem non invenire, quia divendendi non eadem quae superiore aevo spes est. Quo apertum est, illos ipsos qui scribunt a diligentia et severitate ad negligentiam et levitatem averti. Hinc exorta est innumerabilis multitudo hominum immemorabilium, qui quaestus caussa inepta, vana, futilia scribentes nec populo prosunt, et corrumpendo mercatu faciunt ut res libraria arbori similis evadat, cuius quo latius rami panduntur, eo angustius solum relinquatur radicibus. Augetur autem illud malum eo, quod etiam iudicia de libris venalia sunt, ipsorumque iudicum haud exiguus numerus ex ipsis illis compositus est vanis scriptoribus, qui etiam si vellent, ne possent quidem qui boni libri, qui mali essent iudicare. Quo iam et laudationes librorum et vituperationes auctoritate destituuntur, ut ne maxima quidem praeconia magnopere ad emptionem invitent.

Denique vero magnum et nescio an maximum periculum ex trium imminet gravissimorum malorum conflictione. Conspirarunt enim contra rem librariam quamvis inter se discordes impudentissima quorumdam scriptorum audacia, inconsideratus multorum libertatem preli poscentium clamor, magnus denique eorum penes quos summa rerum est metus. p. 8
Exorti sunt exoriunturque ubique iuvenes iustae disciplinae rudes, sed non expertes ingenii, qui abiecta omni verecundia religioni sanctitatem, regibus maiestatem, nobilitati hereditariam a maioribus gloriam eripere studentes, novarum rerum cupiditate animos incendunt, praetentaque inani specie libertatis et aequati omnium iuris eos, qui sorte sua non contenti sunt, quales ubique inveniuntur, apertius tectius ad seditiosa consilia exstimulant. Quorum hominum insania, accepta vulgo, lucrosa rei librariae, si ut aequum est reprimitur et coercetur, ingens undique auditur clamor, prelum liberum esse debere; criminosa si quis scripserit, puniendum

esse perpetrato crimine. Quod qui dictitant, non distinguere videntur res diversissimas. Nam etsi verissimum est, crimina non ante quam commissa sint esse punienda, tamen preli ea ratio est, ut in eius usu quod admittitur crimen triplex sit, unum scriptoris, quod fit tradendo ad imprimendum libro; alterum librarii vel typographi, quod committitur imprimendo; tertium civitatis, quod est in permissione evulgandi. Quae quum temporis spatio inter se distent, apparet destinati criminis reum esse scriptorem, perpetrati librarium vel typographum, permissi et quasi sanciti civitatem, quae sciens crimen patrari, punire postquam patratum sit, quam impedire ne patretur malit. Quod simile est, ut si quis ei, qui interficere aliquem iussus sit, eripere mucronem dubitet, ut interfecto demum illo et interfector et qui iussisset interfici puniantur. Accedit rei atrocitas, quod revocari semel scripto multiplicata vox nequit, nec puniendo aut restingui accensa flamma potest, aut elui adspersa innocenti infamia. Quocirca sapienter a maioribus nostris constituti sunt censores, qui caverent, ne impia, impudica, iniuriosa, seditiosa in publicum proferrentur: eaque non modo optima, sed unica ratio est, qua intra iustos limites possit scribendi temeritas contineri. Quamquam haec ipsa censorum constitutio nuper osores atque adversarios invenit acerrimos, non quod ipsum munus censorium invidiam haberet, (cur enim nuper demum auditae sunt istae querelae?) sed quod male abuti coeperunt potestate sua censores: quae tamen non ipsorum culpa est, sed eorum quorum mandatis parere coacti sunt. Regnat enim nunc Gallici terroris filius metus, mali patris non bona proles. Quid vero metuitur? Notum id omnibus est, nec celant ipsi qui metuunt. Ac scimus minime vanum fuisse eum metum: at illud tamen apertum est, metuendo caussas ali metuendi, diffidere suis viribus viso qui metuit. Nam ubi fiducia est, ibi non est metus: fiducia autem est, ubi est iustitia: quae tantum valet, ut aut ipsa per se improbos a coniurando deterreat, aut, si qui ausi sint conspirare, non audiantur nisi a perpaucis iisque hominibus nequam et contemnendis. Etenim iusto et aequo imperio parent homines libentissime, plenaque sapientiae est celebrata ab Horatio ludentium puerorum nenia, qui rex eris si recte facies dicebant. Exemplum in promptu est. Felices prae aliis populis Saxones sumus eius

regis imperio, cui quod metuat nihil habenti, omnia autem quibus confidat, unicum, sed quovis alio firmius praesidium est amor populi. Metus per se ipse non solum audaces, sed etiam timidos ad detrectationem obedientiae provocat: qui si etiam sentiendi, dicendi, scribendi libertatem coercet, acerbissimum animis virus instillat, quod quo lentius in occulto acescit, eo vehementiore tandem impetu atque exitiosiore erumpit. Frustra, quae quis legi a populo nolit, excidat chartis aut atramento inducto oculis subtrahat: nam etiam apud hebetes et stupidos gliscit suspicio acuitque mentes, et qui prudentiores aut sagaciores sunt, facile vias exquirunt, qui- p. 9
bus celata comperiant, quae eo cupidius arripiunt, quia non sine caussa celari intelligunt. Frustra praefracte vetatur de quibusdam rebus scribi: nam quum credatur formidari ne vera innotescant, vera illa non bona esse putantur. Hinc etiamsi non palam cognoscuntur, tamen, quo magis ipsum silentium clamat esse quod non sit cognoscendum, eo attentior redditur suspicio, augetque atque in gravius vertit, quod aperte dictum neminem magnopere commovisset. In tanto discrimine quoniam alii non coerceri scribendi libertatem volunt, alii autem coercendam esse maxime censent, omnium pene vocibus lex flagitatur, quae utrisque satisfaciat: frustra: nam quod aequitatis et prudentiae est, natura sua legem ab se spernit, ut, si tamen lex feratur, ea per se irrita sit, viamque non parendi praemonstret: cuiusmodi est quod quidam suaserunt, ut numerus chartarum pro norma constitueretur, utrum quid necne subiiceretur iudicio censoris: quasi aut scriptor ullus tam excors futurus sit, aut ullus typographus vel librarius tam artis suae negotiique imperitus, qui non contrahendi scripta vel dilatandi multos modos in promptu habeat, lucrumque non magnitudine pretii, sed numero venditorum exemplarium computare didicerit. Optime consultum est civitati, quae quam paucissimas leges, easque quam brevissimas et planissimas habet: nostra vero aetas, omnia recte se habere rata, si etiam minutissima quaeque in tabulis perscripta sint, tam ferax est legum, ut non solum multa quae sponte et sine lege fiunt praecipiantur, sed iubeantur etiam non pauca quae fieri nequeunt, eoque aut palam non fiunt aut simulantur fieri: ex quo nascitur legum contemptio, eorumque qui ferunt leges irrisio, postremo autem totius

reipublicae dissolutio. Praedicat historiarum scriptor Cornelius Tacitus felicitatem temporum, ubi sentire quae velis et quae sentias dicere liceat. Eam felicitatem invident nobis qui vera dici vetantes, non vera creditum iri sperant. Aeterna est, eoque invicta veritas, neque ullis potest machinis opprimi, sed quo magis quis opprimere conetur, eo maiores sumit vires, Lernaeaeque excetrae instar, si unum caput recidatur, alia ex vulnere multa nascuntur capita. Serpit per omnes gentes excitator mentis genius, et nunc lentius nunc celerius ferventem veri scintillam flatu suo animat. Vivit adiutrix eius res libraria, viget, floret, nec reprimi iam ulla vi potest. Nihil tam reconditum, tam abditum, tam pro arcano custoditum est, quod non emergat, non in lucem proferatur, non, etiam si aliquamdiu oppressum fuerit, tamen serius ocius virtuti debitam gloriam restituat, vitio meritam attribuat infamiam. Frustra imperatur mutum esse. Inventum est dicendo tacere, dumque tacetur, vocem addere silentio, quae quia est tacens meditatio factis loquendi, eo periculosior est, quo est insidiosior. Sed fatale est rebus humanis, ut, si semel a vero et recto discessum sit, omnia in contrarium vertant, quodque maxime quis vitare cupit, in id vitando se ipse praecipitet. Facto cognitum est, crescere ignorantiam sedulitate docendi; procreari impietatem inculcanda pietate; invitari ad latrocinia et caedes cura carcerum atque ergastulorum; quodque omnium gravissimum est, cavendi anxietate ne qui res novas moliantur, semina iaci conspirationum, motuum, turbarum, armaque quasi de industria etiam invitis obtrudi. Quo magis optandum est, ut ii, quorum in potestate est res libraria, ea moderatione utantur, quae iustam et aequam scribendi libertatem relinquat, nec prohibeat vera, etiam si ingrata quibusdam sint, evulgari. Nihil enim aegrius homines ferunt, quam vera dicendo sibi interdici. Ac profecto nulla gravior neque intolerabilior servitus est: nam corpus alienare a nobis possu-
p. 40 mus: animo si veritas, in qua eius natura est, ereptum itur, homo ex homine tollitur. Id facere ausus qui nuper magnam partem orbis terrarum armis subegerat, maximo cum malo suo didicit, non vi et terrore, sed iustitia et suapte virtute quum alios regi velle populos, tum maxime Germanos: quam gentis nostrae mentem, nisi omne nomen Germanum exstinguatur, frangi non posse, tot illustria ubique exempla testan-

tur, ut confidamus iustam dicendi scribendique libertatem ex praesenti pugnantium inter se studiorum contentione denique salvam atque incolumen esse evasuram, eoque haec quibus omnes gaudemus florentissima rei librariae commercia, hanc admirabilem et supra quam dici potest elaboratam artis typographicae perfectionem, quodque ex his confectum et comparatum est totius reipublicae ornamentum atque praesidium, sustentatum, communitum, stabilitum iri. Macte ergo arte tua esto, Ioanne Gutenbergi, et fruere quam merito adeptus es gloria: tu ingens impertivisti orbi beneficium, tu lumen accendisti litteris, tu veritati, sapientiae, scientiae omni viam ad hominum mentes stravisti brevissimam, planissimam, certissimam: tuum est, quidquid ars tua boni hominibus et adhuc attulit et posthac afferet, nec tibi, si dubiam quae nunc est serenitatem surgens nubes obfuscet, sed illis imputabitur, qui vel proterve abusi fuerint arte tua, vel intemperantius ei frena iniecerint.

Über Friedrich Wolfgang Reiz.*)

»Es ist etwas sehr erfreuliches, eine so grosse Anzahl p. 6
von Männern vereinigt zu sehen, die ihre Thätigkeit den Studien gewidmet haben, die, obgleich vielfach verkannt, und durch andere Interessen zurückgedrängt, doch eben durch die rege Theilnahme, die sie finden, den Beweis geben, dass sie einen Werth besitzen müssen, der sich durch sich selbst aufrecht erhalten und sein Recht behaupten werde. Und wo könnte eine solche Versammlung wohlgemutheter und freudiger stattfinden, als in der reich mit Schätzen der Wissenschaft und Kunst ausgestatteten Haupt-

*) Rede, gehalten in der ersten öffentlichen Sitzung der 7. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Dresden am 2. October 1844. (Abgedruckt aus den Verhandlungen d. 7. Vers. d. Ph. u. Sch. p. 6 ff.)

stadt eines Landes, das durch die weisen Stiftungen, durch die thätige, jeden Fortschritt der Cultur befördernde Fürsorge, und durch den stets aufmerksamen, die Wissenschaften nicht bloss beschützenden, sondern aus eigner Vertrautheit mit ihnen begünstigenden Sinn seiner Fürsten, so wie durch die geistige Kraft seiner Bewohner, seit Jahrhunderten ein vorzüglicher Sitz ernster und gründlicher Gelehrsamkeit ist; in einem Lande, in welchem kein in trüber Befangenheit abgestumpfter Geist der Verfinsterung dem natürlichen Verstande, der gesunden Vernunft, und der freien Rede Fesseln anzulegen bestrebt ist, sondern die geistige Thätigkeit sich ungehindert bewegen, und was sie für wahr, für recht, für gut erkennt, ohne Scheu und ängstliche Besorgniss aussprechen darf?

Indem ich mit diesem Gefühle eine Versammlung begrüsse, in der ich so viele hochverdiente Männer, so viele theure Freunde, so viele erblicke, die einst meine Zuhörer waren, oder denen ich durch Gleichheit der Studien näher gekommen bin, freue ich mich eine Veranlassung gefunden zu haben, die Gesinnungen, die uns wie überhaupt in unserm Berufe, so auch in den Beschäftigungen dieser Tage leiten sollen, so aussprechen zu können, dass ich zugleich eine Pflicht der Pietät erfülle. Zum Andenken an die gegenwärtige Versammlung ist durch die meisterliche Hand des Herrn Münzgraveur Krüger das ausdrucksvolle Angesicht meines Lehrers Friedrich Wolfgang Reiz in einer Medaille nach einem treuen Miniaturgemälde so ganz, wie ich ihn lebend fast täglich vor Augen gehabt habe, wiedergegeben worden.

p. 7 Was dieser Mann war, von dem eigentlich zuerst rationale Sprachphilologie ausgegangen ist, welche ausgebreitete Kenntnisse er besass, wie gründlich seine Untersuchungen, wie scharf und folgerecht sein Denken, wie klar und lehrreich sein Unterricht, wie uneigennützig, wie dienstfertig, wie aufopfernd seine Handlungen, wie offen und freundlich und heiter sein Benehmen im Umgange, wie alles gute anerkennend und alles schlechte freimüthig strafend sein Urtheil, wie rein und lauter und fromm sein ganzes Gemüth war, ist in dem ersten Bande von Schlichtegrolls Nekrolog, und in kürzerer Schilderung in dem von *D*. Bauer

seinem Andenken gewidmeten Schreiben an Blümner so wahr und richtig dargestellt, dass die Würdigung des Mannes ihr volles Recht erhalten hat. Nur eins vermisse ich in diesen Schriften, die Angabe einzelner Züge, aus denen ein anschauliches Bild hervorgeht. Denn wer von Menschen sprechen hört, die er nicht persönlich kennt oder gekannt hat, macht sich unwillkürlich eine Vorstellung von ihnen, meistens aber eine solche, die weit von der Wirklichkeit abweicht. Deshalb will ich mir erlauben sowohl seine äussere Erscheinung zu beschreiben, als einige wenn auch unbedeutende Einzelnheiten von ihm zu erwähnen, da man überhaupt nur an kleinen Dingen das charakteristische eines Menschen wahrnimmt, und ohne diese jede Schilderung in allgemeinen Ausdrücken entweder einem vordädalischen Standbilde mit geschlossenen Armen und Beinen, oder einer Nebelgestalt ohne bestimmte Umrisse gleicht.

Reiz war ein Mann mittlerer Grösse. Lange Zeit mit bittrer Armuth kämpfend, war er durch vieles Sitzen und besonders durch langes Stehen bei der Arbeit steif im Kreuze geworden; daher trug er sich etwas vorgebeugt. Seine Kleidung bestand, ausser wo er von amtswegen schwarz ging, in Rock, Weste und Beinkleid von weissem Tuch, schwarzen Strümpfen, und Schuhen mit silbernen Schnallen. Dabei führte er einen Stock von spanischem Rohr mit schwarzer Quaste. Eine Perücke mit Haarbeutel vollendete den Anzug. Im Hause trug er einen dunkelgrauen Oberrock und über seinem dichten schwarzen Haar eine Mütze. Sein nachdenkendes, überlegendes, recht eigentlich den bedächtig prüfenden Kritiker zeigendes Angesicht kann nur die Medaille vergegenwärtigen. Wer ihn sah, musste sogleich den Stubengelehrten in ihm erkennen. Aber dieses Wort hat eine doppelte Bedeutung. Versteht man darunter, wie gewöhnlich, einen Mann, der für nichts weiter Sinn hat als für sein Geschäft; der alles gering schätzt, was nicht zu seinem kleinen Kreise gehört; der eben darum selbstsüchtig und stolz ist auf die Wichtigkeit seines Treibens; einen starren Leichnam mit offnen Augen, der es nicht merkt, dass er gestorben ist: so war Reiz von diesem allen gerade das Gegentheil. Denkt man sich hingegen unter einen Stubengelehrten den, der in seine Studien vertieft mit der Aussen-

welt wenig in Berührung kommt, ihren Formen fremd ist, nichts von angelerntem Schein an sich hat, sondern sich giebt wie er ist: so war Reiz in dieser Bedeutung allerdings ein Stubengelehrter. Wiewohl gänzlich seinen Studien hingegeben, legte er ihnen doch keineswegs einen Werth bei, der der Schätzung anderer Wissenschaften Eintrag gethan hätte; vielmehr achtete er alle sehr hoch, und folgte mit warmer Theilnahme jedem Fortschritte des Wissens. Grösstentheils einsam und auf sein Zimmer beschränkt, hatte er wenig Veranlassung zum Sprechen. Daher war seine Rede nicht fliessend, sondern oft, indem er den rechten Ausdruck suchte, stockend, aber eben dadurch bestimmt und klar. Mehr an das Latein gewöhnt, fiel ihm nicht selten eher das Lateinische als das Deutsche Wort ein. So sagte er in einer seiner Vorlesungen: »die Hand in das latus stemmen,« wobei er zugleich auch wirklich die Hand in die Seite stemmte. Denn vielen seiner Reden gab er gleich durch ein sinnliches
